



Crimen Fori Ecclesiastici

Seu Decretalium Gregorii IX. Pont. Max. Liber V ; Brevi Methodo ad discentium utilitatem Expositus, In quo praecipuae circa Materiam hujus Libri Quinti, quae tum in Theoria, tum in praxi occurrunt, difficultates solvuntur, allatis etiam contrà sentientium fundamentis, & horum solutionibus

Accedunt tres Indices, unus Titulorum initio Operis, duo rerum, & verborum notabilium in calce ejusdem, prior quidem super Tomum praesentem, alter compendiosus super Universum Jus Canonicum

Schmalzgrueber, Franz

Ingolstadii, 1727

VD18 13510827-001

[Pars IV. De Pœnis Delictorum.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75255)



PARS IV.

De Pœnis Delictorum.

EXaminavimus hæcenus Delicta Fori Ecclesiastici, & plerisque subjunximus pœnas à Jure taxatas, quarum aliqua in Judiciali foro externo alia in-

terno seu Pœnitentiæ imponuntur: utrumque natura in Parte hæc quarta Libri præsentis est explicanda.

TITULUS XXXVII.

De Pœnis.

Pœnarum, quas Ecclesia injungit delinquentibus, aliqua Vindicativæ, aliqua Medicinales sunt: de posterioribus agetur Tit. 39. de prioribus, in quan-

tum pertinent ad forum externum, in Titulo præsentis sermo præcipuus: prius tamen aliquid dicitur de Pœnis in genere.

§. I.

De Pœnis in genere.

S U M M A R I U M.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Definitio Pœnæ.
 2. 3. Requisita, ut justè imponatur.
 4. Ejus diversa acceptio.
 5. Et divisio.
 6. Conventionalis à quo solvi debeat?
 7. &c. An tota pœna Conventionalis solvi debeat ab eo, qui contractum observavit ex parte tantum?
 11. &c. Variæ Subdivisiones Pœnæ Vindicativæ.
 15. &c. Quodnam sit Subjectum pœnæ?
 23. &c. Quoties delinquens puniendus?
 26. &c. Quid Judici in infligenda pœna sit attendendum?
 31. An Judex loco pœnæ ordinariæ possit imponere extraordinariam, vel eam omnino remittere?
 32. &c. Quid circa remissionem, vel mitigationem pœnæ possit Supremus Princeps,</p> | <p>aut Status Imperii, jus aggravandi habens?
 36. &c. Quid Judex inferior, cui jus aggravandi non competit?
 44. An debeat à reo pœna in conscientia ante sententiam?
 45. Quando debeat pœna Conventionalis?
 46. &c. Quando pœna ipso Jure lata?
 54. &c. An, quando Lex ipso Jure imponit publicationem bonorum, reus ante sententiam declaratoriam statim amittat illorum dominium?
 60. &c. Quid operentur verba absque alia declaratione, vel nulla monitione prævia, addi non raro solita in Legibus, quæ Jure. Et factò ipso privant rebus ante possessis?
 63. &c. Quas pœnas teneatur exequi delinquens post latam sententiam?</p> |
|--|---|

Qua-

Quæritur 1. quid sit Poena in genere?
 R. juxta S. Aug. relatum can. penitentia 4. §. Poena de Poenis. dist. 3. est læsio, que punit, Et vindicat, quod quisque commisit: vel ut eam ex Cujacio definit, Zoes. ff. b. tit. n. 1. est Delictorum, sive Criminum coercitio, sive vindicta, inducta ad disciplinæ publicæ emendationem.

Ut justa sit hæc coercitio, requiritur
 1. honestus finis: talem habebit: si non quiescat in nudo malo alterius, sed eò tendat, ut vel reus emendetur, vel, si noluerit se emendare, reddatur inhabilis ad peccandum, vel ut scandalum scelere datum exemplo poenæ reparetur. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 3. n. 15. 2. auctoritas publica; cum enim ex una parte coercitio tendat ad utilitatem publicam, ex altera verò non expediat cuilibet privato potestatem coercendi concedere, necessarium est, ut poena ab eo distet, qui publica ad hoc auctoritate instructus est, Magnif. P. Schmier l. cit. n. 16. 3. Proportio, & æqualitas, ut in eo gradu se contineat, in quo malitia delinquentis erat posita: conf. propositio ista debet esse non Geometrica, sed Arithmetica; cum enim gravitas poenæ debeat correspondere gravitati culpæ, non minus in poenarum qualitate observari debet proportio Arithmetica, & æqualitas rei ad rem, quam in Contractibus, & cæteris actibus Justitiæ commutativæ. P. Schmier l. cit. n. 18.

Neque obstat, quòd l. in servorum
 10. pr. & l. capitalium 28. §. fin. ff. b. tit. jubeantur gravius castigari Servi, quam homines ingenui; si que habeatur respectus ad personas, & observari videatur proportio Geometrica, ut arguit Ant. Math. de criminib. ad libr. 48. tit. 18. c. 4. n. 7. Nam hoc ideo fit, quia vel Delicta servorum atrociora sunt Delictis ingenuorum, vel quia poenæ, quæ respectu hominum liberorum sunt graves, respectu vilium sunt leves, cum illi cruciatu corporis, illi infamiam, & aliis animi doloribus acerbis crucientur. P. Schmier l. cit. n. 19. §. 20.

Quæritur 2. quotupliciter possit accipi Poena?
 R. accipi potest tripliciter. 1. latè, prout includit etiam Medicinales. 2. strictè, prout Medicinales quidem excludit, includit tamen Poenas Civiles. 3. strictissimè, prout includit solum Vindicativam: & huic tanquam illi, quæ propriè poena solum est, convenit Definitio n. 1. data; nam Poenæ illæ, quæ Civiles merè sunt, propriè poenæ non sunt, utpote quæ non publicæ disciplinæ emendationem, sed privatam satisfactionem spectant.

Poenæ ergo Vindicativa est, quæ ad vindictam publicam, Civilis, quæ ad

satisfactionem privatam tendit. Et hæc posterior triplex est, Legalis, quæ à Legge, Judicialis, quæ à Judice, Conventionalis, quæ mutuo partium consensu imponitur, & apponitur Contractui, ut is firmius observetur. Et quidem, quòd hujusmodi poena conventionalis apponi possit Contractui, eaque exigi, certum est ex c. constitutus 7. b. tit. & docet ibid. Abb. n. 2. §. 3. Zoes. hic n. 2. Pirhing n. 12. & alii passim.

Incumbit obligatio solvendi poenam
 Conventionalem illi, qui contractui contravenit c. dilecti 4. de arbit. & l. si pacto 14. c. de Pact. nisi & alter eidem Contractui contraverit; tunc enim obligatio solvendi poenam in utroque cessat c. constitutus cit. Gloss. ibid. V. utramque. Hoff. V. eod. Pirhing hic n. 12. Engl. ibid. n. 1. quia paria delicta quoad poenam privatam mutua compensatione tolluntur c. fin. de adult. & l. si ambo 10. ff. de Compensat.

Difficultas est, an is, qui Contractum observavit ex parte tantum, satisfaciatur, si partem poenæ solvat, an verò obligetur ad totam poenam solvendam, tanquam si nulla ex parte steterit contractui? Casus est: Titius mutuos accepit 200. fl. à Cajo, cum pacto, ut intra annum restitueret summam integram, vel si non solverit, in poenam moræ Cajopendat 10. fl. transacto anno, Titius solvit 100. duntaxat, quæstio est, utrum poenæ nomine teneatur solvere 10. tanquam si nihil solvisset; an verò satisfaciatur, si solvat quinque?

Rationem dubitandi faciunt ex una
 parte l. stipulationum 5. §. fin. ff. de V. O. l. in executione 25. §. item si 6. ff. eod. & l. heredes 25. §. idem juris 15. ff. famil. hercisc. ubi jubetur totam poenam solvere, qui sortem non solvit integrè. Ex altera verò parte c. suam 9. b. tit. ex cujus textu tali casu solum manet obligatio solvendi poenam cum proportione ad partem debiti, statuto tempore non exsolvi, & Episcopo, poenam integram petenti, silentium imponitur. Ob hunc posteriorem textum nonnulli cum Gloss. ibid. V. persolutis, Innoc. in c. cit. Abb. n. 6. Berojo in c. dilecti cit. n. 22. putant Jure Canonico correctum rigorem Legum Civilium cit. Sed quia in c. cit. Pontifex ne verbo quidem meminit de ulla correctione Juris Civilis, neque hujus dispositionem improbat, hinc meritò factam aliquam hujus Juris correctionem negant Sarnient. l. 5. select. c. 6. n. 11. Fachin. l. 10. contr. c. 63. Zoes. in l. stipulationum cit. n. 5. Barbos. in c. cit. n. 13. Wiestner hic n. 6. Hinc melius cum his

Distinctio fit inter poenas, utrum
 individua sit, an verò dividua. Si individua

vidua est; solvi debet integra, etiam si contractus ex parte sit observatus. Si verò dividua sit, videndum, an Contractus non sit observatus ex parte notabili, an solum in minima. Si primum, & poena secundum Leges sit moderata, alter, qui observavit Contractum, petere potest integram. Si secundum, aequitas postulat, ut integra poena non exigatur, praesertim à Clericis, & Episcopis, quos Ecclesia ab omni avaritia, & forditiei specie vult esse remotos.

10 Quæritur 3. quotuplex sit Poena Vindicativa? *Re.* variae sunt istius Divisiones; nam 1. dividitur in Personalem, Realem, & Mixtam. *Personalis* est, quæ tantum personam afficit: & talis poena est incarceration, detrusio in Monasterium, Deposito, verberatio, relegatio ad terribes &c. *Realis* est, quæ in odium personæ rebus imponitur, ut cum reus privatur Beneficio, cum multa pecuniaria ei imponitur, aut omnino confiscantur illius bona &c. *Mixta* denique est, quæ partim est personalis, partim realis, ut Interdictum, Relegatio, Proscriptio in exilium &c.

11 2. In Ordinariam & Extraordinariam, seu Arbitrariam. *Ordinaria* est, quæ Lege, Canone, vel Consuetudine præscripta est; *Extraordinaria*, sive *Arbitraria*, quæ nulla Lege, Canone, vel Consuetudine definita est, sed Judicis arbitrio, secundum personarum, & delictorum qualitatem imponitur. Tiraquellus in l. si unquam 2. V. revertatur. C. de revocand. Donat. n. 5. Star. l. 5. de LL. c. 7. n. 1. Wiestner hic n. 2. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 3. n. 21. & alii passim. Ex Ordinariis aliquæ infliguntur ipso Jure, ita, ut ipso facto, quo crimen patrat, contrahantur etiam ante sententiam condemnatoriam Judicis; aliæ sententia Judicis, qui reum ad eam secundum Leges Statuta, vel Consuetudinem condemnet, indigent.

3. In Positivam, & Negativam. *Positiva* est, quæ ad sui executionem exigat actionem, sive dein actio ista faciendâ sit ab ipso delinquente, sive ab alio tertio, uti est flagellatio, exilium, solutio poenæ, mutilatio membri, privatio vitæ &c. *Negativa*, quæ in negatione, vel amissione consistit. quales sunt privatio beneficii, officii, usus Ordinis, fructuum; item omnes inhabilitates, irritationes, & annullationes actuum &c. in poenam delicti decreta. Palao tr. 3. D. 2. p. 1. n. 1. Pirh. hic n. 3. Wiestn. ibid. n. 9.

4. In Capitales, & non Capitales. *Capitalis* poena est, quæ infert reo mortem aut naturalem per ablationem vitæ, aut civilem per ademptionem libertatis, vel Patriæ;

hujus species sunt ultimum supplicium, quo duntaxat intelligitur poena mortis naturalis l. ultimum 2. ff. b. tit. damnatio ad metallum, deportatio: quibus æquiparatur perpetuum exilium, & Bannus Imperialis. *Non Capitales* sunt, quæ non ad capitis periculum, sed ad existimationem pertinent l. capitalium 28. §. cetera 1. ff. b. tit. sive quis, salvâ vitâ naturali, & civili, i. e. libertate, & civitate, coërcetur: & hoc modis diversis fieri potest in bonis, in corpore, vel in statu delinquentis: & hinc

5. Poenæ non Capitales alia sunt, 14 quæ afficiunt animum; & tales sunt illæ, quibus delinquentis status diminuitur, aut infamia eidem irrogatur per Dignitatis, aut publicæ existimationis ademptionem. *Alia*, quibus affligitur corpus, ut fit per incarcerationem, abstinentiam, fustigationem, reclusionem narium &c. & hæc *Corporales* dicuntur. *Alia* respiciunt bona delinquentis externa: & quidem si pecuniam illius, *Pecuniarie* appellantur: qualis est multa, non parti, sed fisco applicanda; si verò res, & Jura alia, ab istis nomen fortiuntur: & hinc aliquæ ex istis *Spirituales* vocantur, quibus nempe delinquens Officio Spirituali, vel ipsius, aut SS. Ordinum usu, & exercitio vel in perpetuum, vel ad tempus privatur, vel ad ea inhabilis redditur, uti sunt Degradatio, Deposito, privatio Beneficii, sepultura Ecclesiastica, Vocis activæ, & passivæ in Electione ad Beneficia &c.

Quæritur 4. quodnam sit Subjectum istius poenæ? *Re.* est homo vivens, & delinquens. Dixi 1. *Homo*; nam bruta, sicut ob rationis defectum Juris, obligationis, & culpæ sunt incapacia, ita poenam propriè dictam pati non possunt. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 3. n. 26. *Neque obstat*, quòd aliquando flammis exusta, vel alio mortis genere perempta legantur; nam id factum est in detestationem criminis, cujus homines complices se fecerunt, vel in confusionem & afflictionem Dominorum, qui animalia sua melius non custodierunt. P. Schmier l. cit. n. 27. Addi potest tertia ratio, ut hujusmodi animalia cessarent esse noxia.

Dixi 1. *Vivens*; nam crimina cum 16 morte nocentium extinguuntur *can. quorundam 14. dist. 23. l. defuncto 6. ff. de Publ. Judic. & l. fin. C. si reus, vel accusator &c.* conf. cadavera mortuorum ad supplicium rapi nequeunt, neque poena de defunctis repeti P. Schmier n. 28.

Excipitur 1. si poena pecuniaria, vivente adhuc delinquente, lata est, nec per appellationem suspensa; tunc enim solvi illa ab hæredibus debet, cum jus ad illam per ipsam sententiam quæsitum sit fisco, l. ex Judiciorum 20. ff. de Accusat.

Excipitur 2. crimen repetundarum, & perduellionis; nam ob ita delinquentium bona etiam post mortem eorum confiscantur *l. ex Judiciorum cit. l. ff. & l. fin. pr. c. ad Leg. Jul. Majest.* ubi statuitur, quod etiam post mortem nocentium hoc crimen inchoari possit, ut convictio mortuo, memoria ejus damnatur, & ejus bona successoribus ejus eripiantur.

Excipiuntur 3. Hæretici, Excommunicati, & aliorum quorundam delictorum rei, quibus mortuis, nisi se DEO, & Ecclesie antea reconcilaverint, negatur Sepultura Ecclesiastica, prout dictum est *Libr. 3. Tit. 28. à n. 49.* quibus adde alia quædam delicta, ob quæ ultimo supplicio affectorum, licet poenitentes decesserint, corpora ad majorem alios terrorem incutiendum in loco publico suspensa, & inhumata ex consuetudine passim recepta relinquuntur: quam consuetudinem non improbandam dixi *l. cit. n. 69.* Imò aliquando nocentes terræ mandati rursus exhumantur, & suspenduntur è patibulo, implicantur rotæ, aut igne consumuntur; vel ubi cadavera eorum haberi non possunt, in derestationem criminis ea executio fit in eorum effigie, si primum post mortem de enormi illorum facinore constare coeperit, *Carpoz. præf. crim. q. 131. n. 28. & seqq. P. Schmier l. cit. n. 33.*

Dixi 3. delinquens; quia poena sequitur ad culpam. Atque hinc sequitur, quod alius pro alio per se loquendo puniri non possit; quia poena suos tenet auctores, neque ulterius contra eos progreditur, qui procul sunt à delicto *l. sancimus 22. C. de poena. Covar. l. 2. var. c. 8. n. 7. Farin. præf. crim. q. 24. n. 1. Palao tr. 3. D. 2. p. 6. n. 1. Magnif. P. Schmier c. 3. cit. n. 34.*

Dixi per se loquendo; nam si subit specialis causa, vel bonum commune hoc exigat, potest innocens secundum se, ob connexionem, quam cum nocente habet, poenâ affici, & gravamen sustinere. *Est ratio est,* quia etsi poena nunquam inferatur sine culpa, & ordinariè requiratur culpa propria, juxta regulam, *sine culpa non est aliquis puniendus c. sine culpa 23. de R. J. in 6.* id tamen intelligendum duntaxat est, nisi subit causa, ut in *Reg. cit.* additur; nam aliquando inferri potest sine culpa puniti, sed tamen non sine causa. *Sylv. V. Poena n. 1.*

Estque hoc receptum utroque Jure, etiam Canonico; sic enim qui Episcopum suum occiderit, non tantum ipse omnia, quæ ab Ecclesia obrinet, amittit, sed etiam liberi illius usque ad quartum gradum ab Ecclesia, & illius Beneficii arcentur *c. ad aures 10. & c. in quibusdam 12. b. tit.* Eodem modo poenæ, in Hæreticos, & læsæ Majestatis reos statutz, à

parentibus ad filios transeunt, ut statuitur *c. vergentis 10. de Heret. c. statutum 15. eod. in 6. l. quisquis 5. S. filii 1. C. ad Leg. Jul. Majest. & tradunt ibi DD.* Ratio autem, quod ad filios etiam poenæ parentum extendi possint, est multiplex, præcipue verò duæ istæ, partim quia filii sunt aliquid Patris, & commune bonum exigit, ut ad terrorem aliorum in atrocioribus hujusmodi delictis parentes non tantum in se, sed etiam in filiis puniantur; partim quia timetur, ne filii indolem parentum, & peccata imitentur, & sic in illis remanet præsumptio paternæ malitiæ.

Si delinquat Universitas, seu Communitas, refert, an omnes sint culpabiles, an major pars, an aliqui tantum. *Si primum,* omnes puniri possunt, plerumque tamen poena eorum non debet esse æqualis; quia nec æquale omnium solet esse delictum, cum delinquere non solet multitudo, nisi à seditiosis capitibus, & sceleratis coryphæis fuerit impulsæ, atque commota. *Accedit,* quia in tali Communitate plerumque continentur etiam pueri, mulieres, plebeji &c. qui cum consiliorum publicorum expertes sint, non eandem, quam viri Senatores, Consules, docti &c. malitiam contrahunt. Quare hoc casu potius in Auctores, & primores sceleris ultro gladio sæviendum erit, cæteri verò etsi puniri possint, & debeant in bonis fortunæ, non tamen in vita, vel membris; quia ut *can. ordinationes 5. caus. 9. q. 1.* loquitur Pontifex, ubi multorum strages jaceret, ibi subtrahendum est aliquid severitati, ut addatur amplius charitati. *P. Schmier l. cit. n. 35. & duob. seqq.*

Si secundum, non minus, quam in primo casu, puniri tota Communitas potest; & si delictum sit unum ex atrocioribus, tota Civitas, vel Provincia, quamvis multi in ea sint innocentes, devastari, velut exempla habemus in *S. Script. Deut. 13. v. 12. & seqq.* si enim ob Hæresin, aut perduellionem parentum innocentes Liberi famâ, fortunisque spoliantur secundum dicta *n. 19.* multo magis innocui Cives bonis privari poterunt, si major Civitatis pars excefferit, eò quod major pars partem minorem quoad commoda, & incommoda representet. *Dixi bonis privari poterunt;* nam in vita, vel corpore sola delinquentium capita sunt coercenda, cum non æqualem potestatem Resp. in vitam, & membra, qualem in res & fortunas, subditorum suorum habeat, & intrinsecè malum sit innocentem, qui talis esse cognoscitur, privare vitâ, vel integritate membrorum suorum. *P. Schmier n. 38. & 39.*

Si tertium, singuli delinquentes, absque præjudicio Communitatis singulari poenâ plectendi sunt *l. si quis 7. §. fin. ff. de*

de Jurisd. l. ita vulneratus 51. ff. ad Leg. Aquil. l. vulgaris 21. §. si duo 9. ff. de furt. Const. crim. Carol. V. tit. 148. Ant. Matth. de criminib. ad Libr. 48. tit. 18. n. 30. Br un. de Imper. mer. c. 1. §. 6. n. 28. Gletle Jurispr. terribil. p. 1. c. un. §. 3. n. 30. P. Schmier l. cit. n. 40. Quandoque tamen inter ejusdem delicti reos, quis ultimi supplicii poenâ afficiendus sit, sortitione determinatur, prout fieri assolet inter plures milites tumultuantes, aut ordinem, vel signa deferentes, ubi plures, vel pauciores, quos fors infausta tetigerit, rapiuntur ad furcam, vel aliud supplicium capitis Lauterbach b. tit. ff. §. 16. nam, ut Imperator Novell. 30. c. 12. pr. monet, summa quaedam humanitas est, cum multi paucorum animadversione salvantur. P. Schmier l. cit. n. 41.

23. Quæritur 5. quoties delinquens puniendus ut? *xy.* toties, quoties iterat delictum. Ita Covar. l. 2. var. c. 10. n. 8. & quod verò, Vallens. hic §. 1. n. 3. Pirhing n. 4. König n. 10. Sumitur ex c. ea, que 1. b. tit. ubi dicitur: Ea, que frequenter prevaricatione iterantur, frequenter sententiâ condemnentur. Et ratio est, quia quoties iteratur idem crimen, non in continenti, sed ex intervallo, est novum, & distinctum delictum; adeoque puniri iterum debet.

24. Dixi, non in continenti, sed ex intervallo, nam textus ille, & nostra assertio solum intelligenda est, ut bene monet Covar. l. cit. cum iteratur crimen momentaneum ex intervallo. Unde in criminibus successivis, ubi delictum iteratur contra eandem personam, ut fit in adulterio, fornicatione, concubinato &c. nisi interruptio interveniat; aut crimen jam semel deductum ad iudicem, & ab hoc punitum sit, in ordine ad poenam censetur esse unum peccatum, & conf. unâ poenâ, licet graviore, est puniendum, Gloss. in l. vulgaris V. fuerit ff. de Furt. cujus opinio, teste König l. cit. omnium calculis communiter recipitur, sive deinde poena sit capitalis, sive alla iterabilis.

25. Addidi, idem crimen; nam si aut per unum actum, aut in uno continuo actuum diversa committantur crimina, ut si quis rem suam alteri surripiat, & eadem occasione percutiat, injuriam inferat, vulneret, aut occidat proximum, DEUM blasphemet &c. poenâ non tantum furti, sed etiam injuriarum, homicidii, & blasphemix tenebitur l. nunquam 2. ff. de privat. delict. l. illud 32. §. si idem 1. ff. ad Leg. Aquil.

26. Quæritur 6. quid Judici in infligenda poena sit attendendum? *xy.* maximè considerabit circumstantias: & r. quidem qualitatem Delicti; nam aliter punitur vis publica, aliter vis privata l. de vi privata 1. ff.

ad Leg. Jul. de vi privat. & tot. tit. ff. ad Leg. Jul. de vi privat. item aliter animadvertitur in reum furti manifesti, aliter in eum, qui reus est furti non manifesti §. poena 5. vss. de oblig. que ex delict.

2. Tempus, locum, & eventum; nam tempus delicti commissi facit, ut aliter puniendus sit fur nocturnus, quam fur diurnus l. itaque 4. §. lex 1. ff. ad Leg. Aquil. locus facit, ut idem furtum, vel Sacrilegium aliquando sit puniendum capite, aliquando minore supplicio can. quisquis 21. §. Sacrilegium caus. 17. q. 4. Eventus facit, ut aliter puniatur crimen factum, aliter crimen solum intentum; intentio enim criminis, etiam si in actum propinquum exierit, non habetur pro facto, nisi in quibusdam valde enormibus.

3. Qualitatem personæ delinquentis; nam ut Decius in c. 1. de leg. Bald. in l. un. c. de Rapt. Virg. Covar. l. 2. var. c. 9. n. 4. König hic n. 12. advertunt, deferendum est Dignitati, aut nobilitati ejus, qui deliquit: & ratio est, quia aliquando eadem poena respectu Nobilis major, respectu ignobilis minor est, & vicissim. Hinc poenâ pecuniariâ gravius puniendus est Nobilis, aut in Dignitate constitutus, quam plebejus; è contrario poenâ corporali idem Nobilis est coercendus mitius l. aut facta 16. §. persona 4. ff. b. tit. l. sacrilegii 6. ff. ad Leg. Jul. pecul. quia à Nobili, cum ditiores hi sunt plerumque, pecuniaria poena minus sentitur, magis verò corporalis. igitur hæc moderanda, illa verò est aggravanda supra id, quod aliâ in plebejos decerni solet.

4. Quantitatem damni illati, & de liberationem, quâ delictum commissum est; nam ob defectum deliberationis, aut perfectæ deliberationis sæpe evitatur omnino poena, cum maleficia tum solum puniuntur, cum ex corde committuntur can. illi 6. caus. 15. q. 1. Gloss. in c. 1. de Convers. Conjug. sæpe poena, quæ aliâs gravior secundum Leges imponi deberet, diminuitur, prout dicitur infra n. 41. Ob quantitatem autem diversam, qui ovem surripit, fur tantummodo; qui gregem, Abigeus dicitur, & diversâ poenâ, quam fur afficitur l. aut facta vit. l. de abigeis 1. & l. fin. ff. de abig.

5. Qualitatem certitudinis quâ delinquentem poenæ obnoxium esse constat; nam si in Jure, vel in facto occurrat dubium, an crimen commissum, vel qua poenâ puniendum sit, Judex regulariter semper in partem mitiorem inclinare debet, nisi concurrentes circumstantiæ aliud suadeant l. perspicuum 11. l. interpretatione 42. ff. b. tit. Ex quibus ducitur Regula generalis, quòd in Legibus poenalibus ea interpretatio sit adhibenda, ex qua po-

pœnâ potius mitigentur, quàm exasperentur. Hinc si de Jure Canonico pœna Depositionis statuatur cuidam crimini, id non de Degradatione, sed de simplici tantùm Depositione accipiendum est. Item quando in Jure Civili pœna capitalis decernitur, hoc aliquando non de vitæ naturalis amissione, sed Civilis tantùm, i. e. deportationis, vel exilii intelligi debet, teste Harpr. tit. de injur. §. 1. n. 161. Begnuedell. V. pœna n. 5. Engl bic n. 18. Reiffenstuel ibid. n. 13.

30. Denique suam ipse personam spectare Judex in pœna inferenda debet; nam aliæ pœnæ decernuntur à Judice Laico, aliæ ab Ecclesiastico, qui nunquam irrogare pœnam sanguinis reo potest c. clericis 5. & c. sententiam 9. ne Cler. vel Monach. Et hinc quando ipsi vel ex delegatione Principis, vel alio jure competit cognitio criminis, quod pœnam sanguinis petat, eam remittere debet vel ad ipsum Principem, vel alicui Judici Laico illam demandare c. in Archiepiscopatu 4. de Raptor.

31. Queritur 7. an Judex teneatur imponere Pœnam Ordinariam, quæ Jure statuta est, vel utrum illius loco possit substituire aliam, & decernere extraordinariam, vel omnino ipsam remittere? certum est; pœnam ordinariâ minorem imponi Delicto posse à Principe supremo, cujus Lege pœna ordinariâ sancita est; hic enim cum Lege sua superior sit, eamque à propria voluntate pendentem habeat, relaxare eandem potest; cons. illam Pœnam, quam Legibus suis delicto sanxit, vel omnino remittere, vel eidem substituire arbitrariam, ut communiter docent DD. in l. nulla 25. ff. de LL. Idem dic de inferiore Judice, qui jus aggratiandi, vel remittendi pœnas ex privilegio, vel consuetudine habet, prout hodierno tempore habent Principes, & Status Imperii; cum enim vi Superioritatis territorialis Leges communes immutare possint, possunt etiam reis veniam pœnæ concedere, vel eam in minorem convertere. Carozov. pract. crim. q. 150. n. 19. & seqq. Engl bic n. 3. Reiffenstuel ibid. n. 8. Magnif. P. Schmier p. 1. de delict. c. 3. n. 66.

32. Dub. 1. est, utrum Supremus Princeps, aut Status Imperii jus aggratiandi possint exercere in Delictis etiam illis, quibus in Lege Divina Veteris Testamenti pœna capitalis præfixa est, quale est Homicidium, quod Gen. 9. v. 6. Levit. 24. v. 17. Exod. 21. v. 12. morte puniri jubetur? Negant Petr. Heig. p. 2. q. 24. n. 42. Carpozov. pract. crim. q. 150. n. 31. & seqq. Reinking l. 1. class. s. c. 6. n. 206. Vitriar. Inst. jur. Publ. l. 3. tit. 17. n. 114. & seqq. Pfeffinger ibid. ad n. 112. lit. A. & ple- R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II,

rique Jcti Acaholici. Rationem dant, quia Princeps inferior (qualis respectu Legis Divinæ est quicumque Legislator, & Judex humanus) non potest abolere Legem superioris, prohibentis v. g. misericordiam cum homicidis, & sanguinem pro sanguine reposcentis. Cons. quia alias posset Princeps etiam absolvere nocentem, quod est absurdum.

Sed tenenda est sententia affirmativa, quam post S. Thom. Major. Felis. Alphons. de Castro etiam tenet Covar. l. 1. var. c. ult. n. 8. perperam à Carpozovio in contrarium allegatis, & plures alii, quos sequitur Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 3. n. 73. Ratio est, quia pœnæ criminum, à DEO in veteri Lege constitutæ, non pertinebant ad Leges morales, seu naturales; quantumvis enim Lex naturæ jubeat, ut fontes puniantur, genus tamen, quantitatem, & qualitatem pœnæ non determinat: sed pertinebant solum ad Leges positivas, & Judiciales, pro commodo, & statu Reip. Judaicæ sancitas. atqui Leges Judiciales veteris Testamenti amiserunt vim suam in novo Testamento c. un. de purif. post part. igitur quando Princeps pœnam mortis Homicidæ condonat, nihil agit adversus Legem Divinam, sed in Lege tantùm humana dispensat.

Potest igitur Princeps etiam in Delictis, quibus Lex Divina antiqui Testamenti pœnas certas sancivit, & in quibuscunque aliis sui fori jure aggratiandi uti, non tamen pro libitu, sed cum ratione, & discretione, ut cum Svveder. Introduc. ad Jus Publ. part. spec. sect. 2. c. 14. n. 957. advertit Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 3. n. 79. Hinc ut rectè utatur Princeps hoc Jure, notare tria hæc debet. 1. In condonandis suppliciis non debet esse nimium facilis, & frequens, ne crimina faciliora, & frequentiora, reddat. 2. rariùs ex integro debet pœnam remittere, quàm in aliam, & mitiorem commutare; quia obligatio puniendi resultat ex Jure naturali, quamvis modus puniendi dependeat ex norma Legis humanæ. Et hinc 3. nunquam relaxabit pœnam à Legge statutam, aut eam in arbitrariam commutabit sine causa, quamvis ad Commutationem hujusmodi sufficiat levior, quàm ad relaxationem omnimodam faciendam; imò ut valida sit dispensatio, sufficit arbitrium illius & voluntas, etsi nullam habeat dispensandi causam: in quo tamen cavendum est, ne vel Jus publicum, vel alicujus privatum sic indulgendo lædat. Ut verò licitè dispense. 4. pro Regula, ad cujus amissionem gratiæ quantitatem, & qualitatem examinare poterit, considerabit causas, ex quibus Magistratus inferior pœnam temperare potest; nam ex iisdem causis poterit Princeps

- ceps Jure aggratiandi uti P. Schmier l. cit. n. 30. § 1.
- 65 Ad Argumentum contrarium n. 29. allatum patet ex dictis n. 30. Deinde retorqueri potest in ipsos Adversarios; nam ipsi concedunt Jus aggratiandi supremo Principi saltem in Delictis, quibus poena statuta est per Jus positivum humanum, atqui si argumentum allatum probaret aliquid, non posset eo Jure uti Princeps; cum enim Lex naturalis, & Divina sine distinctione præcipiat *D. ut. 21. maleficum non patieris vivere*, & *Rom. 13. dicatur de Judice, Non sine causa gladium portat, vindex in iram illi, qui male agit*, sequeretur, quod Princeps relaxando poenam etiam pro his delictis, solveret Jus Divinum, & Naturale. Ad *Conf.* aliud est absolvere à poena delicto debita, aliud absolvere à delicto, & declarare innocentem, qui revera nocens est: hoc posterius absurdum est, non verò prius, cum à suprema Principis potestate dimanet.
- 66 Dub. 2. an etiam Judex inferior, cui Jus aggratiandi non competit, pro Ordinaria poena infligere arbitriam possit? *Rationem dubitandi facit 1. autoritas S. Augustini Epist. 158. ubi, soleo, inquit, audire, in potestate esse Judicis molire sententiam, & mitius vindicare, quam Leges jubent.* 2. praxis; videmus enim, quod aliquando Judices etiam inferiores poenam minuunt, aliquando verò augeant ultra taxam Legis, ergo signum est, quod non teneantur servare Leges in hac parte. 3. ratio; si enim Judex inferior pro Ordinaria non potest substituere poenam mitiorem, inutilis, & vana, imò illicita foret interpellatio, quæ apud Judicem sæpe instituitur pro reo ad poenæ remissionem, vel ad ejus mitigationem.
- 67 Sed his non obstantibus, dicendum à Judice inferiore, per se loquendo, reis legitime convictis de crimine, infligendam poenam Ordinariam, Ita S. Thom. 2. 2. q. 67. art. 84. Suar. l. 5. de LL. c. 11. n. 2. Palao tr. 3. D. 2. p. 5. n. 20. Vallenf. hic §. 1. n. 8. Zæf. n. 15. Pirh. n. 3. Engl. n. 3. König n. 13. Wiestner n. 11. Reiffenstuel n. 7. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 3. n. 23. & conitat ex l. *accusatorum* l. §. *quorum* 4. ff. ad S. C. Turpill. ubi Marcianus, *Facti quidem, inquit, questio in arbitrio judicantis est, sed poenæ persecutio Legis auctoritati reservatur*, adeò ut, si Judex inferior crimen apud se probatum distulerit, seu omiserit, vel impunitate donaverit, aut molliorem, quam præstituta sit, poenam protulerit, gravi infamia sit notandus, quemadmodum dicitur l. *Servos* 8. §. *fin.* ff. ad Leg. Jul. de vi publ. vel privat.
- 68 Ratio est 1. quia inferior potestas immutare, & corrigere nequit Legem su-

perioris l. *cum inferior* 76. de major. & Ju. dici non licet judicare de Legibus, sed secundum illas *can. in istis* 3. dist. 4. c. *canonum* 1. de *Constit.* Leges enim poenam jam commensuraverunt delictis. 2. si Judex infligeret poenam aliam, tunc vel illa esset major, quam Leges statuant, vel minor illa, si major est, injuriam facit reo, plus ab ipso exigendo, quam ille per Legem debeat, si minor, tunc vel est poena pecuniaria applicanda parti læsæ, & conf. diminutio poenæ fieret in præjudicium partis læsæ; vel est mera vindicta, & tunc est injuria adversus personam singularem committatur nulla, committitur tamen adversus Remp. contra cujus commune bonum est delicta manere impunita, vel minus punita, quam oporteret. 3. Leges, quibus decernuntur poenæ, non feruntur tantum, ut instruant Judicem, verum etiam ut obligent ad imponendam poenam, cujus signum est, quia conceptæ sunt verbis imperativis, & ratio etiam probat, quia aliàs efficaciam, à Legislatore intentam, non haberent; nam reus ante sententiam non tenetur ad poenam, Judex autem observare illam non obligaretur, igitur nemo esset, qui Lege illa stringeretur.

Dixi autem, per se loquendo; nam si per accidens circumstantiæ tales concurrant, ut Judicis arbitrio ad aliorum terrorem infligenda sit poena major ordinariæ, potest illam eo casu Judex infligere, & poenam augere. Tales circumstantiæ aggravantes præ cæteris sunt 1. locus delicti, ut si quis in templo, theatro, foro, vel conspectu Superioris deliquit; nam hic gravius puniri meretur quam ille, qui scelus in loco privato, & clam commisit l. *aut facta* 16. §. *locus* 4. ff. h. tit. 2. *tempus*, delicti; nam delicta noctu patrata, quia difficilius caventur, plusque terroris habent, atque periculi, severius puniuntur l. *aut facta* cit. §. *tempus* 5. 3. *persona*, contra quam delinquitur; nam atrocius crimen est, quod contra dominum, patronum, parentem, Sacerdotem, aut Principem attentatum est, conf. atrociori poenâ dignum l. *cit.* §. *persona* 3. 4. *iteratio*, & frequentatio delicti l. *capitalium* 28. §. *solent* 3. & §. *grassatores* 10. ff. h. tit. nam relapsus in idem scelus frequentior incorrigibilitatem arguit. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 3. n. 60. qui n. 61. cum Anton. Matth. ad *Libr. 48. tit. 18. c. 4. n. 28.* addit, non hoc ipso pro incorrigibili habendum illum, qui tertiâ vice deliquit; nam neque Medicus illico pro abjecto, & desperato habet eum, cui tertiâ potio, vel medicamentum non profuit. Hinc Judex non numerum duntaxat Delictorum, sed qualitatem Delicti admitti, & animum, aetatem, consuetudinem Rei explorare de-

habebit, ut omnibus collatis judicare possit, quid spei reliquum sit.

40 Similiter potest Judex inferior aliquando poenam Lege constitutam minuerre, si circumstantiæ crimen minuunt, aut diminutionem poenæ suadeant. Tales circumstantiæ sunt 1. si Delictum non ex proposito, sed ex ira, subitanea rixa, ebrietate, justo dolore &c. commissum est *l. perspicendum 11. §. delinquitur 2. ff. b. tit.* 2. quando aliquis deliquit ex instinctu, & jussu alterius magis, quam motu proprio. P. Schmier *l. cit. n. 44.* 3. infirmitas animi, quæ colligitur vel ex sexu, si fœmina, vel ex ætate, si impubes, aut minorennis deliquit. Begnudell. *V. poena n. 17. Engl. hic n. 4. Schmier n. 45.* 4. Infirmitas corporis: ob hanc mutare poenam potest Judex, si poena criminis sit amputatio membri, & reus verò sit aded infirmus, ut amputato membro credatur omnino decessurus: idem dic, si manus ex Lege sit præcedenda, & reus sit univocus, si oculus erendus, & reus sit monoculus. Ant. Matth. *c. 4. cit. n. 21. Schmier n. 46. §. 47.* 5. Spontanea Rei confessio: ob quam mitigare Judex supplicium juxta Carpzov. *præf. crim. q. 149. n. 23. §. seqq.* & apud istum *citt.* potest, si delinquens confessus sit sponte, ultro se Judici sistendo, siue citatus à Judice ex metu probationum; quamvis contrarium teneant Ant. Matth. *tit. 18. cit. c. 5. n. 3. Haun. tom. 6. de J. §. 7. tr. 3. n. 550.* Quidquid sit, illud, apud omnes receptum est, quod in Proditionis, & Majestatis crimine is, qui proditionem excitatam, vel excitandam deregit, non tantum mitigationem, sed plenissimam poenæ condonationem mereatur, etsi ejusdem criminis complex fuerit *l. quisquis 5. §. fin. C. ad Leg. Jul. Majest.* 6. Diuturnitas temporis *l. si diutino 25. pr. ff. b. tit.* quod tum saltem verum est, quando delinquens se penitus emendavit, & ab omni alio delicto abstinuit. Farin. *prax. crim. q. 10. n. 84. §. seqq. Carpzov. q. 141. à n. 70. Begnudell. V. poena n. 6. §. 17. Schmier n. 52. & 53.* 7. Prolongatio Carceris; qui enim carceris pudorem, & molestias diu sustinuerunt, partem commertii supplicii jam sustinuisse censentur *l. omnes 23. C. b. tit.* quod tamen intelligendum duntaxat, quando reus præter culpam suam, & ex sola Judicis mora in carcere diuturniore detentus fuit; nam si ipsemet tergiversatione propria, & malitiosâ Processus inquisitorii, ac defensionis protractione carceris angustias sibi protraxit, habet, quod sibi imputet, nec pertinaciâ suâ tueri se poterit.

41 Causa plures panduntur ab aliis, ob quas poena, & supplicium etiam ab inferiore Judice mitigari potest, veluti est nobilitas
R. P. Schmalzgrueber *L. V. T. II.*

sanguinis, honestas vitæ antea actæ, meritum in Republicam decus, & gloria liberorum copia &c. de quibus consulti possunt Ant. Matth. *c. 5. cit. n. 5. §. seqq. Carpzovius q. 142. §. seqq. usque ad 149. inclusive:* aded ut in communem hodie Regulam transiisse videatur, quod poenæ criminum nostro tempore arbitrarie sint. Guazzin. *defens. reor. 33. c. 16. n. 2. Valens. hic §. 4. n. 3. Engl. n. 5. Reiffenstuel n. 12.* Quod intelligendum juxta explicationem hæcenus datam, si scilicet concurrat circumstantia aliqua aggravans, vel diminuens delictum, ut bene advertit Reiffenstuel *l. cit.* Et hoc maxime verum est in Jure Canonico, præsertim circa Censuras Ecclesiasticas, circa quas Trid. *sess. 25. c. 3. de Reform.* mandavit, ne Judices Ecclesiastici faciles sint in illis ferendis, nisi omni alio modo destituantur, cum experientia doceat, Censuras Ecclesiasticas, levibus de causis latis, contemni potius, quam observari. Engl. *hic n. 5. §. 6.*

Præcipue in mitigandis, vel aggravandis poenis, considerare Judex consuetudinem delinquendi debet; nam si advertit, quod reus malam contraxerit consuetudinem, aded ut exiguum, vel nullam spem emendationis ostendat, non nimis clemens esse debet juxta illud *Exod. 22. v. 18. Maleficos non patieris vivere & illud Isaiæ 26. v. 10. Misereamur impio, & non disset Justitiam;* quia periculum erit, ne paulatim Civitas, vel Provincia malis hominibus repleatur, & tales Rei, per nimiam lenitatem Judicis liberati, perpetrent graviora crimina, quæ ipsi Judici tali casu non minima ex parte imputari poterunt. Quare insculptum cordi suo Judex habebit monitum Marciani *l. perspicendum 11. pr. ff. b. tit.* ubi, *Perspicendum, inquit, est judicanti, ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quam causa deposcit; nec enim aut severitatis, aut clementie gloria effectanda est, sed perpenso judicio, prout quæque res exposulat, statuendum est.*

Neque contrarium probant Argumenta *n. 36. allata. Ad 1. textus ille S. Aug. intelligendus est in sensu hæcenus explicato, scilicet in potestate Judicis esse mollire sententiam, & mitius vindicare, cum circumstantiæ istud suadent. Ad 2. Judices sæpe augent, vel minuunt poenas ultra taxam Legis in particulari, non tamen ultra taxam Legis absolute; Lex enim specialis imponit poenam delicto, ut frequenter committi solet: at si specialem gravitatem, & deformitatem habeat, ob illam poena augetur potest; quia id aliis Legibus præscriptum est, prout sumitur ex *l. quid ergo 13. §. poena 8. ff. de his, qui not. infam.* Contrà verò, si delictum non attingat gravitatem communiter contingen-*

tem, prout fit in casibus n. 40. relatis, poterit poena temperari. Ad 3. bene interpellatur Judex pro mitigando, vel remittendo etiam delinquenti supplicio, in iis circumstantiis, in quibus hoc in ejus est potestate, non verò in iis, in quibus illud in ejus potestate situm non est.

44. Queritur 8. an debeatur à reo poena in conscientia ante sententiam? Distingendum inter poenas ferendæ sententiæ, & inter eas, quæ ipso facto incurruntur. De primis certum est, non deberi illas ante sententiam; quia tunc Lex ponit potiùs poenam designandam à Judice, quàm designatam, igitur antequam designetur, ad eam reus non obligatur. Et procedit hoc in omni poena Legali, quæ est ferendæ sententiæ.

45. Idem dicunt aliqui etiam de poena Conventionali, nisi pars altera petat; quia si non petit, videtur condonare. Pendet tamen res hæc ex partium conventionione: unde videndum, quâ mente convenierint partes in poenam Contractui appositam. Quando de mente contrahentium non satis constat, dissident inter se DD. nam Felinus, Decius, Paludanus &c. volunt, eam deberi in conscientia, etiam parte non petente, ante omnem sententiam Judicis. Covar. Menoch. Molin. Gattier. Suar. Bonacin. &c. contendunt, eam tum solum deberi ante sententiam, quando petitur. Palao autem tr. 3. D. 2. p. 3. n. 4. cum Navarro, Beja, Less. Sanch. Vasq. &c. probabiliùs putat, non deberi hanc poenam, quousque à Judice declaretur, Rationem dat, quia mens contrahentium, nisi aliud verbis exprimatur, videtur esse, ut solum obligare ad poenam se velint, condemnatione ad istam per Judicem facta. Quod confirmat, quia in dubio contrahentes intelligi debent apposuisse poenam juxta Regulam poenarum Juris communis, quæ non obligant ante latam sententiam saltem declaratoriam. Quare

46. Dubium præcipuè, & 1. est, an poenæ ipso Jure latæ subeundæ sint ante omnem Judicis sententiam? In quo iterum inter DD. convenit 1. ita contrahi Censuras: & hinc, qui delictum commisit, cui ipso Jure inflicta est poena Excommunicationis, Suspensionis, vel Interdicti, statim à communione fidelium, administratione Beneficii, vel Officii, & Divinorum participatione abstinere tenetur, ut colligitur ex can. si quis suadente 29. caus. 17. q. 4. & tot. tit. de sent. Excomm. & de Homicid. Sot. l. 1. de just. q. 6. art. 6. concl. 2. Salas de Legib. D. 15. sect. 2. n. 29. §. inhabilitas, Sanch. l. 9. de matr. D. 30. n. 1. §. 2. Suar. de LL. l. 5. c. 5. n. 5. Wiestner bic n. 13.

Convenit inter eosdem 2. ante omnem sententiam observandas esse varias Irregularitates, & inhabilitates ad suscipiendos, vel exercendos SS. Ordines, ad obtinenda Beneficia Ecclesiastica, ad Suffragium in Electione ferendum, ad contrahendum Matrimonium &c. Suar. l. 5. cit. c. 9. à n. 2. Laym. l. 1. tr. 4. c. 15. n. 5. Wiestner bic n. 14. Ratio hujus, & prioris Numeri est, quia ita est usureceptum, & quia conveniens erat, ut Ecclesia, quæ Spiritualem subditorum profectum spectat, aliquas haberet poenas, quibus à committendis delictis, quantumcunque occultis, arceret.

Convenit 3. inter plerosque, potuisse Legislatores obligare ad subeundas etiam alias, & propriè dictas poenas tam positivas, quàm privativas, si moderatæ sint, ante omnem Sententiam; quia ejusmodi poenæ, nisi mortis, mutilationis, exilii, vel alia similis foret, executio à Reo faciendi rationabiliter potuisset sperari. Castro de Leg. Penal. l. 1. tr. 4. c. 15. Wiestner n. 14. §. convenit inter plerosque contra Sot. l. 1. de Just. q. 6. art. 6. & Cajet. 2. 2. q. 6. n. 3. quorum prior generaliter, posterior quoad poenas positivas dissentit.

Difficultas est, an hujusmodi poenæ non adeo graves defacto ita latæ sint, ut subiri debeant ante omnem Sententiam &c. distinguendo; nam si poena sit positiva, defacto non constat, quòd ulla ex illis in Jure Canonico, vel Civili sic lata sit, ut ad eam, sic exequendam in se, reus ante omnem Sententiam Judicis obligetur. Salas de LL. D. 15. sect. 3. n. 49. Suar. de LL. l. 5. c. 7. n. 6. Palao tr. 3. D. 2. p. 2. n. 6. Wiestner bic n. 15.

At si Privativa sit, videndum, an prius jure primùm quarendo, an verò jam plenè quæsito. Si prius jure primùm quarendo, aut nondum plenè quæsito, poena hujusmodi Jure lata delinquentem ante omnem Judicis sententiam afficit. Et hinc ante omnem Judicis sententiam dimittere tenetur Beneficium Parochiale, qui intra annum suâ culpâ non ordinatur Sacerdos c. licet 14. de Elect. in 6. & Episcopus Episcopatum, si intra sex menses à die Confirmationis obtentæ non consecratur. Trid. Stiff. 23. c. 2. de Reform. Similiter pro ratione temporis dimittere tenetur fructus Beneficii sui, qui Horas Canonicas recitare negligit, ex Motu proprio S. Pij V. incipit Ex proximo 12. Calend. Oct. 1571. Navar. Man. c. 25. n. 122. Palao p. 2. cit. n. 7.

Si verò poena sit privativa Juris jam plenè quæsti, præter Censuras, Irregularitates, & privationem Juris petendi debitum in conjugate incestuato, nulla alia regulariter hodie ante Sententiam omnem Judicis ita

ita afficit delinquentem, ut iste jus illud suum teneatur dimittere. Covar. p. 2. de Sponsal. c. 6. §. 8. n. 2. §. 10. Castro l. 2. de j. s. Heret. punit. c. 9. Less. l. 2. de f. §. 7. c. 29. à n. 63. Salas de LL. D. 15. à n. 46. Valq. de LL. D. 178. c. 4. n. 25. Sanch. l. 2. de Matr. D. 53. à n. 5. §. l. 7. D. 89. n. 11. Palao p. 2. cit. n. 8. Wiestner hic n. 18. & hoc teste communis aliorum. Ratio est, quia in poenis benignior interpretatio est faciendi. Reg. in poenis 49. in 6. Conf. quia ita obtinuit usus, & consuetudo, ut ad hujusmodi poenarum, & privationis plenarium effectum sententia, saltem criminis declaratoria requiratur arg. c. cum secundum 19. de Heret. in 6. ex ejus dispositione Hereticorum bona, quibus à die commissi criminis ipso Jure privantur, ante talem sententiam fisco tradi non debent, neque ab isto possunt occupari.

Et hinc usque ad Sententiam declaratoriam criminis retinere possessionem Beneficii sui potest Canonicus, qui occidit Prælatum, vel alium Clericum suæ Ecclesiæ, etsi isto ipso Jure privatus sit c. in quibusdam 12. v. Sacri h. tit. Item Clericus alius, qui Beneficiis suis privatus ipso Jure est ob percussione Clerici c. felix 5. eod. in 6. & verisimiliter etiam Clericus, qui propter commissum Assassinium Beneficium, vel Officium c. pro humani 1. de Homicid. in 6. & Prælatus, qui ob malè factam rerum Ecclesiasticarum alienationem Extrav. un. int. comm. de reb. Eccl. non alien. vel aliud Delictum commissum Prælaturæ suæ Dignitatem ipso Jure amiserunt. Suar. de Simon. c. 43. n. 13. fin. Barhof. in c. cum secundum cit. n. 2. Wiestner hic n. 18. §. 19. cum aliis.

Neque obstat, quòd c. pro humani cit. Clericus Assassinus Beneficium suum, & Extrav. cit. Prælatus Dignitatem amittere dicatur absque alia declaratione, & ita, ut liberè aliis possit conferri; nam in primo textu additur, Postquam de crimine probabilius confiterit argumentis, quo innuitur, opus ad hoc esse notitiã publicã; & posterior textus in tanto rigore non est usu receptus, ut observant Navar. Man. c. 27. n. 15. Suar. l. 5. de LL. c. 8. n. 14. §. 15. Sanch. l. 7. de Matr. D. 53. à n. 5. Salas D. 15. de Legib. à n. 46. Wiestner hic n. 19. fin.

Dub. 2. utrum casu, quo Lex ipso Jure imponit Publicationem bonorum, reus ante Sententiam declaratoriam statim amittat bonorum illorum dominium? Negant aliqui, amitti etiam per Legem, quæ ipso Jure sine factò hominis publicationem bonorum decernit ob crimen commissum. Moventur textu l. quæsitum 15. pr. ff. qui, & à quib. manus missi liber. non sunt §. c. ibi. Quoniam ante damnationem dominus est, in casu

scilicet læsæ Majestatis, ob quam induci publicationem bonorum ipso Jure extra dubium est. Conf. nam verba ipso Jure, ipso factò habent conditionem sibi adjectam, si videlicet sequatur Sententia declaratoria.

Sed his non obstantibus, videtur ad hærendum sententiæ affirmativæ, scilicet dominium hoc ipso amitti. Ita Suar. l. 5. de LL. c. 8. Less. l. 2. de Just. c. 29. n. 64. Sayr. Clav. Reg. l. 3. c. 9. n. 30. Azor p. 1. l. 5. c. 7. q. 2. & l. 8. c. 12. q. 2. & plures alii apud Sanch. l. 2. mor. c. 22. n. 2. quamvis ipse contrarium sentiat. Eandem sententiam etiam tenet Zoes. hic n. 21. & hoc teste communior DD. Ratio est, quia verba ipso Jure non sunt frustranea. essent autem, si, ut operarentur aliquid, opus esset sententiã, cum igitur, ut operentur effectum, non sit necessaria sententia condemnatoria, dicendum est ipso Jure induci privationem dominii. Conf. sententia declaratoria non inducit poenam, sed declarat jam incursum. igitur extenditur, & retrahitur usque ad diem commissi delicti, cui Jure, & factò ipso alligata est ea poena, quasi jam tum lata fuisset Sententia condemnatoria. hoc autem non fieret, si primum per Sententiam declaratoriam induceretur bonorum privatio. ergo &c.

Ad Argumentum in contrarium allatum, dico, verba illa Dominus est, intelligi debere de possessione, & usu rerum, quem rectè obtinet reus usque ad sententiam declaratoriam: ceterum dominium amitti sat clarè patet ex l. fin. ff. ad Leg. Jul. Majest. quæ post mortem Rei, nisi crimen purgetur à successoribus, & hæredibus, permittit hæreditatem fisco vindicari. Ad Conf. malè intelligitur illa conditio adjecta; nam c. cum secundum 19. de Heret. in 6. in similibus casibus dicitur dominium ipso Jure amitti, & tantum additur, occupationem bonorum differendam ad Sententiam declaratoriam.

Idem, quòd modò dictum est de confiscatione bonorum, pariter dicendum, cum delicto Jure ipso imposta est poena privationis Beneficii jam obtenti: nam ut hoc dimittere teneatur Clericus, opus est Sententiã Judicis declaratoriã; ante hanc autem licet Beneficium adhuc retinere potest, quamvis secutã postea Sententiã declaratoriã, restituere teneatur fructus, post crimen admissum perceptos.

Discrimen ergo inter privationem per sententiam condemnatoriam, & inter eam, quæ sit ipso Jure, est, quòd licet utrimque retineatur possessio usque ad sententiam, in primo tamen casu retineatur post crimen commissum etiam dominium, & proprietas rei, quã delinquens propter crimen privatus venit, in secundo autem statim à tempore commissi delicti illam amittat.

59 Imò, ut Vallens. hic §. 3. n. 1. advertit, si quis per sententiam privatus Beneficio, à Sententia privationis appellavit, durante Appellationis Iudicio, nondum censeri debet privatus Beneficio: ac proinde, si interim resignet Beneficium, valida erit Resignatio, licet illud jam antè ob privationem fuerit obtentum ab alio: & hoc pro indubitato prædicari in Curia Romana ex Piascio testatur Vallens. l. cit.

60 Dub. 3. quid operentur verba absque alia declaratione, vel nulla monitione previa, addi non raro solita in Legibus, quæ Jure, & facto ipso privant rebus antè possessis? Aliqui cum Covarruvia putant, adhuc opus esse sententiâ declaratoriâ criminis. Melius tamen negatur cum Zoesio hic n. 22. sed ubi verba hæc in Legge, pœnam dictant, sunt addita, nisi aliter consuetudo receperit, continuò, commissio crimine, pœna dari executioni potest: & ratio est, quia verba absque alia declaratione, debent aliquid operari, ne frustra dicantur posita, & quidem aliquid ultra verba ipso jure, ipso facto. atqui verba ipso jure jam operantur hoc, ut prout dictum est n. 53. tollant reo dominium rerum suarum, & occupationem solum differant ad sententiâ declaratoriâ, igitur verba illa adjecta dici debent etiam hæc tollere, & permittere executionem, nulla præmissa declaratione.

61 Adverto tamen cum eodem Zoesio n. 23. etiam hoc casu reum bona sua non teneri ante sententiam deferre ad fiscum, sed uti iisdem posse, donec declaratio sequatur: & ita habet communis praxis, teste Zoesio l. cit. & ratio est, quia rationi non videtur consentaneum esse, ut reus gravissimæ suæ pœnæ, qualis est confiscatio honorum, ipse sit executor. Verùm etsi usum rerum illarum obtineat, antequam occupentur, occultare tamen Justitiæ Ministris bona illa non potest; quia jam aliena sunt. Quod si tamen negligentia fisci absque suo facto aliqua non fuerint occupata, indicare non tenebitur; sic enim teneretur ad oblationem: sed satis erit, si permittat ea sibi auferri.

62 Idem dicendum casu, quo per sententiâ addicta fisco sunt alicujus bona. Excipitur, si sententia justa solum fuerit in foro externo, quòd Judex secundum allegata, & probata processerit; tunc enim, si reus revera sit innocens, non obligatur in conscientia ad sententiâ, sed subterfugere pœnam, clanculum subtrahendo, potest: executioni tamen Judicis, si evitare illam sine violentia, & scandalosa resistantia nequeat, parere tenebitur; quia quando Judex secundum allegata, & probata procedit, Judex utitur potestate sua, cui resistere subdi-

to nunquam est licitum. Palao tr. 3. D. 2. p. 4. n. 1.

Dub. 4. quas pœnas teneatur exequi delinquens post latam sententiâ? cum discrimine inter pœnas. Nam 1. si pœna sit supplicium capitis, mutilationis, aut verberationis gravis, nemo per Legem, aut sententiâ condemnatoriam obligari potest ad eam sibi ipsi inferendam, e.g. ad abstinentiam à cibo, ut fame, vel fumendum venenum, ut veneno moriatur, licet aliàs mortem sit meritus. Suar. l. 5. de LL. c. 7. fin. & c. 10. n. 12. Valq. D. 173. Bonac. D. 11. q. 2. p. 7. §. 2. n. 29. Palao p. 4. cit. n. 2. quia bono communi non expedit delinquenti obligationem istam imponere, ut ipse sui ipsius vindex sit, cum satis sit, si delinquens, quando pœna talis ab alio imponitur, patienter illam sustineat.

2. Si pœna sit carcer diuturnus, vel exilium, tenetur reus ad eam condemnatus illam in seipso exequi, si ad illam executionem condemnatur sententiâ ultimâ, quam appellatione, vel alio remedio Juris infirmare non possit: unde non potest à carcere fugere, vel ab exilio exire; quia est justa sententia, & præcepto justo parendum est. S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 2. Tirraquell. in l. si unquam C. de revoc. donat. V. revertatur n. 291. Navarr. Man. c. 23. n. 66. Sayr. Clav. Reg. l. 3. c. 9. n. 4. Salas D. 15. de LL. sect. 2. n. 32. Azor p. 1. l. 5. c. 8. q. 6. Suar. c. 10. cit. à n. 5. Bonac. n. 33. Palao n. 4. & ab his cit. Excipitur, nisi carcer sit durus, & tristis; nam in hoc, ut cum Suarez existimat Palao n. 5. non tenetur reus persistere, præsertim si ibi malè tractetur. Et idem dicendum, si condemnatur ad exilium in terra insalubri, vel longo tempore ad triremes, aut ad quamlibet aliam actionem de se nimis molestam; quia nimis inhumanum videtur esse, ut obligetur reus esse minister pœnæ ad eò molestæ contra se ipsum, Palao l. cit.

3. Si pœna sit pecuniaria, ex communi sententiâ obligatur reus illam solvere, postquam ad hoc per sententiâ condemnatus est, vel si talis sit, ut ipso facto incurratur, postquam Judex tulit sententiâ criminis declaratoriâ, & quod ita pronuntiatum est, nec appellatione, nec alio Juris remedio suspendi, aut infirmari potest. Salas n. 82. §. 106. Suar. c. 7. n. 7. Bonac. n. 30. Palao n. 6. Requiritur tamen, ut petatur ab eo, cui est solvenda; quia ita habet praxis, & usus communis: hinc quando non petitur, retinere eam non potest, & prudenter præsumere eam sibi condonari, Palao l. cit.

S. II.

De Pœnis Ecclesiæ Spiritualibus, & in Specie, de Irregularitate.

S U M M A R I U M.

66. Definitio Irregularitatis.
 67. 68. Hujus explicatio.
 69. Differentia ab aliis pœnis Ecclesiasticis.
 71. Quis indicare illam, & in quem cadere ipsa possit?
 72. &c. Propter quam causam contrahatur?
 74. &c. si ex delicto, quale hoc esse debeat?
 77. &c. An ob causam dubiam censendus sit aliquis Irregularis?
 89. Qui sint Effectus Irregularitatis?
 90. &c. Quomodo privet Ordine suscipiendo?
 92. &c. Quomodo Beneficiorum consecutione?
 95. &c. An privet etiam Beneficiis autè obtentis?
 100. &c. An Pensionibus, fructibus Beneficiorum, Jurisdictione &c.
 103. Quæ causa excuset ab Irregularitate?
 104. &c. An excusetur, qui ignoravit, quoddam delictum à se commissum Lege Ecclesiastica specialiter prohibitum sit?
 107. &c. Aut qui scit ita prohibitum esse, ignorat autem Irregularitatem ei annexam?
 110. An Irregularitas tollatur per Baptismum?
 111. 112. An per Professionem, aut Vota Religiosa?
 113. Quis relaxare Irregularitatem possit dispensando?
 114. 115. An id possit etiam Episcopus?
 116. &c. Sub quibus conditionibus?
 120. 121. Quinam hic veniant nomine Episcopi?
 122. &c. Quanam alia advertenda sint circa relaxationem Irregularitatis?
 70. Varietas.

66 **Q**Uæritur 1. quid sit Irregularitas? *Re Irregularitas, sic dicta, quoddam deviatio sit à Regula, à preceptis Ecclesiæ PP. constituta pro iis, qui ad Sacra ministeria admittuntur, communiter definitur solet, quoddam sit impedimentum Canonicum, primò, & per se impediens Ordinis susceptionem, & secundario illius usum. Ita Sylv. V. Irregularitas n. 1. Navar. Man. c. 27. n. 19. Covar. in Clem. si furiosus; p. 1. Suar. de Censur. D. 40. sect. 1. n. 1. & 2. Palao tr. 29. D. 6. p. 1. n. 2. Wiestner hic n. 34. la Croix tom. 8. l. 7. c. 5. n. 429.*

Dicitur 1. *Impedimentum*: quod ponitur loco generis; quia quilibet Censura, & quilibet defectus naturalis, Ordines impediens, est impedimentum, quamvis non omne tale impedimentum sit Irregularitas.

67 Dicitur 2. *Canonicum*; quia non ab homine, sive per Judicis sententiam, sed à solo Jure infligitur *c. is, qui igitur 18. pr. de Sent. Excomm. in 6. & quidem non à Jure aliquo particulari, v. g. Statuto Diocesano, sed communi. Covar. l. cit. n. 3. Suar. D. 40. cit. sect. 4. n. 8. Laym. l. 1. tr. 5. p. 5. c. 1. n. 5. Wiestner n. 34. & dico. eoque, non Civilis; quia istius conditores de SS. Ordinibus disponendi non habent potestatem *c. decernimus 2. c. quando 3. de Judic. c. si Judex 12. ibi, Quia de re Ecclesiastica, & spirituali de Sent. Excomm. in 6. sed Jure Ecclesiastico positivo inducta est. Neque obstat, quod Jure etiam naturæ incapax Ordinum faciat amentia, & defectus quorundam membrorum, Divino**

autem defectus Baptismi, & sexus virilis; nam defectus isti potius incapacitates sunt, quàm Irregularitas, utpote quæ in sensu proprio accepta capacitatem in Irregulari supponit. Wiestner n. 35. & 36.

Dicitur 3. *directè impediens Ordinis susceptionem*: quo differt à Censuris; quia Irregularitas propriè pœna non est. Laym. c. 1. cit. n. 2. Bonac. D. 7. q. 1. p. 1. La Croix n. 429. cit. & licet aliquando imponatur per modum pœnæ in vindicationem delicti; non tamen est pœna medicinalis, quæ recedente contumacia, tolli debet, sed est pœna de se perpetua: Præterea ipsa non tam in pœnam delicti imponitur, quàm ob honorem Ecclesiastici Status, in quem dedecet assumi illum, qui tale delictum commisit. Laym. l. cit. Palao n. 2. Wiestner n. 37.

Dub. 1. quomodo Irregularitas differt ab Excommunicatione, Suspensione, Interdicto, Depositione, Degradatione? *Re. 1. ab Excommunicatione differt; quia ipsa directè impedit susceptionem Ordinis, quatenus talis est, cum Excommunicatio major illius susceptionem tantum impediatur, quatenus est quædam cum fidelibus communicatio, & Excommunicatio minor, quatenus Ordo est quoddam Ecclesiæ Sacramentum. 2. à suspensione; quia suspensio per se non privat Ordinis susceptionem, sed illius usu, ideoque solis Clericis aptatur, cum tamen Irregularitas tam Clericis, quàm Laicis communis sit. 3. ab Interdicto; quia esto, Interdictum aliquando impediatur Ordinis susceptionem, non tamen*

men, quatenus Ordo est, sed quatenus est quoddam Sacramentum & Divinum ministerium. 4. à *Depositione* & *Degradatione*; quia *Depositio*, & *Degradatio* per sententiam feruntur ab homine, Irregularitas autem nunquam ab homine, sed solum à Jure, licet quandoque non scripto, lata est; deinde illæ semper sunt poenæ; hæc prout dictum, ex se poena non est: denique illæ directè non privant Ordinum susceptione, sed potius illorum usu; secus Irregularitas.

70 Dub. 2. quatuorplex sit Irregularitas? 1. tripliciter communiter solet dividi. 1. in eam, quæ provenit ex delicto, & in eam, quæ provenit ex alio defectu. 2. in Totalem, & Partialem. Totalis est, quæ cujusunque Ordinis susceptione, & susceptorum usu quocunque privat; Partialis, quæ Ordinum usu, seu ministerio aliquo, vel solo ascensu ad superiores privat, licet in jam susceptis ministrare non prohibeat. 3. in Perpetuam, & Temporalem. Perpetua est, quæ sola dispensatione tollitur; Temporalis; quæ lapsu temporis cessat, ut est Irregularitas ex defectu ætatis, quæ adveniente ætate, tollitur.

71 Dub. 3. quis Irregularitatem indicare, & in quem cadere illa possit? 1. infligere eam solus Pontifex potest. Suar. de Censur. D. 40. sect. 4. à n. 7. Avil. p. 7. D. 1. fin. Bonac. D. 7. q. 1. p. 2. n. 1. § 2. Palao tr. 29. D. 6. p. 2. n. 1. Ratio est, quia Irregularitas non incurritur, nisi in casibus Jure expressis. atqui nullus alius præter Pont. in Hierarchia Ecclesiastica habet potestatem condendi Jus, ergo &c. Subjectum autem, quod affici per Irregularitatem potest, solum potest esse 1. vir; nam femina nunquam habuit capacitatem ad suscipiendos Ordines, quæ per Irregularitatem tollatur. 2. Baptizatus; nam non baptizati Jure Divino ab Ordinibus excluduntur. 3. Subjectus alicujus Jurisdictioni: hinc incapax Irregularitatis est Summus Pontifex; quia non subditur suis Legibus quoad vim coercitivam. Palao n. 3. § 4. la Croix tom. 8. l. 7. n. 444. § seqq.

72 Quæritur 2. propter quam causam contrahatur Irregularitas? 1. cum Irregularitas juxta dicta n. 70. oriatur ex duplici capite, ex delicto scilicet, & ex defectu, hinc duplicis generis causæ sunt, ex quibus incurritur Irregularitas. Ex delicto Irregulares sunt 1. iterantes Baptismum. 2. suscipientes furtivè Ordinem. 3. ministrantes in Ordine non suscepto. 4. violantes Censuram Ecclesiasticam per susceptionem Ordinis, vel ministracionem in illo in Excommunicatione, suspensione &c. 5. occidentes, vel mutilantes injustè alterum, si hoc voluntariè fiat; & cum inten-

tione expressa occidendi, vel mutilandi; quod extenditur etiam ad mandantem, consententem &c. 6. Hæretici, & de Hæresi facti, dum non purgant suspicionem. 7. infames infamiæ Juris, & facti &c.

Defectus, ex quibus induci Irregularitas potest, varii sunt. Et 1. quidem ex defectu animi Irregulares sunt amentes, infantes, phrenetici &c. 2. ex defectu corporis Hermaphroditii, carentes requiritæ ætate ad Ordines, & quemcunque alium habentes defectum, qui congruentem Ordinis usum impedit, vel notabilem horrorem seu deformitatem causat. 3. ex defectu natalium Illegitimi. 4. ex defectu Sacramenti bigami. 5. ex defectu Libertatis servæ. 6. ex defectu lenitatis concurrentes ad supplicium capitis, vel mutilationem etiam justam, milites occidentes in bello etiam justo, si offensivum hoc sit &c. de quo supra Tit. 12. de reliquis vero spatim per ceteros Libros, maxime Libr. 1. à Tit. 17.

Dub. 1. quale delictum debeat esse illud, ob quod incurritur Irregularitas? 1. non debet esse commissum solo actu interno; nam hos actus Dominus suo reservavit judicio, ac proinde non possunt humano condemnari examine, ut traditur can. si quandoque 1. caus. 15. q. 6. & cogitationis poenam nemo patitur; juxta can. cogitationis 4. de penit. dist. 1. S. Thom. 1. 2. q. 20. art. 5. Sot. l. 5. de Just. q. 1. art. 9. Covar. in Clem. si furiosus p. 1. pr. n. 4. Suar. de Censur. D. 40. sect. 3. n. 6. Sayr. l. 6. c. 2. n. 17. Palao tr. 29. D. 6. p. 3. n. 1. Wiestner hic n. 40. la Croix tom. 8. l. 7. n. 443. Neque obstat, quod in aliquibus Bullis concessum fuerit privilegium dispensandi in Irregularitate mentali; nam ut bene Palao cit. notat, id intelligendum est de Irregularitate omnino occulta, vel concessum est ad sedandos scrupulos, non autem ex necessitate.

2. Actus ille externus debet esse consummatus, & perfectus secundum proprietatem verborum Canonis Irregularitatem inducentis, W estner n. 40. cum cit. Sufficit tamen, etsi sit occultus, ut colligitur ex Trid. sess. 24. c. 6. de Reform. ubi conceditur Episcopis potestas dispensandi in omnibus Irregularitatibus, ex delicto occulto provenientibus. Navar. Man. c. 27. n. 194. Covar. in Clem. cit. p. 2. §. 3. n. 4. Suar. sect. 3. cit. n. 21. Wiestner hic n. 38. Reiffentuel ibid. n. 75. Ratio est, quia delicta externa, quantumvis occulta, Ecclesiæ aliquid decernentis, & poenam ipso facto imponentis judicio subijciuntur. Ex quo patet disparitas cum actibus merè internis; nam horum cognitionem, & punitionem sibi soli, ut dictum est, reservavit Judex Divinus.

3. Actus

76 3. Actus iste debet esse delictum factum ex objecto, & materia grave. An verò si ex circumstantia aliqua excusetur à peccato mortali, eo ipso excusetur delinquens ab Irregularitate, non est constans sententia. Negant Cajet. 2. 2. q. 64. art. 8. & Armill. v. Irregularitas n. 14. Opusitum tenent Navar. l. cit. n. 252. Suar. sect. 3. cit. n. 17. Palao tr. 3. cit. n. 2. Wiestner n. 30. & alij apud istos. Rationem dant, quia Irregularitas est malum gravissimum, utpote privans Ordinis susceptione, & illius usu in perpetuum, & absque spe dispensationis. ergo necessarid exigit culpam, vel defectum gravem; aliàs poena culpæ gravitatem excederet. Quæ ratio probat, non posse à Pont. Irregularitatem pœnalem indici alicui ob culpam merè venialem: imò non desunt DD. affirmantes, ad quamlibet Irregularitatem, ex delicto proveniente, requiri dolum, seu contemptum.

77 Dub. 2. an ob causam dubiam censendus sit aliquis Irregularis? Potest dubium hoc esse duplicis generis, Juris nempe, & facti. Dubium Juris est, an in Jure ob tale factum imposita sit Irregularitas; Dubium facti, cum certum est talis factum impositam esse à Jure Irregularitatem, dubitat autem quispiam num tale factum commiserit, la Croix tom. 8. l. 7. n. 449.

78 Certum est 1. quodcumque sit dubium, sive Juris, sive facti, debitam diligentiam imprimis adhibendam esse ad investigandam veritatem, neque sic dubitantem interea absque gravi peccato præstare posse quæ Irregulari prohibentur, ut colligitur aperte ex c. illud 5. de Cler. Excomm. ministr. quia manifesto periculo se exponeret violandæ Irregularitatis. Excipitur, nisi interim, dum dubium istud examinatur, dubitans pateretur incommoditatem gravem se Irregularem reputando, ut quia præterit occasio Ordinum suscipiendorum, Beneficii vel alterius lucri comparandi; nam eo casu non videtur Lex in dubio ita rigide obligare, ut ob illius obligationem quis teneatur grave damnum sustinere Palao l. cit. n. 3. post Salas Sanch. &c.

79 Certum est 2. si post adhibitam debitam diligentiam rationibus probabilibus quis ducatur ad existimandum, quod vel facto tali Irregularitas non sit annexa, aut quod ipse non commiserit factum, cui aliàs de Jure annexa Irregularitas est, posse ipsum se reputare immunem esse ab Irregularitate; quia prudenter se gerit opinioni probabilis adherendo, neque in ea probabilitate æquum erat quemquam tam gravi pœnæ subijcere.

80 Difficultas igitur solum est, an si post adhibitam diligentiam debitam adhuc R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

quis hæreat, neque valeat judicium probabiliter efformare, Irregularitatem se non incurrisse (quod raro fiet) reputare se Irregularem debeat? Quia in re variæ sunt Sententiæ. Prima cum Henric. l. 14. de Irreg. c. 3. n. 3. § 4. & c. 14. n. 3. & c. 15. n. 3. & alijs vult, eo casu neminem debere se reputare Irregularem, quousque Sententia Judicis accedat. Rationem dant, quia Irregularitas non incurritur, nisi in casibus Jure expressis, atqui in Jure expressum non est, quod aliquis in casu dubio in foro conscientia se reputare pro Irregulari debeat ergo &c.

Secunda Sententia cum Navar. Man. 81 c. 27. n. 193. Philarch de Offic. Sacerd. tom. 1. p. 1. l. 4. c. 6. not. 2. & alijs relatis à Sanch. l. 2. mor. c. 10. n. 39. § 41. contendit, eo casu quemlibet reputandum Irregularem in foro conscientia, non tamen in foro externo ut talem condemnandum. Eriorem partem probant; quia in foro conscientia semper quis videtur obligatus in dubijs tutiorem partem sequi, cum in ea sequenda nullum sit periculum. At in foro externo, dum delictum non probatur, reus absolvendus est, maxime cum Jure constitutum sit, quod cum sunt partium jura obfura, reo favendum sit potius, quam auctori, Reg. 11. in 6.

Tertia cum Covar. in Clem. si fu- 82 riosus pr. n. 3. Suar. D. 40. de censur. sect. 6. n. 1. Avil. p. 7. D. 2. dub. 5. concl. 1. & alijs asserit, eo casu reputandum quemlibet Irregularem esse non tantum in foro conscientia, sed etiam in externo, & talem non tantum obligari dispensationem quaerere, & interea abstinere à celebratione, sed etiam ut Irregularem à Judice condemnari posse; tum quia textus, decidentes Homicidam in casu dubio reputandum esse Irregularem, loquuntur de utroque foro, ut patet ex c. ad audientiam 12. & c. significasti 18. de Homicid. tum quia forum internum ab externo non discrepat, quando istud præsumptioni falsa non innititur arg. c. fin. de Const. in 6. & c. contingit 1. de Jurejur. eod. igitur si in foro externo judicandus est Irregularis in casu dubio, etiam in foro conscientia ut talis habendus est.

Quarta denique, & meo judicio probabilior Sententia cum Palao tr. 29. D. 6. p. 3. n. 7. § seqq. distinguit inter dubium Juris, & facti; nam si dubium Juris sit, ita dubians nullo modo Irregularem reputare se debet. Ita Sayr. Sanch. Coninck apud eundem Palao, & sumitur ex c. is, qui 18. de Sent. Excomm. in 6. ubi dicitur, ob nullum factum Irregularitatem incurri, nisi id Jure expressum sit. atqui nullatenus in Jure expressum est, quod pro Irregulari se habere debeat ille, qui post diligentem inquisitionem dubitat, an tali facto Irregularitas annexa

nexa sit, ergo non tenetur judicare, tali facto impostam esse Irregularitatem. *Conf.* nemo tenetur ad Legis alicujus observacionem, nisi ea Lex illi fuerit sufficienter promulgata. atqui sic dubitanti Lex Irregularitatis non est sufficienter promulgata; quia ipsi non constat, quod Jure expressa sit, ergo &c.

84 *Si verò sit dubium facti*, iterum distinguendum est inter dubium facti Homicidij, & inter dubium circa alia facta, quibus constat Irregularitatem de Jure annexam esse. Nam in dubio facti Homicidij: cum scilicet dubitatur, an tu patrueris homicidium tua actione, consilio, vel favore, te judicare debes Irregularem, & ut talis in foro externo habendus, & judicandus es, non quidem absolute, sed quoad effectum abstinendi à celebratione, quærendique dispensationem. Ita Palao l. cit. pro le allegans *Navar. Covar. Az. Sayr. Suar. Sal. Rebell. Valent. Sanch. Avil. Molin. Coninck.* Consentiant Laym. l. 1. tr. 1. c. 6. §. 4. n. 37. Dicast. D. 7. dub. 2. & 3. Spered. Decif. 77. à n. 31. & Decif. 119. n. 48. Dian. p. 3. tr. 5. Ref. 72. Wiestner hic n. 42. la Croix tom. 8. l. 7. n. 451. Ratio est, quia textus c. ad audientiam, & c. significasti cit. expresse decidunt, in dubio facti Homicidij obligationem esse abstinendi à celebratione, & sic dubitantem tanquam Irregularem habendum: idque non tantum tanquam rem consilij, ut prima Sententia vult, sed tanquam ex obligatione, ut expenditio textus manifestum erit. Additur autem, Quoad effectum abstinendi à celebratione. Et patendi Dispensationem; quia in his tantum periculum animæ imminet, & de his relati textus loquuntur: nullo autem modo ita dubitans censendus est Irregularis quoad privationem Beneficiorum, aliasque pœnas Irregularibus impositas, ut bene cum alijs supra cit. advertit Abb. in c. significasti cit. n. 4.

85 *Si verò dubium facti incidat in alijs materijs, extra causam Homicidij*, major est controversia. Et rationem dubitandi faciunt 1. textus allegati, ubi dum Pontifex declarat, in dubio Homicidij facti reputandum quemlibet Irregularem, nititur hoc principio, quod in dubio tutior pars sit eligenda, atqui principium hoc procedit etiam in alijs materijs, ergo &c. 2. Pontifex non videtur novum Jus condere, sed quod æquitati conforme est, declarare; declarat autem, tutiorem partem esse eligendam, ergo in omnibus materijs eligenda est. 3. Lex pœnalis extendi debet ad casus similes, quando ratio decidendi æquè in omnibus procedit.

86 Sed dicendum, extra dubium Homicidij neminem esse Irregularem censendum. Ita Palao n. 9. pro se citans *Navar. Suar.*

Sal. Sanch. Coninck, Avil. Bonacin. Consentiant Laym. l. 1. tr. 1. c. 6. §. 4. n. 39. Dicast. D. 7. dub. 2. & 3. Spered. Decif. 77. à n. 31. & Decif. 119. n. 48. Schild. tr. 5. n. 67. Bardi discept. 6. c. 7. §. 2. la Croix tom. 8. Libr. 7. n. 450. Sumitur ex c. is, qui 18. de sent. excomm. in 6. ubi deciditur non contrahi Irregularitatem, nisi in casibus à Jure expressis, atqui in jure expressum non est, in dubio facti ultra casum Homicidij Irregularitatem incurri, ergo &c. *Conf.* nam in casu dubio nemo tenetur se sua libertate privare, nisi aliqua Lege cogatur ad hanc privationem sustinendam, atqui nulla adest Lex privans libertate suscipiendi Ordines dubium delinquentem, nisi in casu Homicidij, ergo &c.

Atque hinc Irregularis non est 1. qui celebrat in dubio de contracta Excommunicatione; quia tali celebratione Irregularitatem incurri non est jure expressum: in d. c. Apostolica 9. de cler. excomm. minis. Clericus ob celebrationem Irregularis solum efficitur, si ejus de illa contracta ignorantia crassa sit, & supina, minimè obsecro argumentò, eum, qui post adhibitam debitam diligentiam de Censura contracta haret dubius, eamque inculpabiliter ignorat, celebratione non fieri Irregularem. Avil. p. 7. D. 2. dub. 5. concl. 2. Suar. D. 40. scd. 5. n. 13. & 19. Sanch. l. 1. mor. c. 10. n. 48. Palao p. 3. cit. n. 10. §. ex hac doctrina. Wiestner hic n. 43. Irregularem, celebrans in dubio de facta mutilatione; quia c. cit. decisio exprimit solum homicidium, ad quod mutilatio quidem via, sed revera homicidium non est. Sanch. c. 10. cit. n. 49. Palao n. 10. §. secundo, Pirhing hic n. 60. fin. Wiestner ibid. n. 44. 3. celebrans in dubio, an aliquis sit occisus; quia textus cit. loquuntur tantum de eo casu, quo hominem interfectum esse constat, & dubium est, an ejus mors ex vulnere ab ipso dubitante, an ab alio inflata, vel alià ex causâ secuta sit. Dian. p. 11. tr. 6. ref. 24. pr. & §. itaque, Mendo de jure Acad. l. 3. n. 321. Gibalin. de Irregul. c. 4. q. 1. à n. 17. Wiestner hic n. 45. 4. is, quid dubitat, an homicidium ex vulnere à se, vel alio inflato, aliàve causa secutum sit, solum tenetur abstinere à celebratione Missarum. Wiestner n. 45.

Neque obstant Argumenta n. 85. 88. proposita. Ad 1. etsi Principium illud commune sit omnibus alijs materijs, & propterea consilium prudentissimum sit tutiorem sequi partem; quia tamen ut cum Sanchez rectè advertit Palao n. 10. cit. in Irregularitate Homicidij efficacius procedit ob indecentiam specialem, quam secum affert Homicidium in Clerico, ea de causâ disposuit Pontifex, ut in dubio Homicidij censeatur quis Irregularis, quam dispositionem ad alias

illas materias non extendit. *Ad 2.* ibi Pontifex condit novum Jus, quia ex ratione, quod tuior pars sit eligenda, statuit, eum, qui dubius est de Homicidio, censendum esse Irregularem. *Ad 3.* verius est, Legem maximè poenalem ob similitudinem rationis extendendam non esse ad casum, sublata verborum forma non comprehensum.

90 Queritur 3. qui sint Effectus Irregularitatis? Imprimis noto, quod nulla Irregularitas privet actionibus, quæ & Laicis, & Clericis communes sunt, nempe recipere Sacramenta, præter Ordinem, audire Officia Divina, sepeliri in loco sacro, communicare cum fidelibus, baptizare absque solennitate. Palao *tr. 29. D. 6. p. 5. n. 2.* quia Irregularitas solum excludit à gremio, & Regula Clericorum & conf. ab actionibus, quæ Clericorum sunt propriæ: quo prænotato ad questionem propositam dico, tres præcipuè Irregularitatis effectus recenseri. 1. est privatio Ordinis suscipiendi licitè, 2. privatio Beneficiorum consequendorum. 3. privatio Beneficiorum ante Irregularitatem acquiritorum.

Dub. 1. quomodo Irregularitas privet Ordine suscipiendo? *3.* facit, ne licitè suscipi Ordo ab Irregulari possit. Dixi 1. ne licitè; nam valide potest, quia valor receptionis non pender à dispositione Ecclesiæ, & conf. ipsa eundem impedire non potest, modò adsint alia requisita. Circa Primam Tonsuram diversa est ratio; nam hæc ab institutione Ecclesiæ pender: unde Ecclesia illius susceptionem posset irritam reddere in Irregulari. Possit, inquam; de facto enim non constat, quod irrationem hanc apposuerit: imò sunt DD. qui etiam negant, quod susceptio Primæ Tonsuræ Irregularibus sit prohibita, eo nixi fundamento, quia Irregularitas est impedimentum Ordinis suscipiendi; prima autem Tonsura non est Ordo, sed tantum dispositio ad Ordines. Verum hæc sententia nullatenus est admittenda: & ratio est, quia Irregularitas tendit ad constituendum Irregularem extra Clericorum Statum, & Regulam, quod est effectus Tonsuræ oppositus, quæ tonsurarum ad Statum Clericorum adoptat. Palao *p. 5. cit. n. 2.* & ab eo relati. Neque obstat, quod Prima Tonsura proprie non sit Ordo; quia satis est, quod sub Ordine latè dicto comprehendatur juxta *c. cum contingat 11. de atat. & qualit.* Accedit, quia per Irregularitatem fit quis incapax Ordinis suscipiendi, igitur etiam primæ Tonsuræ; male enim quis se disponit ad aliud, quod habere non potest.

91 Dixi 2. ne suscipi Ordo *3.* nam quando Irregularitas supervenit Ordini iam suscepto, videndum est, an sit Irregularitas ex delicto, an ex defectu. *si ex delicto,*
R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

puta ex homicidio, ex iniqua Ordinum susceptione, vel administratione &c. privat ordinatum quolibet exercitio Ordinis suscepti, & inhabilem reddit ad alium suscipiendum; quia præstat omnem effectum, quem præstare potest, ut colligitur ex *c. fin. de temp. ordin. & c. inquisitionis 21. de accus.* & cum communi norant Covar. in *Clem. si furiosus p. 1. §. 1. n. 3. Navar. Man. c. 27. n. 144. Suar. D. 40. sect. 2. n. 4. Avil. p. 7. D. 2. dub. 6. Palao p. 5. cit. n. 3. Wiestner hic n. 47.* Si verò ex defectu descendat Irregularitas, privat solum exercitio Ordinis suscepti, & potestate suscipiendi, ad quem per ejusmodi defectum inhabilis factus est: ut si duo digiti cum mediata palmæ abscissi fuerint, si Sacerdoti, Irregularis ille sit ad celebrandum; si Diacono, ad Sacerdotium suscipiendum: nequaquam tamen impedit aut Diaconum à ministerio Ordinis rite suscepti, neque Sacerdotem à reliquis muniis Sacerdotalibus, qualia sunt Matrimonio assistere, absolvere à peccatis, vel alia Sacramenta ministrare. Navar. *l. cit. n. 191. Suar. sect. 3. n. 25. Avil. dub. 6. cit. §. circa, Palao n. 3.* Neque refert, an talis defectus culpabiliter sit contractus, neque; quomodocunque enim supervenerit ordinato, solum impedit usum illius Ordinis, quem defectuosus præstare nequit, prout dictum est *Lib. 1. Tit. 20. n. 14.* Quare talis defectus inducet Irregularitatem solummodo partialem.

Dub. 2. quomodo Irregularitas privet Beneficiorum consecutione? Certum est, quod Irregularis non possit licitè accipere Beneficium *c. fin. de Cler. pugn. in duell. & Trid. sess. 14. c. 7. de Reform.* saltem si Irregularitas sit absoluta, & totalis; nam hæc Clericum à Statu, & Ordine Clericali omnino deiecit: conf. deiecit etiam ab iis, quæ Clericalem Ordinem requirunt, & quæ illius sunt propria. Aliud est, si Irregularitas sit partialis duntaxat, & ordinato supervenerit non ex delicto, sed ex defectu, si- cut est Irregularitas, quæ refertur *c. Presbyterum 2. de Cler. agrot.* nam huic validè, & licitè potest conferri Beneficium, saltem si tale illud sit, ut non requirat usum repugnantem defectui. Valent. *tom. 4. D. 7. q. 19. p. 2. v. & dicendum. Sayr. l. 6. Thesaur. c. 2. n. 13. Garc. de Benef. p. 7. c. 12. n. 19. Bonac. D. 7. de Irregul. p. 4. n. 3. Palao tr. 29. D. 6. p. 5. n. 5.*

Difficultas est, an valida sit collatio Beneficii, quæ facta est Irregulari absolute, vel tali, qui functiones Beneficii exercere licitè non potest. Negat communis Sententia ex ratione, quia Irregularis exclusus est ab Ordine, & ejus exercitio, ergo exclusus est etiam à Beneficio, quod Ordinem necessariò requirit; etenim inhabilis ad unum inhabilis cenferi debet ad omnia illa, qua

quæ ex eo unò consequuntur arg. c. translato 3. de Constit. junct. Gloss. in can. sudeat 59. V. ut tale Beneficium dist. 50. Conf. ex c. cum bone 8. de atar. §. qualis. c. postulastis 7. & c. fin. de Cler. excomm. ministr. c. fin. de Cler. pugn. in duell.

94 Verùm his non obstantibus, adhuc probabilis est Sententia, quæ negat hujusmodi collationem esse irritam. Ita Sylv. V. Excommunicatio 4. n. 4. Felin. in c. inquisitionis 21. n. 6. §. 8. de Accus. Suar. D. 40. sect. 2. à n. 30. Coninck D. 18. dub. 1. n. 4. Laym. l. 1. tr. 5. p. 3. c. 1. n. 2. §. 3. Casp. Hurtad. de Irreg. diffie. 5. à n. 20. Palao l. cit. n. 6. §. seqq. arg. c. si soli 6. de concess. Prab. in 6. ubi dicitur, prohibitionem Pontificis non irritare collationem, nisi ei adjungatur Decretum irritans, quòd Decretum cum non reperitur respectu collationis Beneficii Irregulari factæ, plus non sequitur, quàm quòd talis collatio, & receptio Beneficii sit illicita, & per sententiam irritanda, non verò quòd sit irrita ipso Jure. Conf. quia Irregularitati non sunt tribuendi plures effectus, nec plures pœnæ, quàm sint Jure expressæ, atqui in Jure nullus est textus, exprimens, collationem Beneficii Irregulari factam esse irritam, sed ad summum illicitam.

95 Neque aliud probat Argumentum contrarium; neque enim ex eo, quòd Irregularis exclusus sit ab Ordine suscipiendo, & illius exercitio, sequitur susceptionem Beneficii esse invalidam: patet in eo, qui incurrit Excommunicationem minorem, & propterea non potest licite eligi, quamvis electio ejus sit valida. Accedit, quia Irregularis potest procurare dispensationem & interim Beneficio per alium interservire, ejusque muneris satisfacere. Non plus probant textus in Conf. allati, nam c. cum bone non loquitur de Irregulari, sed de suspensis, & in Suspensione per triennium perseverantibus, neque hos reddit inhabiles ad Beneficia, sed decernit spoliandos esse Beneficiis antè possessis, & eo tempore acquisitis. c. postulastis, iterum non de Irregulari, sed de Excommunicato loquitur. c. fin. eod. de legato Excommunicatione minori, c. fin. de cler. pugn. in duell. dicitur cum Clerico, qui homicidium commisit, posse misericorditer dispensari, ut Beneficium obtineat, non quia invalida esset Beneficii collatio, sed quia illicita.

96 Dub. 3. an Irregularitas Jure ipso privet Beneficiis ante Irregularitatem obtentis? Rationem dubitandi facit I. Trid. quod sess. 14. c. 7. de reform. loquens specialiter de Irregularitate Homicidii voluntarii inquit: Qui sua voluntate Homicidium perpetraverit - - omni Ordine, ac Beneficio, & Officio Ecclesiastico perpetuo careat. sed caret Ordine ipso Jure, & abs-

que Sententia condemnatoria, ergo etiam carere debet Beneficio, & Officio. 2. can. si quis Episcopus 8. caus. 1. q. 1. ubi Simoniacus, c. cum secundum 19. de Heret. in 6. ubi Hæreticus, & c. pro humani 1. de Homic. in 6. ubi Assassinus ipso Jure videtur privati Beneficio suo. 3. quia Irregularis incapax plerumque est exercendi officium, ratione cujus Beneficium conceditur, ergo ipso Jure videtur illud amittere, cum satisfacere ejus obligationi non possit.

Sed standum negativâ sententiâ quam cum communi defendunt. Navar. Man. c. 27. n. 249. dict. 5. Henric. l. 14. c. 2. n. 6. Valent. tom. 4. D. 7. q. 19. p. 2. §. quinto. Suar. D. 40. sect. 2. n. 15. & D. 44. sect. 4. n. 2. Bonac. D. 7. p. 4. n. 8. Coninck D. 18. dub. 1. n. 5. Laym. l. 1. tr. 5. p. 5. c. 1. n. 1. coroll. 3. Hurt. Diffie. 5. n. 20. Palao tr. 29. D. 6. p. 5. n. 9. Wiestner hic n. 48. la Croix tom. 8. l. 7. n. 439. Colligitur ex c. Clericus 5. ne Cler. vel Monach. c. fraternitati 6. & c. seq. §. questivus de Cler. excomm. ministr. c. ex literis 10. de Excess. Prelat. in quibus textibus ad Beneficiorum privationem requiritur Officium Judicis. Conf. quia nemo ipso facto ante sententiam privatur bonis suis, vel juribus actu possessis, nisi id clarè exprimat Leges, nullus autem extat textus hanc pœnam ipso Jure inducens, ergo &c.

Addo tamen, etsi Beneficiatus, in 98 Irregularitatem incidens ob delictum, retinere possit Beneficium, usque dum per sententiam eo privetur, ipsum tamen debere procurare Dispensationem, & interim Beneficii muneri per alium satisfacere in his actionibus, quæ rationem Irregularitatis illi sunt prohibita. Quodsi autem Dispensationem impetrare aut nolit, aut non possit, retinere illud non poterit; quia sic Ecclesia in perpetuum spoliaretur servitio suo. Poterit tamen illud resignare, etiam in favorem, ac si nullam Irregularitatem incurrisset, etiam pendente lite, & accusatione facta de Irregularitate; quia usquequo accedat sententia, & condemnnetur, retinet Jus in Beneficio. Sayr. l. 6. c. 2. n. 14. Suar. D. 40. sect. 2. n. 19. Palao p. 5. cit. n. 15. la Croix n. 439. cit. Et hoc verum est etiam casu, quo durante accusatione Irregularitatis Beneficium ipsius impetravit alius sub conditione, si privetur Irregularis; quia ita renuntians usus est suo Jure. Molin. tr. 3. de J. & J. D. 78. n. 2.

Argumenta in contrarium n. 96. 2. 99 lata non sunt efficacia. Ad 1. Clericus, ob homicidium voluntarium Irregularis factus, tantum privandus venit Beneficio suo, sicut etiam in aliis; nam in his Trid. nihil innovavit: neque sequitur, quòd si Irregularis ipso Jure privetur Ordine suscepto, ipso Jure, & abs-

ante sententiam etiam carere debeat, & privari Beneficio, & Officio; nam prius clarè decifum est in Jure, non autem posterius: quare Concilii verba intelligenda sunt juxta ipsarum rerum naturam, & dispositionem Juris antecedentem, ut evitetur Juris correctio. *Ad 2.* similiter etiam de Simonia, Hæresi &c. dicendum, quod ob hæc, & similia delicta Irregularis factus solum privandus veniat. *Ad 3. N. Conf.* quia talis Beneficiatus, usque dum Dispensationem impetret, Beneficio satisfacere per alium potest.

¹⁰⁰ Dub. 4. an, & quomodo Irregularis privetur Pensionibus, fructibus Beneficii, Jurisdictione pertinente ad forum contentiosum? *Ad 1.* in Jure Pensionum privatio Irregulari indicta non est, sed decernenda relinquitur arbitrio Judicis, spectata delicti qualitate, ut decifum à S. Congr. Card. referunt Ricc. Decif. 524. Barbof. ad sess. 14. Trid. c. 7. de reform. Suar. D. 44. sect. 4. n. 34. Bonac. D. 7. p. 4. n. 11. Palao p. 5. cit. n. 12.

¹⁰¹ *Ad 2.* Si ejusmodi Irregularis muneribus Beneficii sui per se, vel per alium exercuit, non privatur Beneficii fructibus, nec venit privandus per sententiam; quia titulum Beneficii retinet, & jus habet percipiendi illius fructus, posito muneris exercitio. Suar. D. 40. sect. 2. n. 20. Coninck D. 18. dub. 1. n. 5. Filiuc. tr. 19. n. 69. Bonac. p. 4. cit. n. 10. Laym. l. 1. tr. 5. p. 5. c. 1. n. 1. coroll. 3. Palao p. 5. cit. n. 13.

¹⁰² *Ad 3.* dico, Jurisdictionem fori externi, & alias functiones, quæ Irregulari specialiter non prohibentur, ab eodem exerceri posse Palao n. 14. & ab hoc cit. Ratio est, quia Irregularitas non dejicit à Beneficio, & Officio. ergo nec ab illius usu, Poterit igitur ejusmodi Irregularis excommunicare, eligere, conferre Beneficia, sicut poterat, antequam in Irregularitatem incideret. Item Parochus Irregularis licitè poterit assistere matrimonio, & assistendi licentiam dare, imò licitè poterit dare licentiam administrandi Sacramenta. Neque obest, quod per Irregularitatem sit dejectus à Statu Clericali, cui Jurisdictio Ecclesiastica alligatur; nam Clericatus tantum requiritur tanquam conditio, ut subiectum sit capax Jurisdictionis, illa tamen concessa, ejus usus non est actus Ordinis, ac proinde per Irregularitatem non prohibetur.

¹⁰³ Queritur 4. quæ causa excuset ab Irregularitate? *Certum est*, Irregularitatem ex delicto non incurri per actum, qui non est peccatum mortale: cons. ab Irregularitate excusatur omnis ille, qui excusatur à peccato mortali; quia, ut n. 76. dictum est, est pœna gravissima. igitur peccatum grave ad sui incurfionem requi-

rit, ut sit proportio inter pœnam, & culpam.

¹⁰⁴ Dub. 1. an excusetur ab Irregularitate, qui ignoravit, quod delictum, quod commisit, Lege Ecclesiastica specialiter sit prohibitum? *Ratio dubitandi est*, quia Irregularitas non tam in pœnam delicti, quam ob decentiam Status Ecclesiastici indicitur, cui decentia obstat delictum, etsi ignoretur speciali Lege Ecclesiastica illud esse prohibitum.

Sed dicendum, probabilius excu-¹⁰⁵ faci. Ita Coninck D. 18. de Irreg. dub. 4. concl. 1. Palao tr. 29. D. 6. p. 6. n. 1. & alii. *Probare potest* 1. ex c. fin. de Cons. in 6. ubi deciditur, Constitutionibus Ordinariorum, quoad pœnas in his sancitas, non ligari illos, qui has ignorant; quia æquum non est æquali pœna punire transgressorem Legis ex ignorantia, quæ puniatur transgressor ejus malitiosus, cum ignorantia à transgressione culpabili Legis excuset: quæ decifio à fortiori procedit in Constitutionibus Pontificiis, 2. ex cap. proposuisti 2. dist. 82. ubi Clerici luxuriosi, ignorantes, sibi delictum istud per Legem Ecclesiasticam sub pœna Depositionis prohibitum esse, venià digni, pronuntiantur, & afficiuntur pœna mitiori arbitrio Judicis. ergo ignorantia Legis Ecclesiasticæ excusat à transgressione, & à pœna ei annexa, 3. ex ratione; quia pœnalis Irregularitas plerumque ab Ecclesia indicitur in pœnam inobedientiæ, & contumaciæ adversus Ecclesiam, siquidem superadditur violationi Censurarum, quæ inobedientiam, & contumaciam requirunt, atqui inobedientia, & contumacia stare non potest cum ignorantia Legis Ecclesiasticæ, ergo &c.

¹⁰⁶ *Ad Rationem dubitandi dico*, Irregularitatem non inductam solum ob decentiam Status Ecclesiastici, sed simul etiam in pœnam obedientiæ Ecclesiasticæ violatæ, quæ cum posita Legis ignorantia, cesset, necesse est, ut eo casu cesset etiam Irregularitas.

¹⁰⁷ Dub. 2. an incurrat Irregularitatem, qui quidem sciat, delictum suum esse speciali Lege Ecclesiastica prohibitum, probabiliter tamen ignorat Irregularitatem eidem annexam? *Communis sententia cum Carden. Crif. dist. 75. n. 37. Wex Ariad. p. 5. tr. 2. contr. 5. la Croix tom. 8. l. 7. n. 482. Wiestn. hic n. 46. & aliis affirmat* incurrere. *Moventur* 1. quia ignorantia pœnæ non videtur excusare ab illius incurfione; aliàs pluri-¹⁰⁸ mi delinquentes à pœnis per Legem statutis excusarentur. 2. si esset aliqua ratio, quare non incurreretur, esset ista, quia etiam Excommunicatio, & aliæ Censuræ Ecclesiasticæ probabilius non incuruntur, nisi delinquens sciat, illas esse delicto suo annexas. atqui inter Irregularitatem, & Censuras non est paritas; nam Censuræ sunt

pænæ Medicinales, quæ; ut incurrantur, cognitionem requirunt. 3. Si ad incurrendam Irregularitatem necessarium foret cognoscere eam pænâ delicto annexâ, Homicida ignorans hanc pænâ Irregularitatem non incurreret, sed liberè posset ad Ordines promoveri. hoc autem est falsum; nam etiam Judex, justè reum condemnans ad mortem, etsi nesciat factò suo annexam esse Irregularitatem, Irregularis efficitur, ergo multo magis, qui iniquè occidit alterum.

103 Hæc sententia ut communis, & in praxi recepta tenenda omnino est, ut bene notat Palao p. 6. cit. n. 3. contraria tamen, quæ vult, eo casu Irregularitatem non incurri, adhuc probabilis est, ut cum eodem Palao docent Sanch. l. 9. de matr. D. 32. n. 21. Suar. D. 4. de Censur. sect. 9. n. 22. Coninck D. 18. dub. 4. n. 31. Bonac. D. 1. de Censur. q. 2. p. 1. n. 13. Dian. p. 3. tr. 5. ref. 67. Dicast. D. 7. n. 91. la Croix tom. 8. l. 7. n. 482. Ratio est, quia etsi consensus delinquentis in pœnam non requiratur ad sustinendam illam, requiritur tamen illius consensus in culpam, prout est causa talis pœnæ, quod fieri nequit absque noticia pœnæ, quando pœna est extraordinaria. Talis autem est Irregularitas delicto annexa, quia obligat delinquentem, ut eam in se exequatur, ergo ceteri non debet incurri ab ignorante, Legem sub tali pœna esse latam.

109 Argumenta n. 107. in contrarium allata videntur posse dissolvi. Ad 1. non est inconveniens, quod multi ab hac pœna in foro conscientie excusentur, sicut excusantur, à Censuris, cum in eodem foro adversus Legem Ecclesiasticam completè non delinquant, ignorando pænâ extraordinariam, sub qua Lex lata est. Ad 2. Ictet Censuræ, & Irregularitas in hoc differant, quod Censuræ sint pœnæ Medicinales, Irregularitas autem, quæ ex delicto oritur, rationem pœnæ vindicativæ habeat, tamen in hoc paritas adhuc manet, quod tam illæ, quam ista sint pœnæ extraordinariæ: est autem instar Regulæ, quod committens aliquid delictum subiaceat quidem pœnis tali delicto proportionatis, non autem aliis extraordinariis, quæ imponuntur ad vitandum frequentem delicti usum, vel ob aliam causam, nisi delinquens sciverit, delictum sub ea pœna prohibitum esse. Ad 3. negatur paritas: nam Judici Irregularitas non in pœnam, sed ob decentiam posita est; at Homicidæ tum ob decentiam, tum in pænâ delicti indicitur Irregularitas: quæ cum graviore pœna, & difficiliore dispensationis sit, mirum non est, quod cognitio Legis eam indicentis expostuletur.

Quæritur 5. quomodo Irregularitas tolli possit? Et 1. quidem dubitatur, an aliqua Irregularitas tollatur per Baptismum? 2. si rectè res consideretur, nulla Irregularitas Baptismo tollitur; quia nulla est, quæ Baptismum præcedat, cum Ecclesia nullam Jurisdictionem habeat in eos, qui sunt extra Ecclesiam. Sunt tamen aliqui defectus, qui post Baptismum remanent in Baptizato, & ratione quorum Baptizatus constituitur Irregularis, uti est, 1. si ante Baptismum bigamus fuerit, 2. si claudus, cæcus, vel aliam corporis deformitatem habeat. 3. si sit illegitimus. 4. si infamis infamâ Juris, quæ est ex sententia condemnatoria in Judicio; nam infamia facti etiam ex Homicidio per Baptismum aboletur: & eatenus aliquo modo Baptismus dici potest tollere Irregularitatem; quia hominem quasi in alium virum mutat, Palao tr. 29. D. 6. p. 7. n. 1. & apud hunc Henrig. Sayr. Laym.

Dub. 2. an, & quam Irregularitatem relaxet Professio Religiosa, aut emissio Votorum in aliqua Religione approbata? 2. tollit Irregularitatem, quæ oritur ex defectu natalium, in ordine ad suscipiendos Ordines. Navar. Man. c. 27. n. 101. Sayr. l. 7. c. 13. n. 9. Sanch. l. 7. de Matr. D. 86. n. 2. Suar. D. 4. sect. 1. n. 3. Coninck D. 18. dub. 14. conl. 2. Bonac. D. 7. q. 5. p. 2. n. 3. Laym. l. 1. tr. 5. p. 5. c. ult. circa fin. Palao p. 7. cit. n. 2. & habetur c. filii 1. de fil. Presbyter. quæ tamen Irregularitas perseverat in ita Professo quoad dignitates, & Prælaturas c. fin. tit. cit. nisi Religio, quam proficitur, hoc privilegium habeat, sicut habent; Palao teste, omnes ferè Religiones, ut earum Religiosi, etiam si natalium defectu laborent, in Prælatos possint eligi.

Reliquæ Irregularitates, si Justè commune spectentur, per Professionem Religiosam non tolluntur; quia nullum est fundamentum hujus relaxationis. At si privilegia Religioni concessa spectentur, etsi illas Professio Religiosa non relaxat, potestatem tamen concedunt eas relaxandi: & ita in Societate JESU Præposito Generali pro foro conscientie conceditur facultas relaxandi quamlibet Irregularitatem, etiam Bigamiæ, & Homicidii, ut constat ex Compend. privil. Societ. V. Dispensatio à §. 1. usque ad 6. & notat Palao l. cit. n. 2. Wiestn. hic n. 50. Quin imò, ut idem Palao notat, omnibus Religionibus Mendicantibus concessum est privilegium relaxandi Irregularitatem Homicidii etiam voluntarii, dummodo notoria non sit, ex privilegio Martini V.

Dub. 3. quis relaxare Irregularitatem possit dispensando? Certum est, posse

posse illam relaxari à Summo Pont. cum enim illa ortum ab ipso habeat, necesse est, ut etiam per eundem tolli possit: in aliquibus tamen difficilius dispensat, ut in Irregularitate Bigamiæ; quia ab Apostolica traditione descendit: & in illa, quæ oritur ex Homicidio voluntario; quia gravem continet indecentiam.

114 *Difficultas est, utrum dispensare in Irregularitate etiam possit Episcopus? Ratio dubitandi est, quia Episcopus potest absolvere ab Excommunicatione, si eam sibi Pontifex non reservavit c. nuper 29. de Sent. Excomm. ergo potest etiam relaxare Irregularitatem. Sed hoc argumentum nihil probat; imprimis enim retorquetur argumentum: sequeretur enim, quod etiam Parochus possit relaxare Irregularitatem, sicut absolvere potest ab Excommunicatione non reservata, 2. Excommunicatio est pœna medicinalis, quæ cum ex natura sua tolli exigat, quando delinquens correctus est, ab ea absolvens facit id, quod à Jure præcipitur, at Irregularitas est impedimentum de se perpetuum, igitur illud auferens, nisi specialem ad hoc potestatem habeat, vulnerat Jus volens illam durare perpetuò. 3. absolutio ab Excommunicatione est maximè necessaria salutis spirituali fidelium, cum impediatur Sacramentorum receptionem, privet Ecclesiæ suffragiis &c. at per Irregularitatem solum impeditur susceptio Ordinis, vel suscepti usus, qui minis necessarius est ad salutem propriam Irregularitate affecti.*

115 *Quare dicendum, Episcopum tum solum posse dispensare in Irregularitate, quando hoc ipsi concessum est; aliàs, quoties dispensatio circa Irregularitatem eidem concessa non est. cenlebitur Pontifici reservata. Suar. D. 41. sect. 2. n. 3. Palao tr. 19. D. 6. p. 7. n. 4. cum communi. Conceditur autem ei per Trid. sess. 24. c. 6. de reform. potestas in illa dispensandi, quando provenit ex delicto occulto, & ad forum contentiosum nondum deducto, exceptâ illâ, quæ oritur ex Homicidio voluntario.*

116 *Dub. 4. quæ conditiones requirantur, ut Episcopus dispensare in Irregularitate possit? R. 1. requiritur, ut Irregularitas proveniat ex delicto occulto, & nondum deducto ad forum contentiosum, ut patet ex c. 6. cit. Occultum tunc dicitur delictum esse, quando, etsi pertinet probari possit, ignoratur tamen à majori parte populi, seu communitatis, in qua ad minus decem resident, ubi delictum commissum est; ideoque occultum notorio opponitur. Quodsi Delictum in uno loco est publicum, in alio nec scitur, nec timetur probabiliter sciendum, putant aliqui cum Sanch. l. 2. mor. c. 11. n.*

21, posse Episcopum talis loci vi *Decreti Conc. cit.* in ea dispensare. Sed Palao p. 7. cit. n. 10. existimat contrarium; quia hoc modo nulla ferè inveniretur Irregularitas, in qua Episcopus dispensare non possit, quia nulla esset, quæ alicubi ignota non est. *Ad forum contentiosum deductum censetur delictum, quando delatum est Judici, & insuper delatio parti intimata. Unde si delatum quidem sit Judici, non tamen intimatum parti, dici nequit deductum ad forum contentiosum. Imò quia juxta communem sententiam Judicium primum incipit à contestatione huius, poterit Episcopus, usque dum lis contestetur, in Irregularitate dispensare. Idem potest, si reus, postquam delictum ad forum contentiosum deductum est, ex defectu plenæ probationis, aut falsis probationibus absolutus fuit ab instantia, & observatione Judicii, & multò magis si per sententiam definitivam; quia tunc delictum illud se habet, ac si ad forum contentiosum deductum non fuisset, Palao l. cit. n. 11. § 12.*

2. *Requiritur, ut is, quocum in Irregularitate dispensat Episcopus, sit ejus subditus, prout habetur in Trid. c. 6. cit. ibi, Quoscumque sibi subditos. Veniunt autem hic nomine Subditorum, qui in Diœcesi talis Episcopi domicilium habent, vel per majorem anni partem in ea commorantur: non verò peregrini, scholastici, & mercatores, qui non commorantur in Diœcesi per majorem anni partem; nam hi, etsi possint à peccatis absolvi, non tamen in Irregularitatibus, & Votis dispensari, Suar. D. 41. de Censur. sect. 2. n. 10. § 12. Sanch. l. 2. mor. c. 11. n. 9. Palao p. 7. cit. n. 8. Vagitantem, qui nullibi habent certam sedem, absolvi, & dispensari possunt ab Episcopo loci, in quo reperiuntur; quia alicui debent subijci Sanch. l. cit. n. 8. Palao l. cit. fin.*

3. *Requiritur, ut dispense Episcopus in sua Diœcesi juxta Trid. l. cit. ibi: in Diœcesi sua: quorum verborum, ut Sanch. l. cit. à n. 16. & Palao n. 9. notant, legitimus sensus non est, ut per ea limiteretur ullo modo Jurisdictio Episcopi, quasi non posset subditis relaxare Irregularitatem, existens extra Diœcesin suam; cum enim relaxatio hæc sit actus Jurisdictionis voluntariæ, subditis impertiri ab Episcopo potest, etiam existente extra Diœcesin suam: sed potius per ea verba extenditur Jurisdictio; præstant enim hunc sensum: Potest Episcopus quoscumque sibi subditos, vel qui proprie, & per se subditi sunt, eo quod in Diœcesi illius domicilium habeant, vel qui et subduntur ratione existentie in sua Diœcesi, tametsi domicilium non obtinuerint, absolvere à quibuscumque casibus &c. Ex quo sequitur, Episcopum absolvere, & dispensare*

fare cum subdito posse, etiam si tam iste, quam ipse extra Diocesim existant. Sanch. l. cit. n. 17. Palao n. 9. cit.

119 4. Requiritur vi verborum Trid. l. cit. ibi in foro conscientie videtur, ut detur Dispensatio, & pro fit pro foro conscientie tantum. Sed ut bene advertit Sanch. l. cit. n. 12. & Palao n. 14. verba illa non sunt appolita, cum de Dispensationibus sermo est, sed cum agitur de absoluteione à casibus reservatis, igitur cum hæc potestas concedatur absolute, non solum pro foro conscientie, sed etiam pro foro externo professe debet.

20 Dub. 5. quoniam hic veniant nomine Episcopi? hoc nomine hic veniunt principaliter illi Episcopi, qui ordinariam in subditos Jurisdictionem habent. Et cons. eo nomine intelligendus non venit 1. Archiepiscopus respectu subditorum Suffraganei sui; quia non est illorum Superior absolute, nisi in causis ad ipsum per Appellationem devolutis c. cum non 1. de Offic. Legat. c. duo 9. & c. pastoralis 11. de Offic. Ordin. 2. Vicarius Generalis, nisi specialiter facultas hæc ipsi concessa sit; nam ex vi Vicariatus eam non habet, ut multis allegatis docet Sanch. l. 2. de Matr. D. 40. n. 12. & l. 4. mor. c. 38. n. 18. & ratio est, quia Dispensatio reputatur quasi restitutio in integrum, quæ in generali mandato non continetur l. illud 25. fin. ff. de minor. 3. Prælati Regulares respectu Religiosorum sibi subditorum; quia non habent Diocesim, quod videtur necessarium requisitum, ut gaudeant privilegio Trid. ibi in Diocesi sua. Extendit tamen hæc potestatem pro foro conscientie S. Pius V. Motu proprio ad Prælatos etiam locales Religionum exemptarum erga Religiosos sibi subiectos.

Venit tamen hic nomine Episcopi 1. Capitulum Sede vacante; quia succedit in ijs, quæ competunt Episcopo jure ordinario speciali, licet non succedat in illis, quæ eidem competunt jure speciali delegato, atqui hæc potestas dispensandi in Irregularitatibus per Trid. Episcopis competit jure ordinario, ergo &c. 2. Abbates, & alij Prælati habentes propriam Diocesim, & in ea Jurisdictionem quasi Episcopalem independentem ab Episcopo exercentes; nam hæc potestas est beneficium Principis Juri communi insertum, ergo latè est interpretationis; cons. extendi debet etiam ad hos Prælatos. Accedit, quia hi Prælati ab Episcopis solum differunt in consecratione, atqui ad hæc potestatem exercendam non opus est consecratione; nam etiam non consecrati Episcopi hæc potestatem habent. 3. competit hæc facultas ijs, quibus Episcopi potestatem hæc delegaverint; nam quia est Jurisdictionis voluntarie, si-

cut absoluteio, ita & dispensatio hæc delegari alteri ab Episcopo potest.

Dub. 6. Quoniam alia advertenda sunt circa relaxationem Irregularitatis?

1. si plures sint Irregularitates, de quibus impetranda sit dispensatio, necessarium est mentionem facere illarum, quæ sunt ob diversa delicta contracta; quia auferri potest una sine alia. Navar. Man. c. 27. n. 32. Sanch. l. 8. de Matr. D. 24. n. 7. Avil. p. 7. de Irregul. D. 10. n. 8. Palao tr. 29. D. 6. p. 7. n. 16. At si contracta sint ob delictum ejusdem generis sæpius iteratum, v. g. quia sæpius celebrasti in Excommunicatione, plures occidisti &c. non est opus exprimere vices in particulari, in quibus Irregularitas contracta est; necessarium tamen est saltem in genere eas exprimere, ut pro omnibus dispensatio concedatur. Suar. D. 44. sect. 3. n. 28. Coninck D. 18. dub. 14. fin. Palao l. cit. la Croix tom. 8. l. 7. n. 463.

2. Quando in privilegio, vel potestate dispensandi in Irregularitatibus, data Religionibus, vel Episcopis, sit aliqua Exceptio, ea strictè est interpretanda. Et hinc si alicui concedatur potestas dispensandi, præterquam in Bigamia, intelligendum hoc est de Bigamia vera non similitudinaria; si excipiatur Homicidium voluntarium, intelligendum de injusto, & directè volito, non de eo, quod commissum est ad sui defensionem, excedendo moderamen inculpate tutelæ, aut quod ex subita ira commissum est. Coninck dub. 14. cit. concl. 5. Laym. l. 1. tr. 5. c. 5. n. 9. fin. Palao n. 17. la Croix n. 472.

3. si Episcopus vel Prælati conscientia Irregularitatis, in qua dispensare potest, admittat Irregularem ad Ordines, vel Beneficium, censendus est cum illo dispensasse; quia non debet præsumi voluisse peccare, ut ex communiore sententia docet Sylv. V. dispensatio q. 15. & V. Irregularitas q. 28. Henriq. l. 14. c. 17. n. 4. Suar. D. 41. sect. 3. n. 4. Bonac. D. 7. q. 5. p. 1. fin. Palao n. 18. Verùm hæc dispensatio tantum valebit pro foro conscientie; nam in foro externo nullatenus admittitur hæc tacita dispensatio à Prælato inferiore Pontifice; quia in Jure communi inferior Pontifice dispensationem concedere nequit non præmissa cognitione causæ. Palao l. cit.

4. Dispensatus ad Ordines etiam à Pontifice non hoc ipso censetur dispensatus ad Beneficia Curata, Dignitates, & Prælaturas. Palao n. 19. & ab hoc cit. Quoad Beneficia simplicia distinguendum est; nam si dispensatus sit ad maiores Ordines, hoc ipso etiam censetur dispensatus ad Beneficia simplicia; quia nullum decet Sacris initiari, qui Beneficium non habet, ex Trid. sess. 21. c. 2. de reform. nam

nam esto, aliquando aliquis iniatur titulo patrimonij vel pensionis, id quasi ex dispensatione fit ob necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ. *Contra* si dispensatus sit tantum ad Ordines minores; nam hic non hoc ipso reputabitur dispensatus ad Beneficium simplex, utpote qui adhuc redire ad vota Sæcularia potest. Sanch. l. 2. de Matr. D. 1. n. 27.

126 §. Dispensatus ad Ordines, si Minores nondum habet, censi debet dispensatus ad istos solos: si verò Minoribus susceptis, dispensatio hæc superveniat, intelligi debet facta pro Majoribus. Sanch. D. 1. cit. n. 26. Palao n. 20. *Ratio primi* est, quia Dispensatio strictè interpretanda est, & sufficienter effectum suum sortitur

dispensatione pro minoribus Ordinibus concessa. *Ratio secundi*, quia aliàs frustra, & inutilis esset dispensatio.

6. Si Episcopus, sciens aliquem esse Irregularem, ipsi tamen concedat Litteras Dimissorias ad Ordines, eo ipso concedere censetur facultatem, ut ab ordinante dispensetur in Irregularitate, vel alio impedimento, quod susceptionem Ordinum impedit; ne concessio Dimissoriarum sit sine effectu. *Secus est*, si ignarus fuit Irregularitatis, vel impedimenti; censetur enim tunc concessio dimissoriarum facta ob vel subreptivè, & esto, valida sit, cum ipsa tamen Dispensatio in Irregularitate non connectitur necessario. Sanch. n. 25. Palao n. 21.

S. III.

De alijs Pœnis Ecclesiæ Spiritualibus.

S U M M A R I U M.

128. Privatio Beneficii induci potest dupliciter, scilicet ipso Jure, & per Sententiam condemnatoriam.

129. Effectus privationis ipso Jure inductæ.

130. Effectus inductæ per sententiam condemnatoriam.

131. Quando pœne huic fit locus?

132. Deposito alia est simplex, alia solennis.

133. Differentia simplicis à privatione Beneficii.

134. Et à Suspensione.

135. An depositus retineat privilegia Canonis, & fori?

136. Ob quæ crimina à Jure imposita sit pœna Depositionis perpetuæ.

137. An Episcopus dispensando tollere eandem possit?

138. Definitio Degradationis, & divisio in Verbalem & Realem.

139. &c. Differentia unius ab altera?

142. A quo fieri Degradatio Verbalis debeat?

143. Ob quæ crimina?

144. In quorum presentia?

145. An presentes habeant votum decisivum?

146. In quo numero consentire isti in Degradationem debeant?

147. &c. A quo, & quomodo fieri debeat Degradatio Actualis?

151. &c. Quando Judex Ecclesiasticus degradatum valeat tradere Curie Sæculari?

159. &c. An Judex Sæcularis adversus Clericum Degradatum novum Processum formare valeat?

162. &c. An Clericus realiter degradatus à Sæculari Judice torqueri possit?

128 **P**ost Irregularitatem inter Pœnas Ecclesiæ Spirituales Primo loco occurrit inhabilitas ad Dignitates, Beneficia, & Officia Ecclesiastica obtinenda c. quicumque 2. §. Heretici, & c. statutum 15. de Heret. in 6. uti & privatio legitime obtentorum. c. cit. & alibi passim. Potest privatio hæc induci duobus modis scilicet ipso Jure, & per sententiam condemnatoriam Judicis, ipso Jure incurritur tunc, quando annexa est perpetratiōi criminis, ita, ut alia sententia condemnatoria non requiratur: & tale crimen est cades Rectoris, vel Beneficiari Ecclesiæ, in qua Beneficium obtinetur c. in quibusdam 12. b. tit. hostilis persecutio, aut captivatio. alicujus S. R. E. Cardinalis, vel ad eam cooperatio c. felix 5. eod. in 6. percussio, persecutio Episcopi &c. Clem. 1. eod. violenta detentio R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II,

personæ Ecclesiasticæ ad effectum extorquendæ ab ea renuntiationis Beneficii, vel impediendæ comparitionis apud Sedem Apostolicam Clem. 2. eod. & permulta alia, de quibus proprio loco dictum est, & videri possunt apud Azor p. 2. l. 7. c. 17. q. 1. Corraf. p. 1. de Benef. c. 8. Vallens. l. 2. de Benef. tit. 23. à n. 10. & tit. 24 à n. 1. Wiestner hic n. 65. Per sententiam condemnatoriam incurritur tunc: quando, ut incurrat, opus est sententiâ non tantum declaratoriâ criminis, sed etiam injungens pœnam ademptionis Beneficii. Innoc. in c. qualiter 18. de Accusat.

Dub. 1. quis sit effectus Privationis ipso Jure inductæ? R. quatuor maximè effectus habet. 1. ipso facto criminis perpetrati amittitur titulus, seu proprietas Beneficii, ita ut hoc ab eo tempore vacare incipiat,
R

piat, & ante omnem sententiam Judicis impetrari ab alio possit *arg. c. licet 28. de Preb. in 6.* 2. ita privatus non facit suos, sed restituere tenetur fructus, à die commissi criminis ex Beneficio provenientes *Extrav. 2. int. comm. de Simon.* 3. Beneficium illud permutare, & in favorem alterius resignare non potest. *Rebuff. de pacif. possess. à n. 261.* 4. si moriatur, impetrari Beneficium illius ab alio potest, non tanquam vacans per mortem, sed tanquam vacans ex delicto; quia titulus, & proprietates Beneficii jam ante obitum fuerunt amissa. *Azor p. 2. l. 7. c. 17. q. 2. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 57. à n. 253. Wiestner hic n. 66. Videantur dicta n. 57. & 58.*

130 Dub. 2. quis sit effectus privationis per sententiam condemnatoriam Judicis? 1. per hanc solum inducitur privatio tituli à tempore latae talis sententiae. *Ex quo sequitur 1. quòd ante talem sententiam Beneficium telis criminosi non possit impetrari. 2. quòd Beneficium tale ante ejusmodi sententiam possit ex causa permutationis, vel alio modo resignari. 3. quòd fructus ante sententiam perceptos faciat suos, & restituere eos non teneatur, licet dudum ante commiserit crimen. Covar. p. 2. de sponsal. c. 6. §. 8. n. 8. Laym. l. 4. tr. 2. c. 17. n. 2. Pinning tit. de concess. Preb. n. 27. Engl. hic n. 9. Wiestner ibid. n. 68.*

131 Dub. 3. quando sit locus poenae privationis Beneficii ante crimen obtenti? 1. locus ei duntaxat est in casibus jure expressis. *Azor l. cit. c. 18. Vallens. l. 3. tit. 11. à n. 2.* Casus autem isti, & crimina, quae eam merentur, in specie referri, aut sub una Regula comprehendi non omnia possunt. Imò in hac poena dictanda locum esse argumento à simili, eamque imponi posse propter expressis similia, existimant. *Abb. in c. at si Clerici 4. de Judic. n. 38. Selva p. 3. de Benef. q. 3. n. 2. Garc. p. 11. de Benef. c. 10. n. 3.* qui tamen cum P. *Wiestner hic n. 69.* monent recentiora potius Jura, & Curiarum praxin in poena ista dictanda, quam veteres Canones à Jure attendendos, quòd hi ad privationis, & Depositionis poenas multò, quam nostrorum temporum corruptio, praeiores sint.

132 *Secunda est Depositio.* Potest autem hoc nomen dupliciter accipi. 1. magis genericè, & eatenus continet sub se etiam Degradationem, de qua *n. 138. & seqq. 2. magis specificè, ut significat poenam quandam Ecclesiasticam, à Degradatione, & suspensione distinctam, & sic accepta Depositio simplex dicitur ad distinctionem à Degradatione, quae est solennis Depositio, quando Clericus perpetuò removeretur vel ab Ordine e. g. Episcopali, Sacerdotali &c. scilicet quoad exercitium ejus; nam Chara-*

cter, & Ordo manet: vel à Beneficio e. g. Parochia, Dignitate &c. vel ab officio e. g. Sacramentorum administratione, & Jurisdictionis usu: vel ab Officio, & Beneficio simul: vel denique ab Ordine, Officio, & Beneficio. *Ex quo patet,* poenam istam esse Clericorum propriam; quia respectum dicit ad Beneficia, & munera Ecclesiastica. Extenditur tamen etiam ad Religiosos, et si Clerici non sint, quatenus sunt personae Ecclesiasticae: & ad Abbatissas; nam & istae suspendi & deponi solent.

Dub. 1. quomodo Depositio simplex à Beneficio differat à privatione Beneficii? 1. simillima quidem huic est, cum per utramque Beneficii titulus auferatur, & hanc ob causam Abbas quandoque illam ejusdem privationem nominat apud *Suar. D. 30. de Censur. sect. 1. n. 4.* differt tamen in hoc, quòd Depositio simplex ultra privationem Beneficii possessi ad idem, & alia Beneficia obtinenda inhabilitatem inducat, ut cum *cit. Suar. n. 5. notat Wiestner hic n. 71. Reiffenstuel ibid. n. 27.*

Dub. 2. quomodo differat à suspensione? 1. huic quidem affinis est Depositio simplex, adeò, ut aliquando cum ista à DD. confundatur, propriè tamen spectata differt in hoc, quòd Depositio ex natura sua sit perpetua, cum tamen Suspendio vel non sit perpetua, vel si perpetua est, non ab Officio, & Beneficio ipsomet, prout facit Depositio, sed à Beneficii fructibus duntaxat, Officii administratione, & Jurisdictionis usu removeat. *Suar. D. 30. sect. 1. n. 4. & 7. Laym. l. 1. tr. 5. p. 3. c. 5. n. 2. Gonzal. in c. 2. de Cleric. excomm. ministr. n. 7. Wiestner hic n. 72. Reiffenstuel n. 27. ibid.* Neque obstat, quòd à Beneficio perpetuò suspensus id etiam amittat, cum Beneficium habere non debeat, qui ejus fructuum perceptione perpetuò est interdictus; quia haec amissio non inducitur ex vi suspensionis: & hinc suspensione relaxata, suspensus Beneficium retinet sine nova collatione, quae tamen necessaria est Depositioni ad ejus retentionem, *Suar. n. 4. cit. Wiestner n. 72. fin.*

Dub. 3. an Depositus retineat privilegia Canonis, & fori? 1. affirmative, nisi horum privilegiorum adeptio in sententia exprimat, ut colligitur ex *c. cum non ab homine 10. de Judic.* Et hinc Curiae Saeculari tradi non potest, nisi crescente contumacia, propter incorrigibilitatem degradetur. *Abb. in c. at si Clerici 4. §. de Adulteriis de Judic. n. 2. Navar. Man. c. 27. n. 81. Suar. D. 30. sect. 1. n. 8. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 110. n. 3. Engl. hic n. 11. Wiestner n. 73.* Ut autem non privatur privilegio, ita nec liberatur onere Clericali: obligatur proin Depositus non mi-

minùs ac suspensus, si in Sacris sit, ad persolvendum Pensum Canonicum, ut bene notant DD. & ratio probat; nam obligatio ista comitatur Ordinem Sacrum, etiamsi obligatus nullum Beneficium habeat. Ordo autem, ut jam dictum est, manet.

¹³⁶ Dub. 4. ob quæ crimina à Jure imposita sit poena Depositionis perpetuæ? *Plura referuntur à DD. sed cum Abb. in c. at si Clerici cit. à n. 33. Laym. l. 1. tr. 5. p. 3. c. 5. n. 2. Pelao tr. 29. D. 4. p. ult. n. 4. Westner hic n. 75. distinguendum est inter tempora. Antiquo Jure Depositionis poenâ vindicabantur Homicidium, furtum, perjurium, adulterium, & his majora; imò & minora arg. c. at si Clerici cit. S. de adulterijs. Nostrò autem tempore hæc poena infligi non solet, nisi reis criminum valde enormium, sive talium, quæ non solum naturâ, & objecto, sed circumstantiis etiam, & adjunctis qualitatibus consideratis, publicè valde scandalosa, & atrocità prudens arbitrio reputantur, ut sunt Homicidium voluntarium, ac præmeditatum, adulterium, vel stuprum violentum, furtum sacrilegium rei præciosæ, fornicationes notoriæ, & insuper habitis monitionibus continuatæ, ut bene advertunt Abb. n. 33. cit. Laym. n. 2. Reiffenstuel n. 30. & colligitur ex c. si autem 6. de cobabit. Cler. & mulier. Trid. sess. 22. in Decret. de observ. in celebr. Miss. & sess. 25. c. 14. de Reform.*

¹³⁷ Dub. 5. utrum Episcopus cum Clericis, ob adulterium, & crimina eo non graviora depositis, post peractam poenitentiam dispensare, cõsque in pristinum statum restituere possit? *Videtur non posse; nam ita depositus sit infamis can. infames 17. ibi, Pro suis sceleribus ab Ecclesia pulsos caus. 6. q. 1. atqui Clericos infamiam notatos famæ restituere solus Papa, non autem Episcopus potest arg. c. cum J. & A. 23. de sent. & re judic. & l. hunc titulum 1. §. de qua 10. ff. de postuland. ergo &c. Sed tenenda est affirmativa sententia ob textum c. at si Clerici 4. §. de adulterijs de judic. Abb. ibid. n. 1. Laym. n. 5. Barbof. n. 8. Gonzal. n. 1. Engl. n. 11. Westner n. 74. Reiffenstuel n. 28. atque hanc potestatem restituendi depositos ob tale crimen Abb. l. cit. n. 17. & Gonzal. n. 1. cit. adstrunt etiam Capitulo, Sede vacante, Ad Rationem dubitandi dico cit. textibus Principi solum reservatam esse directam famæ restitutionem; nam indirecta, & quæ per consequentiam quandam fit, §. de qua cit. Prætori permittitur.*

¹³⁸ Tertia est Degradatio, quâ Clericus ob criminis atrocitatem, vel incorrigibilitatem solemniter, & authenticè privatur Ordine, Beneficio, Officio, & Statu Clericali, ita, ut transeat in potestatem Sæculari, P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

rem, & ab ista instar Laici incarcerari, condemnari, ac puniri secundum Leges Civiles possit, Engl. hic n. 12. Westner n. 76. Reiffenstuel n. 32. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 3. n. 268. Duplex est, una Verbalis, altera Realis. Verbalis, five, ut etiam nuncupatur *Sententialis* est, quâ ejusmodi privationis sententia authentica solemniter promulgatur. Realis, quæ etiam *actualis*, & *Solemnis*, dicitur est, quâ sententiæ ita latæ fit executio, Westner n. 82. Sola posterior privilegium Canonis, & fori aufert; nam si degradatus sit aliquis solum verbaliter, adhuc privilegium illud retinet, dum executioni mandetur sententia: & in hoc Degradatio verbalis convenit cum Depositione. Differt autem ab illa, quòd ordinetur ad Degradationem actualem, ad quam à Degradatione verbali sine nova Sententia transiri potest; in Depositione autem, ut ab hac transiri ad Degradationem realem possit, opus est novâ sententiâ.

Dub. 1. quod sit discrimen inter Degradationem verbalem, & realem? *est maximè triplex, 1. enim Degradatio Verbalis, ut n. prædictum est, non privat Clericum privilegio Canonis, & fori, privat autem Degradatio realis. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 110. Pirhing hic n. 19.*

2. Degradatio verbalis fieri potest ab Episcopo solum confirmato, nondum consecrato, & quidem vel per se, vel per alium, cons. etiam per Vicarium Generalem; solennis verò à solo Episcopo consecrato: & ratio est, quia hæc est actus Ordinis Episcopalis, eidem ex institutione Ecclesiæ annexus: & hinc delegari non potest alteri, nisi Episcopo consecrato, at verbalis Degradatio est actus Jurisdictionis tantum, quam etiam Episcopus confirmatus, nondum consecratus in Ecclesia sua habet, Barbof. alleg. cit. n. 24. Laym. l. 1. tr. 5. p. 3. c. 5. n. 5. Engl. hic n. 13. Zæf. n. 13. Pirhing n. 19. Westner n. 82. Reiffenstuel n. 40. *Neque obstat, quòd exequi sententiam Degradationis Episcopus non consecratus nequeat; quia novum non est quòd Judex judicare de causa possit, sententiam tamen non possit exequi, uti contingit, cum executio facienda est in alterius territorio.*

3. Actualiter depositus per solum Papam restitui potest; verbaliter autem depositus per Episcopum, sed non per alium inferiorem, Sylv. V. Degradatio fin. Barbof. l. cit. n. ult. Est igitur Verbalis Degradatio mitior poena, quàm Realis, & hinc quando in Jure, & Constitutione aliqua reperitur crimini alicui imposita poena Degradationis, id intelligi debet de Verbalis Degradatione, quippe leviori, non autem de actuali, quæ est

poena gravissima. Barbof. l. cit. n. 9. Pirhing n. 19. cit.

441 Conveniunt autem Degradatio Verbalis, & Realis, quod per neutram tollatur Clerico potestas Ordinis. Unde Sacerdos etiam actualiter Degradatus, si debitam materiam, & formam utatur, valide adhuc conficit Sacramentum Eucharistiae: & hinc si restitueretur per Papam, non deberet de novo ordinari, sed insignia tantum restitui; nam Character impressus manet, neque per hominem auferri potest, sed solum impeditur, ne licite uti Degradatus potestate Ordinis possit.

442 Dub. 2. à quo fieri Degradatio Verbalis debeat, quas ob causas, & quomodo? 2. Ad 1. si degradandus sit Episcopus, vel Religiosus exemptus, secluso privilegio, vel consuetudine id quoad Religiosos sibi subiectos permittente proprijs Praelatis Regularibus, Degradatio Verbalis fieri potest à solo Papam accusatus 5. can. quavis 7. Sc. cauf. 3. q. 6. Compend. Privil. Societ. JESU V. Prelatus 5. Navar. l. 3. conf. 58. n. 3. Wiestner hic n. 78. Si verò inferior quidam Clericus, ab Episcopo proprio, vel Sede vacante, à Capitulo, aut horum Vicario Generali, vel alio ex speciali commiffione Episcopi, aut Capituli, Sede Vacante, ut colligitur ex Trid. sess. 13. c. 4. de reform. Engl. n. 13. Wiestner n. 79. Reiffenstuel n. 39.

443 Ad 2. Crimina, propter quae infligi Degradatio Verbalis potest, sunt 1. Haereticis manifesta, & multò magis Apostasia à Fide, saltem cum quis in illam relapsus, vel in ea contumax est c. ad abolendam 9. de Heret. & c. super eo 4. eod. in 6. 2. falsificatio Litterarum Apostolicarum c. ad falsariorum 7. de crim. fals. & c. novimus 27. de V. S. 3. contumelia gravis, calumnia, crimen intidiarum, & conspirationis in Episcopum can. si quis 28. cauf. 11. q. 1. 4. Assassinium c. pro humani 1. de Homicid. in 6. ubi reus illius criminis, etiamsi nulla Excommunicationis, vel Depositionis sententia praecesserit, ab omnibus, dicitur diffidatus, & quasi morti traditus. 5. Sodomia frequentata, h. e. non semel duntaxat, sed saepius commissa, ex Const. S. Pij V. incipit Horrendum edita Calend. Sept. 1568. 6. Celebratio Missarum, & auditio Confessionum Sacramentalium temere praesumpta ab eo, qui Sacro Presbyteratus Ordine non est initiatus, ex Const. Clem. VIII. incipit Etsi alias edita 1. Dec. 1601. 7. fabricatio & adulteratio Monetae aureae, vel argenteae, aut ejus adulteratae erogatio, vel expositio in Regnis, Provincijs, & Civitatibus Italiae, ex Const. Urbani VIII. incipit In suprema; edita 1. lib. Nov. 1627. 8. Adulterium, Concupinatus perseverans post monitionem, Si-

monia notoria, stuprum, incestus, furtum, perjurium, homicidium, & alia crimina gravia, quae Irregularitatem inducunt. Barbof. alleg. 110. n. 10. Pirhing hic n. 19.

Ad 3. de Jure antiquo Degradatio Verbalis Episcopi fieri debuit praesentibus alijs 12. Episcopis, Presbyteri praesentibus sex Episcopis, Diaconi verò, vel Subdiaconi praesentibus tribus: cum verò degradandus erat aliquis in minoribus constitutus, sufficiebat praesentia solius Episcopi proprii, & Capituli Cathedralis, vel duorum saltem, aut trium Canonicorum, qui repraesentant Capitulum, ut habetur can. Felix 4. can. si autem 5. & can. Episcopus 6. cauf. 15. q. 7. c. degradatio 2. b. tit. in 6. & docet ibid. Gloss. V. praesentia, Sylv. V. degradatio n. 1. Zoes. hic n. 10. Pirhing n. 17. Reiffenstuel n. 41. Jure autem novo Trid. sess. 13. c. 4. de reform. contra Clericum, etiam in Sacris, & ipso Presbyteratus Ordine constitutum, non solum ad condemnationem illius, & Depositionem Verbalem, sed etiam ad Realem, & solennem degradationem procedi potest absque Episcoporum praesentia, adhibitis tamen, & assistentibus totidem Abbatibus, usum Mitrae, & bacali habentibus, si in civitate, aut Diocesi reperiri, & commode interesse possunt; alioquin alijs personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, quae aetate graves, ac Juris scientia commendabiles existant.

Et hi quidem in tali Judicio, non solum consultivum duntaxat, sed decisivum etiam suffragium habent: idque verum est non solum ante Trid. prout patet ex c. non potest 13. de sent. & re judic. ubi eos Judices fuisse observat Glossa; sed etiam post illud, prout ex communiori docet Sur. D. 30. de censur. sect. 1. n. 20. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 110. n. 26. Wiestner hic n. 80. Reiffenstuel n. 42. Et quidem si degradandus sit Clericus minor, apud DD. satis receptum est, quod sufficiat, si Degradatio illius decernatur per majora suffragia; quia generaliter, quod à majore parte fit, ab omnibus factum censetur, nisi specialiter numerus major, vel unanimis omnium consensus Jure exigatur c. cum in cunctis 1. de his, quae à major. & l. quod major 18 ff. ad municip. Abb. in c. non potest cit. n. 14. Barbof. alleg. 110. cit. n. 29. Wiestner n. 81. Reiffenst. n. 43.

An verò ad decernendam Degradationem Clerici in Sacris constituti, & Episcopo inferioris, numerus major sufficiat, controversa est inter DD. Eum sufficere putant Gloss. in c. non potest cit. Sylv. V. degradatio n. 1. & 3. ob rationem allatam. Et confirmatur ex can. si quis 1. cauf. 6. q. 6. ubi adversus Episcopos requiritur unanimitas

nimis judicantium consensus, quo satis innuitur, eam concordiam non requiri ad condemnandos Clericos his inferiores. Sed verius omnium suffragantium consensus requiri docent Marant, de Ord. Jud. p. 2. dist. 11. à n. 71. Barbof. alleg. cit. n. 28. Wiestner n. 81. Reiffenstuel n. 44. & sumitur ex c. non potest cit. ubi de Depositione Clerici à Gradu Sacerdotali agitur, & disertè requiritur sacerdotum sententia concors: quo nomine, saltem cum agitur de poena, significari videtur Judicium, quo sententia, nemine discrepante, fertur arg. c. in causis 30. de Elect. ubi factum concorditer opponitur factò à majori parte. Ex quo sequitur, quòd in hoc casu vim non habeat Argumentum ductum à sensu contrario ex ca. si quis cit. tum quia contrarium est Jure expressum, tum quia versatur in materia poenali, in qua ejusmodi argumentum non est locus, per tradita à Barbof. commun. Jur. argum. loc. 27. n. 39. Wiestn. n. 81. fin.

147 Dub. 3. à quo, & quomodo fieri debeat Degradatio Actualis? R. 1. fieri debet à proprio Episcopo, eoque consecrato, ut n. 139. dictum est; vel ex hujus commissione ab alio Episcopo, qui pariter debet consecratus esse. non autem à Prælato Regulari, etiamsi Degradandus sit hujus subditus: quia sicut collatio Ordinis est actus spiritualis pendens ab Episcopali Dignitate, ita & Ordinis ablatio; cujus enim ordinis est actus, ejus etiam est distinctus, ut ait Zoes. hic n. 7. nisi consuetudine, aut privilegio aliud concessum sit.

148 2. Fieri debent in Ecclesia, vel alio loco sacro, assistentibus aliis Episcopis, vel Abbatibus, aut aliis, prout dictum est n. 144. & adhibita etiam solemnitate in c. degradatio 2. h. tit. in Pontificali Romano præscripta, videlicet 1. Degradandus indutus Sacris vestibus, in manu habens librum, calicem, vel aliud instrumentum ad Ordinem suum spectans, acsi celebrare, si Sacerdos sit, vel si infra Sacerdotium sit constitutus, alium Ordinis sui actum exercere deberet, adducitur ad Episcopum. 2. adducto, & coram se stanti Episcopus, præfente Judice Sæculari, singula Ordinis insignia gradatim incipiendo ab illo, quod eidem in Ordinatione ultimo loco traditum est, usque ad id, quod cum prima Tonsura accepit, aufert: potestque Episcopus, dum hæc ita fiunt, ad terrorem uti verbis oppositis illis, quæ in Ordinatione prolata sunt, v. g. dum aufert Sacerdotalia insignia: *Auferimus tibi vestem Sacerdotalem, & honore Sacerdotali privamus te.* 3. ablati omnibus Insigniis Clericalibus, tondetur, & raditur caput, ut nullum appareat signum Clericatus, & dicit Episcopus: *Au-
thoritate DEI Omnipotentis, Patris, & Filii,*

& Spiritus Sancti, & nostra auferimus tibi Habitum Clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus, & exuimus te omni Ordine, Beneficio, & privilegio Clericali.

3. Sic degradatus traditur Curia Sæculari puniendus secundum Leges Laicorum, quorum forum sortitur post Degradationem: Judex tamen Ecclesiasticus, dum illum Judici Sæculari tradit, efficaciter, h. e. serid, & ex animo intercedit pro reo, ut citra mortis periculum sententiam circa eum moderari velit, ne ejus necem expetere, vel procurare videatur c. novimus 27. de V. S. An verò hæc intercessio pro degradato necessaria sit ad evitandam Irregularitatem, non conveniunt DD. Affirmant Covar. in Clem. si furiosus p. 2. S. 5. n. 6. Oliva p. 2. de For. Eccles. q. 11. n. 37. & communis DD. teste Palao tr. 29. D. 6. p. 14. q. 1. n. 1. ex ratione, quia traditio hæc est quædam cooperatio ad personam degradatam apprehensionem, & ad supplicium capitale, quod sequetur in Judici Sæculari. ergo sicut per c. Prælati 2. de Homicid. in 6. ad hoc, ne mutilatio, aut mors Rei intenta videatur, Clericus civiliter contra ipsum agens debet facere expressam protestationem, ita & Judex Ecclesiasticus, tradens Clericum Judici Sæculari, debet pro ipso intercedere. Sed etsi securius sit, ut talis intercessio præmittatur, præsertim quia ea, quamvis non sub Irregularitate, tamen expressè præscribitur c. novimus cit. verisimilius tamen Judex Ecclesiasticus, intercessionem tali casu omittens, per hoc Irregularis non efficitur. Ita Wiestner hic n. 85. Reiffenstuel ibid. n. 46. & inclinat Suar. D. 47. de Censur. sect. 1. n. 12. Ratio est 1. quia hanc intercessionem ad evitandam Irregularitatem requiri, non est ullo Jure cautum, igitur cum Irregularitas non incurratur, nisi in casibus Jure expressis, eam intercessionem omittens ab Irregularitate immunis erit. 2. in dubio Juris Irregularitas non contrahitur, ut dictum est n. 83. atqui in casu præfenti est dubium Juris; dubitatur enim, an Jus Irregularitatem decreverit in Judicem Ecclesiasticum, qui intercessionem omiserit. 3. non magis cooperatur poenæ sanguinis Judex Ecclesiasticus intercessionem hoc casu omittens, quam cooperetur Prælatus causam sanguinis particularem delegans cum expresso mandato, ut delegatus Justitiæ debitum exequatur, atqui iste sic delegando non incurrit Irregularitatem, ut dictum est Tit. 12. n. 103. Ex quo patet ad Argumentum contrarium: dico enim, omissionem hanc non posse haberi pro cooperatione propriè dicta; neque enim Judex Ecclesiasticus Clericum degradatum tradit ad poenam sanguinis, sed solum declarat, illum non amplius gaudere privilegio Clericali, &

Curia Sæculari subiectum esse, qua declaratione facta, deinde minister Curia Sæcularis eundem apprehendit. Ad id, quod additur ex c. *Pralatis cit.* dico ibi proponi casum diversum ab eo, qui proponitur c. *novimus cit.*, à diversis autem ad diversa non fit illatio l. *inter stipulantem* § 3. §. *sacram.* §. *ibi,* sed hæc dissimilia sunt ff. de *V. O.*

350 2. Denique sequitur pœna taxata à Iudice sæculari, & hæc quidem ordinaria, si reus sit convictus verè de crimine, & remissionem à Summo Pontifice non consecutus fuerit, aut Iudex Judicis Ecclesiastici intercessionem deferre voluerit, Gratiæ tamen Pontificiæ in hoc casu hodie vix locus est, cum in hunc finem præsentibus esse Iudices sæculares, inque, cum jam ante Degradationem instructi sint super Processu, in continenti Degradatum tibi traditum ad pœnam ordinariam condemnare, & ad executionem procedere soleant, ut cum majori exemplo coram omni populo, qui ad actum Degradationis accessit, pœna infligatur. Diaz *pract. crim. tan. c. 141. Zœl. hic n. 12.* Quodsi tamen reus appellare voluerit, secundum Diaz *l. cit.* est audiendus, & si probet innocentiam suam, restituendus ad pristinum Ordinem: quod fiet ab Episcopo, assistentibus, si fieri queat, aliis Episcopis, Pralatis, & Viris in dignitate constitutis, qui suffragiis suis ad Degradationis sententiam sunt cooperati, & adhibita solennitate ibi præscripta, scilicet traditione rerum, seu instrumentorum, ac vestium, quæ in Clericorum ordinatione adhiberi solent, & per Degradationem erepta eidem sunt, juxta Decretum Conc. Tolet. IV. relatum can. *Episcopus* § 5. *caus. 11. q. 3.* Abb. in c. *at si Clerici* §. *de adulteris n. 14. de Judic. Suar. D. 30. de Censur. sect. 2. n. 10.* Bonac. D. 4. p. un. n. 20. Pih. *hic n. 97.* Et hic est casus, quo Episcopus Degradatum potest restituere: proceditque, quodcumque aliàs Degradatio injusta fuerit, ut si sententia lata est in Reum non auditum, vel non confessum, aut legitime convictum, vel ex depositionibus, aut instrumentis falsis; alioquin si justa degradatio fuerit, ita degradatus, restitui non amplius potest, nisi à solo Pont. prout dictum est n. 140. & notat Suar. n. 10. *cit.* Bonac. n. 1. Barbof. *alleg. 110. n. 32.*

Dub. 4. quando Iudex Ecclesiasticus degradatum valeat tradere Curia Sæculari? Occasionem dubio huic præbet c. *cum non ab homine* 10. *de Judic.* ubi Clericus, si furti, homicidii, perjurii, vel alterius cujuscunque gravis delicti reus sit, jubetur primùm deponi: deinde si depositus incorrigibilis fuerit, excommunicari: si creverit contumacia, anathematis mucrone ferri: & demum, si in profundum ma-

lorum veniens contempserit, degradari, & Curia Sæculari tradi. Hinc plurimum controvertunt DD. an Clericus, si parricidii, homicidii proditorii vel sacrilegi, aut alterius criminis valde enormis reus sit, statim, dictis pœnarum gradibus non observatis, tradi Curia sæculari possit?

Affirmant Anchar. in c. 10. *cit. à n. 154. 10. Abb. in c. 4. de Judic. n. 30.* & alii plures relati à Farin. *prax. crim. q. 8. n. 81.* qui proinde putant c. *cum non ab homine cit.* dum observari ordinem pœnarum præcipit, intelligendum de simplici solum homicidio, & furto, non de qualificato, aut aliis criminibus valde enormibus. *Moven-tur 1. quia c. si quis 1. de Homic. Clericus, qui per industriam, aut per insidias homicidium fecit, jubetur ab Altari avelli, ut moriatur. 2. c. novimus 27. de V. S. dicitur propter admissum falsi, vel aliud damnabile crimen Clericum degradatum esse tradendum Curia Sæculari. 3. can. sunt quedam 30. *caus. 23. q. 5.* dicuntur quadam enormia flagitia potius per Mundi Judices, quam Ecclesiarum Antistites corrigenda esse. 4. pœna delictis ita commensurari debent, ut, quod gravius est, graviori pœnâ vindicetur, hoc autem non fieret, si in homicidio qualificato, & aliis atrocissimis criminibus idem observaretur pœnarum ordo, qui observatur in furto, & homicidio simplici. 5. pro hujusmodi delictis excessivis Ecclesia non habet, quod faciat, cum non habeat pœnam pro his condignam. 6. crimen falsi, commissi circa Litteras Apostolicas, minus est crimen, quam parricidium, homicidium sacrilegum &c. ergo cum ob illud, non expectata incorrigibilitate, reus degradatus statim Curia Sæculari tradendus sit c. *novimus cit.* ita tradendus erit ob ista per argumentum à minori ad majus.*

Sed dicendum, spectato Jure communi, non posse Clericum ob crimen quantumcunque grave, nisi in casibus Jure expressis, Curia Sæculari tradi, quamdiu incorrigibilis declaratus non est. Ita Hofst. in c. 1. *de Homicid. n. 2.* Aretin. in c. *cum non ab homine cit. à n. 51.* Berojus in c. *at si Clerici cit. n. 181. v. mibi autem.* Placha *Epitom. Delict. l. 1. c. 22. n. 43.* Covar. l. 2. *var. c. 20. n. 7.* Farin. *prax. crim. q. 8. n. 81.* Fagn. in c. *cum non ab homine cit. n. 6.* Pignat. *tom. 7. consult. 33. à n. 25.* Wiestner *hic n. 88.* Sumitur ex c. *cum non ab homine cit.* ubi generaliter statuitur, tunc primùm Clericos tradendos Curia Sæculari, cum Ecclesia non amplius habet, quod faciat ad eorum correctionem, atqui si pœnarum ordinem ibi assignatum nondum adhibuit Iudex, Ecclesia adhuc habet, quod faciat ad eorum correctionem, antequam descen-

descendat ad gradum ultimum, videlicet traditionem Curia Sæculari, ergo &c.

154 *Conf. 1. ex c. Clerici 4. de Excess. Prælat.* ubi ob crimen Sodomia, utique gravissimum, Clerici istius rei excommunicari, & c. *tue 6. b. tit. ubi ob atrocium, aliâ ue gravissima crimina Clerici deprehensi à suis Ordinibus deponi, & in arctum Monasterium jubentur detrudi ad agendam poenitentiam: & denique c. felicis b. tit. in 6. ubi occisor Cardinalis cogitur ita vivere (in carcere) ut mors ei non sit gravior vitâ, & non statim traditur Curia Sæculari, igitur non ob quodcumque etiam gravissimum crimen, nisi Jure expressum sit, Clericus Curia Sæculari tradi debet, sed observandus est Juris ordo, atque poenarum gradus.*

155 *Conf. 2.* quia in Jure expressi sunt casus speciales, quibus statim degradari, & Curia Sæculari tradi Clerici jubentur: unde cum Exceptio firmet Regulam in casibus non exceptis, dicendum erit, quod extra casus Jure exceptos per se loquendo, & spectato communi Jure Clericus nequeat, ob quodcumque crimen statim Curia Sæculari tradi, sed observandus erit ordo poenarum in Jure statutus.

156 Dixi autem, *spectato Jure communi*; nam de consuetudine possunt, non expectata incorrigibilitate, statim Curia Sæculari tradi Clerici, antè tamen degradati, si rei sint criminum valde enormium, e. g. parricidii, fratricidii, occisionis Prælati sui, homicidii proditorii, vel per insidias, sacrilegæ expilationis Ecclesie, Magiæ, præsertim si iterata sint: & ita aliquando traditos testis est *Diaz, Decianus, & alii apud Fagn. l. cit. n. 31.* qui tamen *n. 105.* salubriter consultit, ut, cum hujusmodi Degradationem, ac traditionem exigere videretur Crimini à Clerico perpetrati enormitas, ad eam, consulto Summo Pont. procedatur, *Wieltn. hic n. 90.*

157 *Addidi, nisi in casibus Jure expressis:* Tales sunt septem priores *n. 143.* relati, in quibus non observandus est poenarum ordo, sed statim post Degradationem reus tradi Curia Sæculari potest. In reliquis criminibus, quantumcumque enormibus, nisi contrarium habeat consuetudo, expectanda est incorrigibilitas ut teste *Zoel. n. 13.* communis habet sententia: & hinc si spes emendationis appareat, deponendus quidem erit reus, non tamen tradendus Curia Sæculari, sed damnandus ad perpetuos carceres. Incorrigibilis autem ut dici Clericus possit, videtur requiri sententia Judicis declarativa incorrigibilitatis, & quod non habeat aliud, quod facere ad correctionem illius possit, quam ut eum tradat brachio Sæculari.

Neque obstant argumenta *n. 152. in 150* contrarium allata, *Ad 1.* sensus *c. cir.* est valde incertus, ut propter nimiam interpretationem ejus variationem utile vix esse possit ad controversam aliquam quaestionem ex eo decidendam. *Ad 2.* per aliud *damnabile crimen* denotatur crimen aliud, cui Degradatio Jure specialiter imposita est; cum enim Dicitio *aliud* plerumque sit repetitiva similium, aliud flagitium intelligitur simile ejusmodi falsificationi, ac proinde expressum, exceptumque in Jure, ut notat *Fagn. in c. cum non ab homine cit. n. 50. Oliva p. 2. for. Eccl. q. 12. n. 4. Wieltn. hic n. 87.* *Ad 3.* ibi sermo est de Laicis, Episcopum, Presbyterum, vel Diaconum occidentibus, & non de Clericis id præsumentibus. *Ad 4.* Ecclesie non desunt poenæ delicto commensurate; nam poenæ ærumnosi carceris, trirremium, aliaque similes ita exasperari possunt, ut, qui gravius deliquit, etiam gravius, & juxta merita castigetur. *Ad 5.* jam ostensum est, quid Ecclesia habeat adhuc ad correctionem Rei, scilicet poenarum ordinem, usque dum pateat, eum incorrigibilem esse. *Ad 6.* argumento à minori ad majus in poenis locus non est; nam ista ad casus expressis similes, & ad majores etiam propter identitatem, vel majoritatem rationis non porriguntur *arg. Reg. factum 155. §. fin. ff. & Reg. in poenis 49. in 6.*

Dub. 5. an Judex Sæcularis adversus Clericum degradatum novum Processum formare valeat, aut stare teneatur formato à Curia Ecclesiastica? *Certum est* non posse eum cognoscere de actu Degradationis, sive de justitia condemnationis ad Degradationem, & ipsius actus, quo omni privilegio Clericali exutus, & Curia Sæculari traditus est; quia talis Sententiæ prolatio est actus Jurisdictionis Spiritualis, & executio Ordinis Episcopalis, igitur de iis cognoscere judicialiter Judex Sæcularis nequit *c. decernimus 2. c. quanto 3. de Judic. c. si Judex 12. ibi Quia de re spirituali, & Ecclesiastica est, de Sent. Excomm. in 6. Wieltn. n. 91. Reiffent. n. 49.*

Controversia solum est, an cognoscere possit de crimine, ob quod talis Clericus est degradatus, & Curia Sæculari traditus? *¶* distinguendo, utrum scilicet crimen hoc sit mixti forti, an Ecclesiastici tantum. *Si primum*, ut est Assassinium, Sodomia, adulteratio monetæ &c. Judex Sæcularis non tenetur stare Processu Judicis Ecclesiastici, sed in arbitrio ipsius est, utrum Clericum sibi traditum secundum Processum Judicis Ecclesiastici sibi porrectum velit condemnare ad poenam Legibus definitam, postquam eum

eum de crimine confessum, aut legitime convictum invenerit, an verò novum super hoc Processum instituere, juxta Novell. 123. c. 21. §. 1. Abb. in c. 1. de Offic. Ord. n. 12. Felin. in c. 9. de Heret. n. 5. Clar. §. fin. q. 96. n. 7. Laym. l. 1. tr. 5. p. 3. c. n. 6. Oliva p. 2. For. Eccl. q. 13. à n. 13. Engl. n. 15. Reiffenstuel n. 51. Ratio est, quia cum tali casu crimen mixti fori sit, & Judex de valore Processus à Judice Ecclesiastico facti non indaget, sed absolute novum juxta Leges instituat, nullo modo materiæ, aut Jurisdictioni Ecclesiasticæ se immiscet.

161 Si secundum, & crimen ob quod degradatus est Clericus, sit fori Ecclesiastici tantum, ut est Hæresis, Apostasia, sacrilega celebratio Missæ, auditio Confessionis Sacramentalis &c. tenetur Judex Sæcularis stare Processu, & sententiâ Judicis Ecclesiastici, eamque executioni mandare. Abb. in c. 9. de Heret. n. 12. Felin. ibid. n. 5. Franc. in c. 18. de Heret. in 6. n. 3. Clar. §. fin. q. 97. n. 7. Diaz pract. crim. c. 141. n. 2. Castro de Heret. punit. c. 13. Laym. cit. n. 6. fin. Oliva q. 13. cit. n. 1. Engl. n. 15. Wiestner n. 93. Reiffenstuel n. 50. sumitur ex c. decernimus, c. quanto, c. si Judex cit. item ex c. ut Inquisitionis 18. de Heretic. in 6. ibi, Prohibemus quoque districtis potestatibus, dominis temporalibus, & rectoribus, eorundemque officialibus supra dictis, ne ipsi de hoc Hæresicos crimine (cum merè sit Ecclesiasticum) quoquo modo cognoscant, vel judicent &c. Ratio est, quia hujusmodi criminum cognitio Judicialis, cum involvat questionem Juris, atque ex SS. Litteris, & SS. Canonibus petenda sit, Jurisdictionem spiritualem, & Ecclesiasticam exigit, cujus Laici, seclusa Delegatione Apostolica, incapaces sunt: conf. in tali casu Judex Laicus est merus executor. sicque exequi sententiam, à Judice Ecclesiastico latam debet, nisi ista notoriè nulla, vel injusta sit; nam tunc, ut alii executores, sententiam exequi non tenebitur c. inter cæteras 9. de sent. & re jud.

Dub. 6. an Clericus realiter degra-^{16a} datus à Sæculari Judice torqueri valeat? Negat Marta p. 4. de Jurisd. cas. 132. n. 1. cum nonnullis aliis VV. Rationem dat, quia Clericus degradatus retinet Ordinis Characterem; & si initiatus aliquando Sacerdotio fuit, validè SS. Christi Corpus, & sanguinem conficit, atque ad Horas Canonicas manet obligatus.

Sed dicendum, posse talem Cleri-¹⁶³ cum à Judice Sæculari sine ullo Excommunicationis periculo torqueri. Gloss. fin. in c. 2. b. tit. in 6. Franc. ibid. n. 4. Navar. Man. c. 27. n. 81. Suar. D. 30. de Conjur. sect. 2. n. 7. Wiestner hic n. 94. & patet ex verbis in Degradatione adhiberi solitis, Eximus te omni privilegio Clericali. Quin Sylv. V. Degradatio n. 8 putat, privilegium Canonis absque alia declaratione amitti à Clerico, si post verbaalem Depositionem incorrigibilis sit, idque desumit ex c. cum non ab homine cit. Sed malè; quia contrarium planè liquet ex ipso textu, ubi exigitur, ut depositus, si incorrigibilis appareat, Excommunicationis, ac dein Anathematis, sive solennis execrationis mucrone feriatur: & demum, si ne sic quidem respiscat, omni privilegio per sententiam nudatus relinquatur Curia Sæculari, ut aded Excommunicationem incurrat, qui in eum, etiam incorrigibilem, ante ejusmodi sententiam violentas manus injicit can. siquis suadente 29. caus. 17. q. 4.

Ad Rationem in contrarium allatam¹⁶⁴ dico, privilegium Canonis non competere Clerico vi Characteris, sed ex Jure Ecclesiastico, quo privilegium istud conceditur personis Ecclesiasticis, etiam nullo Ordine initiatis: conf. per idem Jus etiam auferri potest. Quod additur, talem Clericum adhuc manere obligatum ad Horas Canonicas, id indè fit, ne ita degradatus ex malitia sua reportet commodum, contra Regulam c. intelleximus 7. de Juridic. & c. contingit. 9. de Dolo.



De Pœnis Ecclesiæ Temporalibus.

S U M M A R I U M.

165. Definitio Infamiæ, & divisio in Infamiam Juris, & facti.
 166. Quot modis contrahatur infamia Juris?
 167. Quinam infames fiant Sententiâ Judicis?
 168. Pœnæ genere quando infamia irrogatur?
 169. Quando infamia oriatur ex delicto alieno?
 170. Vel ex Officio?
 171. &c. Qui sint Effectus Infamiæ sive Juris, sive facti?
 174. &c. Quomodo tollatur Infamia?
 177. Quomodo declinare illam possit actione injuriarum civiliter conventus?
 178. &c. An Judex Ecclesiasticus instigare possit pœnam pecuniariam?
 182. &c. Quibus usibus applicanda sit pœna ista ab eo imposita?
 185. &c. Quid observandum, cum victus victori condemnatur in Expensas?
 191. Quando Incarceratio decerni in Clericos possit?
 192. &c. An etiam pœnæ causâ?
 196. &c. An Clerici Torturæ subijci possint?
 200. &c. Cui cedant bona Clericorum fisco addicta?
 202. Ob quæ delicta olim decreta fuerit destructio in Monasterium?
 203. An pœna hæc hodie sit in usu?
 204. Quando à Judice Ecclesiastico decerni possit Verberatio?
 205. Et exilium?

165] Nter pœnas Ecclesiæ Temporales, quia animum afficit, præcipua est Infamia: de hac

Dub. 1. quid sit Infamia? *Infamia* est privatio bonæ famæ; quæ cum dignitatis, & existimationis illæxæ status, Legibus, ac moribus comprobatus, & in nullo diminutus sit *l. cognitio n. 5. §. existimatio 1. ff. de extraord. cognit. hinc Infamia ei opposita definiri poterit, quod sit status ejusmodi, Legibus, ac moribus comprobati, lesio, seu diminutio ob publicam, sinistrâque de persona opinionem, ortam ex vitio. Tholos. l. 31. synt. c. 29. n. 5. Saar. D. 48. de Censur. sect. 1. n. 1. Wiestner bic n. 52. Reiffenstuel n. 52. Duplex autem infamia est, alia facti, alia Juris. Facti infamia nascitur ex ipsa, solâque inhonesti operis, vel defectûs, apud probos, & honestos viros notam afferentis, & boni nominis existimationem diminuentis, turpitudine manifesta *l. neque famosis 2. C. de Dignit. Juris infamia dicitur, quæ auctoritate Legis, vel Canonis ob turpe factum decernitur. Hæc sola pœnæ rationem habet: ac proin de ista.**

Dub. 2. quot modis contrahatur infamia Juris? *Infamia Juris* tribus, ipso Jure, sententiâ Judicis, & genere pœnæ. Ipso Jure contrahitur, cum tale quid perpetratum est, quod ante Judicis sententiam Leges, vel Canones probro, & ignominia dignum iudicant, cujusmodi facta, & crimina sunt Lenocinium exercitum prostitutione questionaria foemina, aut maris, quæstus usurarius, & alia passim, quibus infamiam vel Jus Canonicum, vel etiam Civile decrevit; nam Jure Civili infames, etiam Jure Canonico pro talibus habentur. *R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.*

tur *can. omnes 2. caus. 6. q. 1. nisi hoc Jus infamiam expressè tollat. Felin. in c. testimonium 54. de testib. n. 15. Tholos. l. 31. synt. c. 29. n. 9. Garc. p. 7. de Benef. c. 8. n. 11. Suar. D. 48. sect. 1. n. 1. Laym. l. 1. tr. 5. p. 5. c. 4. n. 1. Barbof. in can. omnes cit. n. 1. & de Offic. Episc. alleg. 43. n. 2. Antonell. de Regim. Eccl. Episc. l. 2. c. 6. n. 6. Wiestner bic n. 54. Reiffenstuel ibid. n. 54. Magnif. P. Schmier tr. de Potest. Ord. c. 6. n. 502. & 503. Ut tamen hujusmodi crimen actu infamet, necesse est, ut illud sit publicatum; quia Infamia secundam dicta *n. præc.* est diminutio famæ, seu bonæ existimationis, quæ actu non dimittitur, quamdiu delictum occultum manet. *Abb. in c. 4. de temp. ordin. n. 4. Navarr. Man. c. 27. n. 248. Covar. l. 3. var. c. 3. n. 2. Sanch. l. 2. mor. c. 26. n. 1. Wiestner bic n. 55. Reiffenstuel n. 57. Non tamen opus est ullâ sententiâ etiam declaratoriâ criminis: imò qui ejusmodi criminis divulgationem prævidet, ab actibus Irregulari ex infamia interdictis abstinere debet etiam ante divulgationem. Laym. c. 4. cit. n. 9. Palao tr. 29. D. 6. p. 20. n. 3. Wiestner n. 55.**

Judicis sententiâ infames fiunt *v. qui 16* ex accusatione condemnati sunt de delicto publico, h. e. tali, cujus accusatio cui-libet de populo permilla est *§. publica 1. Inst. & l. infamem 7. ff. de Publ. Jud.* qualia sunt crimen læxæ Majestatis, prodicionis, falsi &c. *2.* condemnati de rapina, furto, expilata hæreditate, & de injuria, etiam non atrociori; quantumvis enim hæc delicta privata sint, subsecuta tamen Judicis condemnatione, infamiam & ipsa irrogant *l. infamem cit. l. Decuriones 5. l. si fur-*

ti 8. l. si te expilasse 12. C. ex quib. caus. infam. irrog. 3. qui ne de his criminibus accusarentur, dato pretio pacti sunt l. athletas 4. §. fin. ff. de his, qui not. infam. 4. qui doli mali in contractu societatis, in tutela, mandato, deposito, in alicujus criminis accusatione commissi, item qui calumniæ, aut pravaricationis, in publico judicio perpetrata, damnati sunt l. fustibus 6. C. ex quib. caus. infam. irrog. Neque necesse est, ut in sententia infamiæ expressa fiat mentio, dummodo in ea expressam sit crimen. Perez in C. tit. cit. n. 12, Wiestner hic n. 56. Reiffenstuel n. 58. Magnif. P. Schmier de Potest. Ord. c. 6. n. 514. Ipsa tamen sententia debuit fuisse valida, & transisse in rem judicatam l. furti 6. §. sed si furti 1. ff. de his, qui not. infam. Sylv. V. infamia n. 12. Molin. tr. 4. de f. §. J. D. 9. n. 4. Suar. D. 48. sect. 1. n. 6. Perez l. cit. n. 9. Wiestner n. 56. Reiffenstuel n. 58. Schmier n. 513.

268. Poena genere infamia irrogatur ei, qui ignominia causâ exauthoratur militiâ, ordine movetur, vel honoribus interdicitur l. Prætoris 1. & l. quod ait 2. pr. ff. de his, qui not. infam. l. etsi 3. ex quib. caus. infam. irrog. Item deportato, vel ad tempus in opus publicum damnato l. ad tempus 6. C. eod. Item fustibus caso, ex justa tamen causa; quia non tam fustigatio, quam causa, propter quam fustium ictus quis meruit, infamat. l. ictus 22. ff. tit. cit. l. fustibus cit. Perez l. cit. n. 10. Wiestner n. 57. cum aliis. Neque obstat l. nullam 14. C. eod. ubi definitur, per fustigationem publicam non incurri infamiam; nam ut recte Molin. D. 9. cit. n. 19. & Palao tr. 29. D. 6. p. 20. n. 4. explicant, hæc Lex loquitur, quando poena ista infligitur causâ indaganda veritatis: quo casu infamiam fustigatio publica post se non trahit.

269. Oritur etiam quædam Juris infamia aliquando ex delicto alieno. Et sic infames sunt filii, ac nepotes parentum, qui violentas manus injecerunt in S. R. E. Cardinalem c. felix 5. §. quod si quis b. tit. in 6. filii perduellium, & proëtorum, qui commiserunt crimen læsæ Majestatis l. quisquis 5. c. ad Leg. Jul. Majest. un. & illegitimè nati. Sed hi pro talibus solum habentur respectu aliquorum tantum effectuum Jure expressorum; nam licet Ecclesiastico Jure ab Ordinibus, & Beneficiis repellantur, ad testimonium tamen in Judicio dicendum, ad Tabellionatus, & alia munera admittuntur, Molin. D. 7. n. 5. Laym. c. 4. cit. n. 1. §. altera. Wiestner n. 58.

270. Item nascitur quandoque etiam Infamia ex officio; sunt enim aliqua Officia ita vitia in Rep. ut ea exercentibus infamiam irrogare videantur. Hujusmodi est

officium Histrionum; qui olim se pretio conducebant ad spectaculum sui corporis exhibendum, sive qui obscena publicè præsentabant l. Prætoris 1. l. quod ait 2. §. fin. cum duob. segg. ff. de his, qui not. infam. Iisdem alicubi accensetur officium Carnificum, licetorum quorundam, & similitum. Et extenditur in Germania hæc parentum infamia etiam ad illorum filios, cum non solum à dignitatibus, & officiis publicis, sed ab officiis quoque, & mechanicis muneribus arceantur. Laym. n. 1. cit. in fin.

Dub. 3. qui sint effectus Infamiae? 171. five Juris, five facti? 8. 1. excluduntur à Dignitatibus, & honoribus l. neque famosi 2. C. de Dignit. Reg. infamibus 87. in 6. ibi Infamibus portæ non pateant Dignitatum, præsertim Ecclesiasticarum; quia hæc, sicut & cætera Beneficia Ecclesiastica non nisi à probatis, & integre existimationis personis administrari debent c. inter dilectos 11. de excess. Prælat. Abb. in c. 10. de Jurejur. n. 3. Covar. l. 3. var. c. 3. n. 3. Molin. tr. 4. de f. §. J. D. 11. n. 3. Laym. l. 1. tr. 5. p. 5. c. 4. n. 5. Palao tr. 29. D. 6. p. 20. n. 10. Wiestner hic n. 59. Reiffenstuel ibid. n. 60. Magnif. P. Schmier de potest. Ord. c. 6. n. 487. estque collatio talibus facta ipso Jure irrita, saltem pro foro externo. Abb. in c. inter cit. n. 8. Navar. Man. c. 27. n. 207. Selva p. 3. de Benef. q. 5. n. 31. Molin. l. cit. nam in foro interno, & conscientia provisionem hujusmodi subsistere putant Garc. p. 7. de Benef. c. 8. n. 47. & Palao n. 10. cit. §. cæterum; quod nullo Jure pro hoc foro sit irritata.

2. Removentur ab actibus legitimis, & publicis muneribus, ut sunt Officia Judicis, Assessoris Advocati, Tabellionis, Accusatoris aced, ut neque ad testimonium dicendum sint admittendi c. testimonium 54. de testib. l. testium 3. §. idèoque 1. ff. eod. Idem si deliquerint, severiore, quam alii, poenâ coercentur, & repelluntur ab hereditate testamento relicta, non solum si Parentes, sed etiam si fratres, aut sorores de inofficioso agant l. fratres 27. C. de inoffic. testam. Perez in C. ex quib. caus. infam. irrog. n. 6. Wiestner n. 60. Reiffenstuel n. 61. Schmier n. 479.

3. Sunt Irregulares, ut neque pro-172 moveri ad Ordines, neque in susceptis ministrare possint can. fin. dist. 51. can. infames 17. caus. 6. q. 1. quia in sortem Domini, & administrerium Sacrum puri tantum, & immaculati nominis homines debent cooptari. Navar. c. 27. cit. n. 204. Suar. D. 48. sect. 2. n. 1. Avil. p. 7. D. 4. dub. 5. Coninck D. 18. dub. 7. circ. fin. Bonac. D. 7. de Irregul. q. 3. p. 1. pr. Laym. c. 4. cit. n. 8. Wiestner n. 61. Reiffenstuel n. 59. Est tamen discrimen inter prædictos infames; nam infames infamiâ Juris simpliciter sunt

sunt Irregulares, quia Irregularitas eorum perpetua est: at infames infamiâ facti sunt tantum Irregulares secundum quid; quia Irregularitas illorum vitæ emendatione cessat. Palao p. 29. cit. n. 9.

174 Dub. 4. quomodo tollatur Infamia? *Infamia solius facti*, ut primum dictum est, tollitur facto contrario, sive publica, & constanti emendatione, saltem si hæc per triennium continuata sit. Abb. in c. 21. n. 2. de accusat. Sylv. V. infamia n. 11. Clar. §. fin. q. 21. n. 1. Henric. l. 14. c. 5. n. 3. Suar. D. 48. sect. 2. n. 6. Molin. tr. 4. D. 10. n. 1. Garc. p. 7. de Benef. c. 8. n. 64. Barbof. *Ide Offic. Episc. alleg. 43. n. 21. §. seqq.* Palao tr. 29. D. 6. p. 20. n. 14. Antonell. de Regim. Eccl. Cath. c. 6. n. 17. Pirhing de temp. Ordin. n. 19. Wiestn. hic n. 64. Magnif. P. Schmier de Pot. Ord. c. 6. n. 549. & colligitur ex can. si duo 4. caus. 35. q. 6. ubi *Infames effectos, donec ab incestu fœmine desistant; aperiéque traditur can. nunquam 4. dist. 56.* ubi relatus S. Chrystostomus, ad meliora, inquit, conversum nequaquam prior vita commaculat. Ratio est, quia Infamia facti adhæret facto, cons. hoc per vitæ emendationem abolito, hoc ipso cessat tam infamia, quam Irregularitas ex ea orta. Ex quo sequitur, quod Irregularitas hæc non sit propriè dicta; nam propriè dicta Irregularitas solum tolli per dispensationem potest. Laym. l. 1. tr. 5. p. 5. c. 4. n. 10. fin.

175 Contrà Infamia Juris durat perpetuè l. ad tempus 6. C. ex quib. caus. infam. irrog. nisi à Principe, cujus auctoritate imposita est, aboleatur can. Euphemium 7. §. hinc colligitur caus. 2. q. 3. Wiestner n. 62. Tollere autem Irregularitatem hanc potest respectu Clerici Pontifex, undecunque sit orta, utpote cujus supremæ Jurisdictioni subiectus est Clericus. Palao p. 20. cit. n. 13. Wiestn. n. 63. Schmier n. 540. Circa Laicos distinguendum est inter subditos Jurisdictioni temporali Papæ, & inter non ita subditos. Circa priores Irregularitatem tollere potest Pontifex; circa posteriores non potest quoad effectus indictos infamibus Jure Civili, potest autem quoad indictos Jure Canonico: quia verò non expedit, ut tales promoveantur ad Ordines, & Beneficia antequam in pristinum bonæ famæ statum restituantur à Principe, vel alio supremo Magistratu Sæculari, idcirco Papa non solet Irregularitatem istorum tollere, antequam à Principe Sæculari restituantur famæ. Molin. D. 12. n. 3. Palao n. 13. cit. Wiestner n. 63.

176 Si Princeps, vel Magistratus Sæcularis aboleat infamiam, Jure Civili, etiam à SS. Canonibus generaliter recepto, indictam, Irregularitas in ea fundata omnino cessat, adeò, ut persona famæ, sic re-

R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

stituta ad Ordines, & Beneficia Ecclesiastica, sine alia Dispensatione valeat promoveri. Secus est, si infamia sit specialiter inducta per Jus Canonicum, qualis est, quam incurrunt Hæretici, Uirarii manifesti, binas nuptias simul habentes &c. nam ista quoad effectus Canonicos per restitutionem famæ, à Principe Sæculari factam, non aboletur: cons. ut ad Ordines & Beneficia Ecclesiastica eâ laborantes promoveri possint, opus habent Dispensatione Apostolica. Sylv. V. infamia n. 17. §. seqq. Suar. D. 48. sect. 2. n. 10. Laym. c. 4. cit. n. 10. Antonell. de Regim. Eccl. Cath. l. 2. c. 6. n. 13. Wiestn. hic n. 63. Schmier n. 546. §. seqq.

Dub. 5. quomodo declinare Infamiam possit actione Injuriarum civiliter conventus? *hanc declinare potest tribus maximè casibus.* 1. si auctoritate Judicis ante sententiam transigat cum injuriam passio l. furti 6. §. passusque 3. ff. de bis, qui not. infam. 2. si per Procuratorem steterit in Judicio, & in Procuratorem feratur sententia l. furti cit. §. si quis alieno 2. & l. Lucius 21. ff. cod. Secus est, si criminaliter conveniatur; quia criminaliter convento non licet per Procuratorem respondere l. fin. C. b. tit. 3. si Judex in sententia famam, & honorem reserret: quod ex causa rationabili non tantum potest arg. l. quid ergo 13. §. pena 8. ff. eod. sed etiam ex consuetudine, & Statutis particularibus quorundam locorum debet. Harppr. §. in summa 10. n. 118. Inst. de injur. Reiffent. ibid. n. 21.

Secunda poena temporalis in Ecclesiasticis usitata est multa pecuniaria: de qua

Dub. 1. an Judex Ecclesiasticus infligere possit poenam pecuniariam? *Rationem dubitandi facit c. irrefragabili 13. §. fin. de Offic. Ordin. c. ut Clericorum 13. de Vit. & Honest. & c. licet 3. h. tit. ubi ejusmodi poenarum exactio Judicibus Ecclesiasticis prohibetur, ex ratione, ne in poenis irrogandis turpem quæstum consecrari videantur; & quia, ut ait Isidorus, relatus can. pauper 72. caus. 11. q. 3. citò violatur auro Justitia, nullamque reus pertinet culpam, quam redimere nummis existimat. Cons. quia jus Fisci ad Principes Sæculares, non ad Ecclesiam pertinet.*

Sed dicendum, per se loquendo, etiam poenam pecuniariam infligi posse à Judicibus Ecclesiasticis, hancque irrogari posse non Clericis tantum, sed etiam Laicis, quando crimen est mixti fori. Ita Abb. in c. licet cit. n. 8. Covar. l. 2. var. c. 9. n. 8. Clar. §. fin. q. 8. n. 5. Farin. prax. crim. q. 19. n. 51. Fagn. in c. licet cit. n. 97. Barbof. ibid. n. 2. Gonzal. n. 2. Oliva p. 2. For. Eccl. q. 9. n. 1. Vallens. hic §. 1. n. 11. Zoef. n. 4. Pirhing n. 7. König n. 8. Wiestner n. 22.

S 2 Reif-

Reiffenstuel n. 99. Magnif. P. Schmier p. 1. de delict. c. 3. n. 308. & sumitur ex can. statutus 55. caus. 16. q. 1. c. dilectus 18. de Offic. Ordin. c. postulat 14. de Judais, c. in Archiepiscopatu 4. de Raptor. c. Presbyteri 2. b. tit. & novissimè ex Trid. sess. 25. c. 3. de reform. habetque sic praxis ubivis locorum recepta: imò pecuniariam aliquando præ aliis eligendam suadet ratio, quòd à delinquentibus sæpe ista magis, quam alia, timeatur.

180 Proceditque non tantum in ijs casibus, ubi poena pecuniaria Jure, vel Statuto Synodali decreta, aut praxi Curia legitime præscripta recepta est; sed etiam cum poenæ definitio arbitrio Judicis permissa est arg. c. cum causa 4. de Offic. Deleg. Fagn. l. cit. n. 11. § 12. Oliva n. 2. Wiestn. n. 22. cit. fin. Aliud est, quando poena alia statuta delinquenti est per SS. Canones; tunc enim Judex Ecclesiasticus cavere debet, ne poenam pecuniariam loco poenæ per SS. Canones statuta dicitur, utpote cum secundum Canones, non contra illos judicare debeat.

181 Ex quo patet ad Rationem dubitandi; nam textus illi intelligendi sunt in ijs casibus, in quibus alia poenæ de Jure statuta, vel statuenda sunt; nam hæc in poenas pecuniarias, præsertim ab inferioribus Judicibus converti non debent, cum ejusmodi conversio avaritiæ speciem præferat, & faciliè delictis frenum laxare possit; nam quivis consideret, poenam sibi dictandam atro se redempturum. Et hanc esse c. licet vit. mentem, patet ex ipso textu; agitur enim ibi contra Archidiaconos quosdam, qui cum debuissent poenam spiritualement imponere, eam absque sufficienti autoritate convertebant in pecuniariam.

Ad Conf. etiam Judices Ecclesiastici habent jus fisci, ut docet Gloss. & DD. in c. quia diversitatem 5. V. præter de concess. præb. Poenæ tamen huic fisco illata non in Episcopi, vel Prælati usus, sed in utilitatem Ecclesiæ expendi debent, ut bene monet Fagn. in c. 2. b. tit. & statim dicitur.

182 Dub. 2. quibus usibus applicanda sit poena pecuniaria, & an aliquando Episcopus, aut Judex Ecclesiasticus alius applicare illam sibi metipsum possit? Olim distinguebant inter casum, quo statuta delicto est poena pecuniaria, & inter eum, quo illa imponitur arbitrio Judicis: in primo casu concedebant quòd eam Judex sibi ipsi applicare possit, nisi certus applicandi modus sit definitus; in secundo negabant: ex ratione, quòd posterior solum, non prior in proprios usus conversio avaritiæ suspicionem præbeat.

183 Sed huic distinctioni hodie locus non est amplius post Trid. quod, ut tolleret omnem suspicionem avaritiæ, sess. 25. c. 3. de

reform. ejusmodi multas pecuniarias indifinè non Episcopo, aut mensæ, vel Camera Episcopali, imò ne quidem fabricæ Ecclesiæ Cathedralis aut Domus Episcopalis, sed tantum piis locis, & causis ibi, ubi commissum delictum est, existentibus applicare voluit, aded, ut ne quidem merces Vicarii; aut Officialium inde desumi debeat, prout declarasse S. Congregationem post Ant. Genuensem refert Riccius in prax. penit. decif. 340. Videantur Quarant. Summ. Bullar. V. poena, Barbof. de Offic. Episc. alleg. 107. n. 19. Dian. p. 10. tr. 8. ref. 2. §. ut hæc omnia, Engl. hic n. 7. Wiestn. n. 23. v. verum, Reiffenst. n. 99. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 3. n. 309.

Neque obstat contraria consuetudo; quia, ut taceam, quòd de hac non sufficienter constat, Tridentini Decretum observatur à majori, & meliore parte Episcoporum, à quibus multas, & poenas pecuniarias in pios usus converti, testis est Dian. l. cit. Excipitur, si Episcopus esset valde pauper, ita, ut, nisi multas ejusmodi sibi applicaret, non haberet, unde congruè ad statum suum viveret; tunc enim ejusmodi poenas pecuniarias, sive deinde per statutum, sive per sententiam, & arbitrium Judicis dictatae sint, propriis usibus applicari ab ipso posse docet, & S. Congr. Card. Trid. Interpp. Declarationibus firmat Barbof. in c. 3. cit. Trid. n. 25. Oliva p. 2. for. Eccl. q. 9. n. 16. Dian. resol. 5. fin. qui tamen advertunt, hoc in Hispaniæ, Lusitanæ, Siciliæ (addi potest, in plerisque Germaniæ nostræ) Episcopis, quòd redditibus abundant, non procedere.

Dub. 3. quid observandum, cum victor etus victori condemnatur in expensas? Condemnatio hæc ad poenas pecuniarias revocari potest, quamvis vindicativa non sit, cum compenet damnum victori, Cæterum victum victori ad expensas condemnari debere, patet ex c. calumniam 4. b. tit. & l. properandum 13. §. sive autem 6. C. de Judic. Ad quod tamen plura requiruntur.

1. Si victor petit; nam si istud non petit, non debet condemnari victus ad expensas. Covar. pract. qq. c. 27. n. 5. Barbof. in c. cit. n. 3. Pirhing hic n. 10. Si tamen Actor in Libello petit sibi jus ministrari, & Justitiam, Judex victum ad expensas condemnare potest; quia vi hujus Clausulæ victor tacitè jam hoc petit.

2. Si convictus fuerit is, qui causam in Judicio cecidit; nam victus non condemnatur in expensas, si pars adversa, seu victor solum ex semiplena probatione, & ob delatum suppletorium Juramentum causam obtinuit, nisi is, cui Juramentum delatum est, plusquam semiplenè probaverit.

rit, & pars aduersa nihil. Barbof. l. cit. n. 9.
Pirhing n. 10.

189 3. Calumniosè, & per dolum, vel etiam temere, & sine dolo litigavit l. eum, quem 79. ff. de Judic. Abb. in c. cit. n. 1. not. 1. Covar. l. cit. n. 1. Pirhing n. 9. Neque obstat, etsi victus Juramentum calumniae praestiterit; quia hoc Juramentum, licet excusare videatur à calumnia, non tamen excusat à temeritate. Abb. l. cit. n. 4. Covar. l. cit. v. secundò.

Ex hoc à contrario sequitur, eum, qui iustam litigandi causam habuit, in expensas condemnari non debere l. qui solidum 78. §. etiam 2. ff. de Legat. 2. Proceditque hoc, ut Covar. & Pirhing l. cit. advertunt, non tantum in prima instantia, sed etiam in secunda, seu in iudicio appellationis: major tamen requiritur, causa excusans in iudicio appellationis, quam in prima instantia. In dubio, an litigans iustam causam litigandi habuerit, praesumptio est aduersus victum; nam hoc ipso, quod succumbat, praesumitur calumniosè, vel saltem temere litigasse. Gloss. in c. 4. v. victori b. tit. Abb. ibid. n. 2. Covar. Pirhing l. cit.

4. Condemnatio in expensas maxime procedit in Causis pecuniariis, An etiam in criminalibus locum habeat, controvertunt DD. Affirmant Covar. l. cit. n. 2. & plures alii. Negat Fachin. l. 1. contr. c. 42. & probat hoc ex c. calumniam cit. ibi, Praecipimus, ut de cetero in causis pecuniariis victus victori in expensas condemnatur, nisi sententia pro absente feratur: quod si enim Pontifex etiam causas criminales voluisset comprehensas, non dixisset in causis pecuniariis, sed generaliter praecipisset, ut victus victori condemnatur in expensas.

5. Expensae, in quas victus victori condemnatur, taxari debent à Iudice secundum qualitatem litigantium, & post taxationem victor Juramentum praestare debet, se verè tantum expendisse, quantum Iudex definiuit arg. c. olim 7. de injur. & docet Covar. l. cit. n. 6. Pirh. n. 10.

191 Tertia poena est Incarceratio: Et quidem quòd custodiae causà decerni possit à Iudicibus Ecclesiasticis contra Clericos, quando de fuga suspecti sunt, patet ex c. si clericos 15. de sent. Excomm. in 6. potestque carcer ejusmodi & solet protrahi, quousque Iudicium durat, Srein. Summ. Jur. Can. q. 3. tit. 16. §. 2. dub. 14. n. 2. Wiestner hic n. 50. Non tamen debet hic carcer esse squalidus, aut fordidus, vel corporis afflictivus, sed decens, & conveniens qualitati criminis, & personae, secundum. Trid. sess. 25. c. 6. de reform. & ut ad hunc procedatur, necesse est praemittere informationem de infamia, & indicis criminis; quia incarceration etiam

sola infamiam; & non facillè reparabile praedictum solet afferre. Felin. in c. cum super 17. de sent. Et re jud. Jason. in l. si se 4. §. 6. ff. de re judic. Piafec. prax. Episc. p. 2. c. 4. art. 14. n. 2. Wiestner hic n. 50. Reiffenstuel ibid. n. 107. Secus si faciat Iudex Ecclesiasticus, & Clericum carceri injustè mancipet, poenam Excommunicationis non effugit arg. c. si Clericos cit.

Dubitatur, an Clericus incarcerationem etiam poenae causà possit? Rationem dubitandi facit l. aut damnatum 2. §. solent 9. ff. b. tit. ubi dicitur, quòd carcer ad continendos homines, non ad puniendos haberi debeat. Item l. incredibile 6. c. eod. ubi decernitur, vinculis, & carcere puniri quidem posse perpetuum servos, sed non liberos homines delinquentes. Et denique l. de his C. de custod. reor. ubi de his, quos tenet carcer inclusos, sancitur, ut aut convictos velox poena subducat, i. e. citò condemnentur, & puniantur, aut liberandos custodia diuturna non maceret, i. e. citò absolvantur, & liberentur, si innoxii reperiantur. igitur carcer non institutus est ad poenam, sed tantum ad custodiam: consuetudine mitti Clericus in poenam, praesertim perpetuè, nequit.

Sed etsi hoc verum sit de Jure Civili, 192 de Jure tamen Ecclesiastico standum est pro affirmativa, & probat hanc Tribunalium usus: accedit expressa de hoc decisio c. quamvis 3. b. tit. in 6. Ratio est, quia cum SS. Canones non infligant poenam mortis c. in Archiepiscopatu 4. de Raptor. ideo, ne crimina maneant impunita, necessarium fuit pro gravioribus criminibus statuere poenam carceris etiam perpetui. Et hanc carceris poenam Iudices Ecclesiastici irrogare possunt non tantum Clericis, sed etiam Laicis, si criminum Ecclesiastici fori rei agantur, praesertim Haeresis c. excommunicamus 15. §. si qui de Haeret. Clem. 1. eod. Sayr. Clav. Reg. l. 12. c. 18. n. 6. Perpetui tamen Carceris poenam puniri Clericus nequit, nisi in casibus Jure expressis c. pen. Et ult. de Haeret. quibus scilicet de Jure Civili infligenda esset poena mortis non simplex, sed atrocior, videlicet ignis, rotæ, damnationis ad bestias, lacerationis membrorum &c. Diaz pract. crim. c. 137. Strein. cit. dub. 14. n. 4. Engl. n. 7. v. secunda poena, Wiestner n. 51. Reiffenst. n. 108.

Potest autem hæc poena carceris exasperari inclusis pro delicti qualitate, & aliquando ita, ut non nisi pane doloris, & aqua angustie sustententur c. novimus 27. fin. de P. S. & contra vitæ subsidium mortis solatium invocent juxta c. felicis 5. v. si quis eod. in 6. nunquam tamen ita, ut incarceratione alimenta subtrahantur, aut alia vitæ necessariae unde si ex horum defectu mors contingeret, Episcopus ita severè procedens Irregularis

gularitatem incurreret, Zabarell. in *Clem. 1. de Pœn. § remiss. q. 7. Abb. in c. 5. de Apostat. n. 1. Tholof. synt. l. 31. c. 33. n. 5. Piafec. prax. Episc. p. 2. c. 4. art. 14. n. 2. Valleng. hic §. 2. n. 2. Wiestn. ibid. n. 31. fin.*

195 Carceris pœnæ affinis olim erat *Ergastulum*, quod erat carcer affinis tabernis, destinatis ad opus, & labores mancipiorum deteriorum. In hoc personæ DEO dicatæ, præsertim Moniales turpiter, & impudicè viventes, olim detrudebantur *can. cum beatus 8. §. Salomon. dist. 45. can. impudicas 11. caus. 27. q. 1. Tholof. paratit. Canon. l. 4. tit. 25. n. 8. Wiestn. hic n. 32.*

196 Quarta est *Tortura*. Dubitari potest, an Clerici torturæ subijci possint? Negant aliqui, & probant à pari cum ijs, qui profanæ militiæ adscripti sunt, quos Jura negant torqueri posse *l. milites 8. c. de question. igitur neque iis obnoxii sunt Clerici, tanquam Sacræ militiæ adscripti, quippe quæ non minus privilegiata est secundum Gloss. in l. cit. v. pœnis, & Everhard. Leg. Arg. loc. 56. n. 4.*

197 Sed etiam hoc Juri Imperiali arg. *l. cit. & veteri disciplinæ satis conforme sit, prout constat ex Conc. Marifcon. 1. can. 19. & Alrijodor. can. 33. & Epist. 13. Innoc. 1. contrarium tamen praxis Curiarum demonstrat, juxta quam etiam Clerici in majoribus constituti, & Sacerdotes subijci torturæ, & questionibus possunt, si de enormibus criminibus diffamati, aut graviter suspecti sint. Farin. prax. crim. q. 41. n. 7. Guazzin defens. reor. 33. c. 10. n. 3. Valleng. hic §. 2. n. 5. Wiestner n. 26. Reiffenstuel n. 105.*

198 Ut tamen Tortura adhiberi Clerico possit, opus est, ut magna, & violenta adversus ipsum indicia urgeant: imò, ut Farin. *l. cit.* monet, graviora, & urgentiora requiruntur, quam quæ sufficiant ad torquendos Laicos, aut si talia solum sunt, quæ ad Laicos torquendos sufficiunt, ex parte Clerici requiritur, ut his accedat aliqua delicti, aut personæ infamia; & hoc ob præsumptionem integritatis, ac innocentiae, fundatam in SS. Ordinum, & Statutis dignitate, quæ proinde delicti præsumptionem excludit. Atque hinc neque testimonium unius testis, etiam bonæ famæ, sufficit, siitem reus ex sua parte habeat admicula integræ conversationis. Multò minus torquendus est Clericus ob testimonium unius, qui dicit se fuisse participem criminis, sed alia accedere debent indicia. Si extra Judicium crimen confessus est Clericus, regulariter ex hoc solo torqueri non potest: contrarium tamen usu servari cum Bernardo Diaz testatur Valleng. *hic §. 2. n. 5.*

199 Præterea mitius torquendi sunt Clerici, quam Laici, tum propter Ordinis

Clericalis dignitatem, tum propter periculum Excommunicationis, si modus excedatur. Clar. *§. fin. q. 64. n. 24. fin. Diaz prax. crim. can. c. 117. post n. 5. Wiestner hic n. 26. Reiffenstuel n. 105.* Et antiquo Jure non potuerunt torqueri à Laico: sed modò de consuetudine etiam Laicis tortura Clerici ab Episcopis demandatur. Farin. *l. cit. n. 14. Guazzin n. 4. Wiestner n. 26.* ex ea fortassis ratione, ex qua Laicis hodie committitur Clericorum captura, incarcerationio, verberatio &c. quia scilicet difficulter invenirentur Clerici, qui hoc præstant.

Quinta *Confisatio bonorum* juxta *c. 200. vergentis 10. de Heret. c. cum secundum 19. eod. in 6. & c. super 26. de v. s.*

Dubitatur, cui cedant bona Clericorum fisco addicta vel per sententiam, vel per Legem, certo crimini ipso facto imponentem hanc pœnam? cum distinctione; nam si Clericus ita condemnatus Beneficium habeat, bona confiscata cedunt Ecclesiæ, à qua recepit stipendia *c. excommunicatus 13. §. damnati de Heret. Si diversis Ecclesiis servit, inter has dividuntur arg. c. relatum 12. de Testam. Si verò nulli Ecclesiæ servit, bona illius perveniunt ad fiscum Ecclesiæ, sive Episcopi, in pios usus distribuenda. Farin. prax. crim. q. 190. à n. 154. Wiestner hic n. 33.*

Verùm etiam hæc de Jure ita se habent, & quoad Beneficialia, sive intuitu Ecclesiæ quæ sita, indubitata sunt, cum ista à Clericis in pios tantum usus expendi possint, & post eorum obitum Ecclesiis cedant *c. quorundam 1. c. cum in officiis 7. & c. relatum cit. de Testam.* quoad bona tamen patrimonialia Ecclesiis ægrè cedet fisco Sæcularis: imò ubi Clerici vel ex privilegio, vel ex immemoriali consuetudine de Beneficialibus liberè disponunt, ac testantur, etiam ista bona fisco Sæculari cedere præter alios docet Sanch. *l. 2. mor. c. 20. n. 25. Oliva de For. Eccl. p. 2. q. 8. n. 21. Wiestner hic n. 33. Reiffenstuel n. 112.* ex ratione, quòd ejusmodi bona iis in locis instar patrimonialium censeantur.

Sexta *Detrusio in arctum Monasterium*: quæ pœna olim frequenter decernebatur in Clericos valde gravium delictorum reos, priùs depositos, imò & in Laicos mares, aliquando etiam in feminas, præsertim in adulterium, vel stuprum lapsas *can. si qua Monachorum 28. caus. 27. q. 1. c. pervenit 2. de Adult. c. inter 10. de Purg. can. c. tua 6. b. tit. §c.* non quidem, ut editis Votis Paupertatis, Castitatis & Obedientiæ profiterentur Religionem, sed ut in eo inclusi, & ab omni mundana societate, delinquendique occasione remoti, sub disciplina Monasticæ, & pœnitentiæ oneribus

bus vel perpetuò, vel ad tempus peccata sua lugerent, & quæ ad salutem animæ pertinent, cogitentur *can. si Episcopus 7. dist. 50. can. si quis Clericus 10. dist. 31. c. sicut 6. §. fin. de Homicid. c. omnis 12. fin. de pœn. & remiss. Engl n. 8. hic.*

²⁰ Hodie tamen pœna ista abiit in de-
suetudinem, tum quia Monasteria hujus-
modi facinorosos homines ad pœnitentiam,
intra claustra sua agendam, nolebant reci-
pere, tum quia ne compelli possent ad eos
recipiendos à Diocesibus Ordinariis, per
privilegia Apostolica erant exempta, ut
notat Diaz *prax. crim. can. c. 55.* Huic pœ-
næ Romæ, & in reliqua Italia substituta est
transmissio ad triremes, teste Farin. *prax.
crim. q. 119. n. 55.* Et Fagnan. *in c. cum non
ab homine 10. de Judic. n. 104.* alibi successit
eidem ferè pœna perpetui carceris. Wiefn.
n. 89. Ad triremes perpetuò condem-
nati prius degradantur; ad tempus verò
tantum, verbaliter deponuntur: & utro-
que casu licet verberantur à ministris tri-
remium. Vallenf. *hic §. 2. n. 6.*

²⁰⁴ Septima Verberatio, seu flagellatio
juxta *can. fin. dist. 35. can. qui in alterius 1.
caus. 5. q. 1. c. cum fortius 1. de calumn. c. in
archiepiscopatu 4. de raptor.* Caven-
dum tamen, ut citra mortis, aut mutilatio-
nis periculum verbera infligantur, & ne in
vindictam sanguinis transire videantur. Engl
n. 8. §. tertio, Reiffenstuel n. 104.
Quodsi tamen casu, & ex post facto san-
guinis sequeretur effusio, non per hoc
incurreretur Irregularitas; quia ista tantum
contrahitur morte, vel membri mutilatio-
ne. Vallenf. §. 2. n. 4. ubi monet, abstinere
Judicem Ecclesiasticum quam maximè
oportere ab hujusmodi corporalibus pœnis,

iusque non utendum, nisi in atrocioribus
culpis, & contra Minorum Ordinum Cle-
ricos magis, quam Sacerdotes: rationem
dat, quia verbis potius, quam verberibus
corripiendi Clerici sunt. Imò usus istius
castigationis in multis locis recessit à Curia,
prout de Curia Episcopalis Hispaniæ,
Franciæ, & Lusitaniæ testantur. Clar. §.
*fin. q. 70. n. 2. & Oliva p. 2. for. Eccl. q. 10.
n. 8.* Addi possunt Curia Episcopales
Germaniæ; neque enim constat, pœnam
istam nostris temporibus infligi Clericis.
Wiefn. n. 25.

Octava Exilium, sive Relegatio, ²⁰⁵
quam decernere Judex Ecclesiasticus potest
*can. cum beatus 8. fin. dist. 45. can. quicun-
que 13. fin. caus. 26. q. 5.* Et quidem
Episcopus relegare in exilium potest ex-
tra suam Diocesim, Archiepiscopus verò ex
tota sua Provincia. Piasec. *prax. Episc. p. 2.
c. 4. art. 14. n. 14.* Vallenf. §. 4. n. 2. Engl
n. 10. Wiefner n. 27. Reiffenstuel n. 106.
& cum idem ferè in Religiosos sibi subje-
ctos permittum sit Prelatis Regularibus,
quod permittum est Episcopis in Clericos
sibi subditos, etiam isti mittere Religiosos
delinquentes in exilium poterunt, cum id
ad correctionem, aliorum exemplum &
monasterii tranquillitatem expedire videbitur.
Rodriq. *tom. 2. Reg. q. 24. art. 1.*
Quodsi tamen insuper perfectum exilium
decernere, & civitatis, ac patriæ Jura adi-
mere consulum videatur, super hoc imploran-
dum erit brachium Sæculare juxta *c. si-
quis 2. fin. junct. Gloss. V. Regis judicio
de Cler. excomm.* quia perfecti exilii pœna
non est penes Ecclesiam. Decius *in c. 10. de
Judic. n. 13.* Barbof. *in c. si quis cit. n. 4.*
Wiefner n. 27. Reiffenstuel n. 106.

§. V.

De Pœnis Fori Sæcularis.

S U M M A R I U M.

206. *Sec. Pœne in foro Civili usitate aliæ sunt
Capitales: ubi quænam hoc nomine ve-
niant?*

209. *Sec. Aliæ non Capitales: quarum ali-
quæ sunt Corporales, ut iniussio Stigma-
tum, Execratio &c.*

²⁰⁶ Pœnæ in foro Civili usitate aliæ sunt
Capitales, aliæ non Capitales. Inter
eas, quæ Capitales dicuntur, primo loco
est *Ultimum supplicium*, seu pœna mortis;
nam ut *l. ultimum 21. ff. b. tit.* Celsus
perhibet, *ultimum supplicium esse mortem
solam interpretatur.* Porro mortis suppli-
cium variè de Reis sumitur, gladio, fune,
rotâ, igne, sectione in partes, submer-

216. *Aliæ ad pœnas animi pertinent, ut Infa-
mia.*

217. *Aliæ pecuniariæ.*

218. *Quò etiam pertinet Confiscatio honorum,*

219. 220. *Quando damnatorum bona à fisco
vindicare possint?*

sione in aquis, & olim crucifixione, quâ
afficiebantur famosi Latrones, transfugæ ad
hostes, consiliorum proditores *l. capita-
lium 28. §. famosos 15. l. si quis 38. §.
transfugæ 1. §. §. seq. ff. b. tit.* Ho-
die, ut ex Lipsio refert D. Braun de
Imper. mer. c. 1. §. 4. n. 2. postquam Crux
Vitam ipsam interfecit, non diu illi vita: su-
stulit illam ex Romanis rebus Constantinus, nam
ille

ille, jam serio Christianus, noluit salutare signum ultra servire ad perniciem; & colendum illud, atque eximum pœnis vilescere damnatorum. Videatur Carpzov. *pract. crim. q. 128. à n. 14.*

207 2. *Proscriptio*, seu *Bannum Imperiale*, Germanicè *des Heil. Römischen Reichs Acht / und Bann* / quod est Imperii Judicialis censura, quâ delinquentibus aquâ, & igni interdicitur, ita, ut à nemine in Clientelam, fidem, aut amicitiam recipi, ab omnibus verò impune tam in persona, quàm in rebus offendi possint. *Ordin. Camer. p. 2. tit. 9. §. 10. jemand's.* Hocque Bannum nemo, nisi solus Imperator, eoque absente, Rex Romanorum irrogare potest. *Matth. Wehn. V. Acht / Carpzov. pract. crim. q. 140. n. 18.* Hodie præter declarationem Banni ab ipso imp. factam adhuc tres modi bannendi ordinarii sunt. 1. in Camera Imp. ubi si quis bannitur, perinde est, ac si banniretur ab Imperatore & ideo sic bannitus perdit omnia Jura Civilia ubicunque locorum. 2. in Judicio Imperiali Rottvivilano, quod tamen Jurisdictionem limitatam, & usque ad Rhenum duntaxat extensam habet: & hinc si bannitus à Rottvivilensibus Moguntia, vel in Hassia institueretur haeres, ille capere hereditatem possit. *Carpz. q. 140. cit. n. 20.* 3. in Judicio Imperiali Westphalia, quod & ipsam habet certos fines: & ideo pro finium ratione, & qualitate Bannum ibi inflictum operatur quemadmodum dictum est de Bannis Rottvivilensibus, *Sichard. ad l. 1. C. de hered. instit. n. 17. Wehner. V. Acht / Carpz. l. cit. n. 21.* apud quem vide cætera de Banno.

208 3. *Privatio vite Civilis*, quæ consistit in jure libertatis naturalis, & civitatis, quod olim fiebat coercitione metalli, damnatione ad opus publicum, interdictione ignis, & aquæ: hodie verò damnatione ad triremes, ut notat *Besold. Thes. pract. V. Auf die Galeen schmiden*: & si fiat in perpetuum, æquivaleret pœnæ mortis naturalis. *Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 3. n. 294. Reiffenst. hic n. 4.*

209 *Pœna non capitales*, in foro Sæculari usitata, aliæ sunt corporales, aliæ animi, aliæ pecuniariæ. Inter corporales, quæ corpus, salva manente vita naturali, & civili, affligunt, est, *inustio stigmatum*: quæ tamen hodie sublata est per Constantinum Imp. *l. si quis 17. C. h. tit. ne. facies, quæ ad similitudinem pulchritudinis est celestis figurata, maculetur. Clar. §. fin. q. 70. n. 1. Carpz. q. 129. n. 10. Magnif. P. Schmier l. cit. n. 295.*

210 2. *Exoculatio*, quâ fures tum sacrilegi, tum effractores quondam afficiebantur *l. qui perforavit 11. §. 1. ff. ad Leg. Jul. Peculat. Const. crim. Carol. V. art. 159.*

An autem in Imperio Romano pœna hæc etiamnum vigeat, dubitat *D. Braun de Imp. mer. c. 1. §. 4. n. 21.*

3. *Amputatio manûs*, digitorum, aut aurium, linguæ, labiorum &c. de qua pœna *Carpzov. q. 129. cit. n. 28. & seqq. D. Frölich ad Const. Carol. libr. 4. tit. 5. n. 2. & seqq. D. Braun, l. cit. n. 22.*

4. *Fugitatio*, vulgò mit *Ruthen*, *aushauen*: quod genus pœnæ sæpius dicitur, præsertim furibus minoribus, falsis mensuris, proxenetis illicitæ libidinis, Videatur *Cost. Carol. cit. art. 113. & 123. cum not. s. D. Blumlacher, Besold. Thes. pract. V. Ruthen Aushauung / Carpz. l. cit. à n. 14. D. Frölich n. 1.*

5. *Expositio ad pastellum*, seu *nu mellas*, Germanicè *auf den Pranger / und Halbe-Essen stellen* / quæ patim præctur pro qualitate delicti, & delinquentis. *Besold. V. Pranger / Carpzov. l. cit. n. 50. & seqq.*

6. *Relegatio ad certum*, vel incertum tempus, ad certum, vel incertum locum: quæ, si per sententiam indefinitè, & nulla temporis facta mentio expressa dictata sit, pro perpetua habenda est, *Hartm. Pistor. obs. 139. Carpzov. q. 130. n. 17.* apud quem vide plura.

7. *Incarceratio*: quæ licet etiam in 215 causis Civilibus ad perfringendam contumaciam, & inobedientiam imponatur; tamen in causis capitalibus peculiariter adhiberi solet ad custodiendum, & puniendum criminaliter delinquentem. *Carpzov. q. 130. cit. n. 8. Braun. l. cit. n. 35. Schmier n. 301.*

Ad Pœnas animi pertinet *Infamia*, 216 quâ fama, & bona existimatio apud homines aufertur. Hæc id singularè præ cæteris pœnis habet, quòd cum aliæ pœnæ crebrius à Judice per sententiam inferantur, infamia tamen nonnunquam ab ipsa dicitur Lege, & absque Judicis sententia incurritur: de quo vide *suprà n. 165. &c.*

Pœna pecuniaria, seu *multæ* pœna 217 omnibus aliis hodie usitatissimæ sunt. *Farin. pract. crim. q. 19. n. 51.* maximè in delictis arbitrariis, & illis, in quibus à pœna ordinaria recessum qualitas delinquentis, & circumstantiarum suadet. *Carpzov. q. 130. n. 4.* Vitandus autem Judicibus est abusus, & exemplum illorum Judicum, qui quæstum ex delictis faciunt, & omnia ferè supplicia in multas pecuniarias mutant, ut dum patrimonium alienum atterunt, proprium augeant. Præterea in multis hujusmodi imponendis consideranda venit non solum qualitas criminis, sed potissimum facultates Rei delinquentis, cum pauper multâ unius taleri gravius puniatur, quàm si is, qui bonis abundat, in multam 20. taleo-

salerorum condemnetur. Carpov, q. 120, cit. n. 5.

218 Spectat huc Confiscatio, seu Publicatio bonorum, quæ poena veteri Jure communissima, omnique delicto capitali, licet in sententia illius mentio facta non fuerit, tacite annexa erat l. damnatione 1. pr. & l. seq. ff. de bon. damnat. Sed Jure novissimo rarior est ejus usus, propter Novell. 134. c. 13. ubi sancitum est, in criminibus, in quibus Leges mortem, aut prescriptionem definiunt, substantias damnatorum non fieri debere lucrum Judicibus, aut eorum officiis, neque secundum veteres Leges fisco eas applicari; sed siquidem habeant descendentes, vel ascendentes usque ad tertium gradum, eos habere.

219 Ex quo sequitur, casu, quo tertii gradus descendentes, vel ascendentes ad sunt, damnatorum bona à fisco vindicari non posse. Excipitur 1. crimen læsæ Majestatis; nam in majestatis crimine condemnatis, ut Imperator c. 13. cit. fin. decernit, veteres Leges servandæ sunt. 2. Si in aliis Novellis pro specialibus delictis, ut in Novell. 12. pro incestis nuptiis, confiscatio bonorum specialiter sit constituta; quia Imperator c. 13. cit. solum meminit Legum veterum. Matth. Stephan. ad Novell. cit. n. 22. Magnif. P. Schmier p. 1. de delict. c. 3. n. 313. 3. Si reus citatus post annum contumaciter non compareat; quia aliàs contra hujusmodi reos absentes, & contumaces ademptum foret omne coercitionis remedium, cum ingenti Reip. damno: conf. per Novell. cit. non vi-

detur derogatum l. Divi 1. §. fin. & l. fin. ff. de requir. vel absent. damnand. quibus hoc casu confiscatio bonorum specialiter sancita est. Ant. Matth. l. cit. n. 5. Schmier n. 314. 4. Si confiscatio bonorum non per se, & principaliter, sed in consequentiam tantum determinata per Leges sit; tunc enim adhuc locum eidem esse contra communiorem docet Rittersbusius, Clarus, Farinacius apud Brunnem, ad Auth. bona damnatorum c. de bon. proscript. n. 1. 5. In aliis casibus, ubi confiscationis poena specialiter est constituta; nam ita expressè in Const. crim. Carol. 7. art. 218. ibi, Item an etlichen Orthen / so ein Uebethäter außserhalb des Lasters unser beleydigten Majestät / oder sonst in andern Fällen / so der Uebethäter Leib / und Gut nit vernichtet / vom Leben zum Todt gestraffet / Weib / und Kinder an Veffelstab / und das Gut dem Herrn zugewies sein werden &c.

Præterea bene advertendum est, quod in Novell. cit. c. 13. cit. mentio fiat solorum ascendentium, & descendentium usque ad tertium gradum; nam si tales nulli adsint, sed collaterales tantum, eos, quantumcunque propinqui sint, omnes fisco excludit: & hinc erravit Irnerius, dum in Auth. bona damnatorum cit. voluit bona damnatorum etiam reservari hæreditibus ex latere. Brunnem. ad Auth. cit. n. 3. Matth. Stephan. l. cit. n. 25. Ant. Matth. de crimina. ad Libr. 48. tit. 18. n. 2. Schmier l. cit. n. 312.

TITULUS XXXVIII.

De Poenitentis, & Remissionibus.

1 Post poenas, quæ imponuntur in foro externo, tractandum nunc de poenis, quæ imponuntur in foro interno seu Poenitentiali. De his agit prima Rubricæ præsentis pars. At quia Poenæ istæ seu Poenitentia sæpe relaxantur, in altera Rubricæ parte agitur de Remissionibus. Porro Poenitentia nomen variz solet accipi. 1. pro Punitione, seu poenæ sententia, secundum Aug. l. de ver. & fals. poenit. c. 19. & Isidor. l. 3. Etymol. c. ult. 2. pro conversione, seu mutatione mentis in homine, præterita peccata sua plangente can. poenitentia 1. de poenit. dist. 3. in quo sensu ad mentem S. Thom. p. 3. q. 85. art. 1. 3. dicitur detestatio, & dolor animi de peccato commisso, quatenus est offensæ, sive injuria illata DEO, ex intentione eam compensandi. 3. pro Habitu speciali, ad hujusmodi dolorem, & detestationem peccati inclinante: & hic defini potest, quod R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II,

fit habitus inclinans ad actum, quo detestamur peccatum commissum, & de eo dolemus, quatenus eo DEUS à nobis offensus est, ex intentione offensam hanc abolendi, & compensandi, sive pro ea satisfaciendi. 4. pro uno ex septem novæ Legis Sacramentis: in quo sensu Poenitentia dicitur Sacramentum reconciliationis cum DEO post lapsum personalem, institutum per modum Judicij, sive Sacramentum, quo peccata post Baptismum commissa, & legitimo Ministro cum detestatione, & dolore debito manifestata, virtute clavium, seu absolutionis Sacerdotalis delentur. 5. pro Satisfactione pro peccatis imposta, & exhibita: & tunc ex communi dicitur Operatio exterior laboriosa, & poenalis, voluntarie assumpta ad vindicandum, & puniendum peccatum commissum, & ad placandam Divinam offensam. Omnis tribus prioribus acceptio- nibus solum hic agetur de Poenitentia quarto, & quinto modo accepta. Quare fit.

T

§. I.

De Pœnitentia, prout est Sacramentum.

S U M M A R I U M.

1. Pœnitentia est Sacramentum.
2. A Christo institutum.
3. Hujus forma.
4. Materia.
5. Minister.
6. Necessitas.
7. &c. Quando urgeat ejus præceptum.
12. &c. An sæpius in anno?
14. &c. Quinam teneantur præcepto Confessionis annuæ?
18. &c. Quo anni tempore?
21. &c. An eidem præcepto satisfiat per Confessionem validam.
24. &c. Quæ sint pœnæ neglectæ Confessionis annuæ?
27. Quid sit Approbatio, & quæ ejus necessitas?
28. 29. Quis approbare possit?
30. An necessaria illa sit etiam Graduatis?
31. A quonam Episcopo danda sit Approbatio?
32. Quando, & quomodo concedi solet, & possit ab Episcopo?
33. An Episcopus negare Approbationem possit, non præmissis Examine?
34. An sufficiat Approbatio petua, & ab Episcopo negata?
35. An restringi illa possit ad certum tempus, locum, vel personas?
36. An valeat Absolutio collata à Sacerdote, quam Episcopus idoneum judicavit, cum reipsa non esset?
37. An semel data ab Episcopo, vel ejus Successore revocari possit?
38. Quid sit Jurisdictio Confessarij, & quæ ejus necessitas?
39. Quotuplex sit Jurisdictio fori Conscientiæ?
40. Quomodo acquiratur Jurisdictio, seu potestas absolvendi delegata?
41. An in mortis articulo absolvere possit Sacerdos simplex, presente proprio, & privilegiato, & Excommunicatus vitandus, presente non excommunicato?
42. An à reservatis absolutus in articulo mortis, hoc cessante, se sistere superiori debeat?
43. Quomodo in foro Pœnitentiæ interno exercenda Jurisdictio tacite commissæ intelligatur?
44. Quæ sit praxis Privilegij, Ordinibus Religiosis concessi ad audiendas Confessiones quorumcumque fidelium.
45. Quinam habeant facultatem eligendi sibi Confessarium?
46. Utrum hæc facultas acquiri possit consuetudine?
47. Quid sit Casuum Reservatio?
48. Quæ peccata Reservationi obnoxia sint?
49. Cui competat potestas reservandi peccata?
50. Quinam casus Episcopis sint reservati?
51. Quinam reservari à Prelatis Regularibus possint?
52. Casus reservati in Societate JESU.
53. An reservacionem incurvant etiam ignorantes?
54. Quis absolvere possit à Casibus reservatis?
55. Quis ab Episcopalis?
56. Quis Religiosos ab ijs, quos reservavit eorum Superior?
57. 58. Quid dicendum de peregrinis habitibus Casum reservatum?
59. &c. Quid sit Sigillum Sacramentale, & quo jure inducitur?
63. &c. Quis eodem obligetur?
66. &c. Quanam sub illud cadant.
69. &c. An notitiâ ex confessione hauriâ, liceat uti in gubernacione, & alijs actibus externis concernentibus pœnitentem?
72. An violati Sigilli reus sit Confessarius, revelans peccatum sibi in Confessione detestum, si peccatorem non nominet?
76. Cui virtuti adversetur violatio Sigilli Sacramentalis?
77. An ob parvitatem materia possit fieri peccatum veniale?
78. An dispensari in eo possit?
79. Pœna violantis sigillum.
80. Requisita, ut incurranter.
81. 82. Quis sit Judex in causa fractionis sigilli?
83. &c. An hic procedere adversus violatorem sine pœnitentis licentia possit?
87. &c. An, & qualis probatio sit necessaria, & Novatianos, ad quos postea accesserunt Lutherus, Calvinus, alique affectu. Pater ex Conc. Flor. sess. ult. in Decret. Union. & Trid. sess. 14. can. 1. & 2.

2. **Q**uæritur 1. an Pœnitentia sit Sacramentum, an, & quando à Christo institutum, & quæ sit ejus materia, forma & Minister? **W. I.** Pœnitentia est Sacramentum novæ Legis, distinctum ab alijs. Est Catholica veritas contra Mon-

tanistas, & Novatianos, ad quos postea accesserunt Lutherus, Calvinus, alique affectu. Pater ex Conc. Flor. sess. ult. in Decret. Union. & Trid. sess. 14. can. 1. & 2. Hoc Sacramentum est institutum à Christo post Resurrectionem, uti tunc tenent

nent omnes contra *Arma an.* apud Dica-
still. *D. 4. dub. 2.* qui pura it esse institu-
t m à Christo sub initium prædicat o is;
item contra alios apud Tann. *q. 1. n. 6.* qui
dixerunt institutum esse: à DEO in Paradiso
sub monti initium. Responſio patet ex
Trid. *ſeſſ. cit. c. 1. de Sacr. Pœnit.* ibi, *Do-*
minus autem Sacramentum Pœnitentiæ tunc
præcipue instituit. cum à mortuis excitatus,
inſiſſet in Diſcipulos ſuos, dicens, Ac-
cipite Spiritum Sanctum: quorum remiſeritis
peccata, remittuntur eis; & quorum retinue-
ritis, retenta ſunt: quibus verbis iisdem ſuis
Apoſtolicis dedit potestatem in Corpus suum
Myſticum, quod fideles conſtituunt.

3. Forma hujus Sacramenti ſunt verba
Abſolutionis Sacerdotalis, *Ego te abſol-*
vo à peccatis tuis: ex quibus licet effen-
tialia tantum ſint *Abſolvo te,* reliqua tamen
addi debent, præſertim in articulo mortis,
ſecundum quosdam ſub mortali, ſecun-
dum alios ſub veniali. Debet autem abſo-
lutio fieri per verba formalia, & hæc verba
dirigi debent in pœnitentiam præſentem,
prout decrevit *Clemens VIII.* Hinc inva-
lidum eſt abſolvere nuntio, ſigno, aut
ſcripto; item abſolvere abſentem, quod
docuit *Alenſ. Med. n.* & alij. Sufficiunt
tamen verba prædictis æquivalentia, qui-
bus ſenſus non immutatur, ut ſiquis reveren-
tiæ cauſâ dicat: *Abſolvo D. minationem, Ex-*
cellentiam, vel Majeſtatem veſtram. Con-
trà non valet, ſi dicas, *Abſolvat te DEUS,*
vel *abſolvat te Chriſtus.*

4. Materia alia eſt remota, alia pro-
xima. *Materia remota,* & circa quam
actus pœnitentis, & Sacerdotalis abſolu-
tio verſatur, ſunt peccata omnia actualia
commiſſa poſt Baptiſmum mortalia quidem
non dum ſubjecta clavibus neceſſaria, venia-
lia verò, & mortalia, à quibus abſolutio jam
ſemel rite eſt impetrata, ſufficiens, & ido-
nea, ut colligitur ex *Extrav. 1. int. comm.*
de Privileg. & docet praxis fidelium, ad
majorem ſui conſuſionem, & conſequen-
dam uberioſiorem gratiam, panarumque re-
miſſionem inſtuentium Confeſſiones an-
nuas, & generales à tota vita de peccatis,
quæ jam aliquando clavibus rite ſubjece-
runt.

Materia proxima ſunt actus pœ-
nitentis tres, ſcilicet Contritio, Confeſ-
ſio, & Satisfactio: quæ ultima Sacra-
mentum integraliter perficit; priores au-
tem duæ ad eſſentiam pertinent, ut com-
muniter notant DD. contra *Sotum,* qui to-
tam eſſentiam ponit in abſolutione.

5. *Minister* hujus Sacramenti eſt
ſolus Sacerdos: prout patet 1, ex Scriptu-
ra *Joan. 20.* ubi Chriſtus ad ſolos Apo-
ſtolicos, ac Diſcipulos Sacerdotes, & in his
ad eos, quibus eadem poteſtas legitime
communicabitur: dicit: *Accipite Spiritum*
Sanctum. quorum remiſeritis peccata &c. 2.
R. P. S. b. m. alz. g. ueber L. V. T. II.

Ex Flor. in *Decret. de Sacram. & Trid. ſeſſ.*
14. c. 6. & can. 10. de Sacr. Pœnit. 3 ex
Bulla *Martini V. in Concil. Conſtant.* contra
errorem *Wickliffi,* & *Leonis X.* contra *Lu-*
tberum, affirmantem, omnes fideles,
eti. m pueros, & mulieres habere pote-
ſtatem remittendi pœnitentibus peccata,
4 ex traditione, & perpetuo uſu Eccleſiæ.
Neque obſtat *c. ſures 2. de ſurt.* ubi pote-
ſtas abſolvendi videtur tribui etiam Diacono,
ibi: *Si comprehenſi, aut vulnerati Pres-*
bytero, vel Diacono conſeſſi fuerint,
Communione eis non negamus; nam tex-
tus iſte videtur mendoſus eſſe: quod pa-
ter ex eo; quia in *Concil. Tribur. can. 31.*
unde deſumitur, non habentur hæc verba
Vel Diacono, ſed iſta *Drôque. & Sacerdoti.*

Quæritur 2, an, & quomodo Sacra-
mentum Pœnitentiæ neceſſarium ſit poſt
Baptiſmum in peccatum mortale lapſis?
7. his neceſſarium eſt in re, vel in voto ne-
ceſſitate mediij, non quidem ex natura rei:
poterat enim Chriſtus Dominus hoc Sa-
cramentum inſtituere, ut utile, & con-
veniens ad ſanitatē animæ recuperandam,
non ut neceſſarium, & obligationem: ſed
ex præcepto Divino, quod nobis expoſuit
Trid. *ſeſſ. 14. c. 4. & can. 10. de Sacr. Pœnit.*
Votum Sacramenti Pœnitentiæ continetur
in dilectione DEI ſuper omnia, & in Con-
tritione Charitate formata: & hinc qui
peccata ſua actu conſiteri inculpabiliter
non valet, ejusmodi actûs virtute conſe-
qui ſalutem nihilominus poteſt; habent
enim hi actûs, antecedenter ad actualem
hujus Sacramenti receptionem, vim delen-
di peccatum mortale, & recuperandi gra-
tiam per peccatum amiſſam. Trid. *c. 4. c. 14.*
& *ſeſſ. 6. c. 14.*

Dub. 1. quando peccati mortalis
8. reus ex præcepto Divino obligetur ad Sa-
cramenti iſtius uſum? *Certum eſt* obli-
gari ſaltem in articulo, ſeu probabili pe-
riculo mortis, undecunque, etiam ex ſen-
tentia Judicis imminentis. *Suar. D. 15. ſeſſ.*
6. n. 1. Palao D. un. p. 3. n. 7. Stoz Trib. Pœ-
nit. p. 3. q. 1. art. 3. n. 12. Vallens. hic §. 7.
n. 4. König n. 11. Wief. n. 12. & plerique
melioris notæ TT. ſunt enim tunc adhi-
benda media neceſſaria ad ſalutem, tale
medium autem Chriſtus eſſe voluit Confeſ-
ſionem Sacramentalem, ſi copia habeatur
Confeſſarij, ergo. *Conſ.* quia hoc præ-
ceptum impleri debet in hac vita, ergo ad
minimum in articulo mortis, vel ante ſi
tunc probabiliter timeatur non futura copia
Confeſſarij.

Difficultas eſt, an extra mortis di-
9. crimen ex vi ſolius præcepti Divini detur
obligatio conſitendi? *Negant* non pau-
ci maximi in S. Theologia nominis DD.
quod non ſatis conſtet de aliquo præcepto,
quod obligationem iſtam injungat aut de

tempore, quod hujus obligationis executioni extra periculum mortis determinatum à Christo sit. Verùm hæc ratio nihil probat; nam nec actibus Fidei, Spei, & Charitatis efficiendis certum tempus determinatum est, & tamen hos actus efficiendi obligatio Jure naturali datur.

10 Dicendum igitur, susceptionem hujus Sacramenti ab eo, qui se reum peccati mortalis agnoscit etiam seclusâ Lege Ecclesiasticâ, & Divino solum præcepto spectato, sine peccato non posse diu v. g. ultra tres, aut quatuor annos differri. *Ratio est*, quia tenetur peccator redire in gratiam cum DEO, eique satisfacere, ita quidem, ut praviter peccet poenitentiam procrastinando, prout patet *Ecd. 5. v. 8. Prov. 1. v. 28. Rom. 2. v. 4.* ubi DEUS peccatores non solum à poenitentia procrastinatione dehortatur, sed ejus dilationem etiam, præsertim usque ad articulum mortis, tanquam vocationis gratiaque, & amicitia Divina vilipensionem, contemptumque severè reprehendit, ergo tenetur etiam ad medium in hunc finem à Christo institutum. Tale unicum est Confessio Sacramentalis in casu, quo copia est Confessoris, ergo &c. *Conf.* voluit Christus fideles per distinctam peccatorum Confessionem non solum absterri à frequentia peccandi, sed etiam à Confessario juvari, ne toties relabantur. hunc autem finem non obtineret, se semel tantum sub exitum vitæ tenerentur confiteri, ergo ipsa intentio finis fuit simul voluntas instituendi Sacramentum poenitentia hoc ritu, & obligandi ad Confessionem sæpius peragendam.

11 Neque obstat argumentum in contrarium allatum; nam Poenitentia agenda tempus, quod Jure Divino determinatum non est, determinavit Ecclesia in *Cons. Later. c. 21.* & confirmavit Trid, *sess. 14. c. 5. & can. 8. de Sac. Pœnit.* quorum Conciliorum priore *c. omnis 12. b. tit.* relato statutum est, ut omnes Christi fideles, usu rationis præditi, cujuscunque sexûs, saltem semel in anno confiteantur proprio Sacerdoti peccata sua. Quare sicut post determinationem Sabbati ad cultum Divinum in Decalogo, ea dies Jure naturali cultui huic consecranda erat in Veteri Testamento & in novo dies Dominica, ita post determinationem Ecclesiæ Jus Divinum obligabit ad semel in anno confitendum, Vallens, *hic s. 7. n. 1.* Wiestner *ibid. n. 14. & duob. seqq.*

12 Dub. 2. Utrum dari aliquando possit obligatio etiam sæpius, quam semel in anno confitendi? *R.* per accidens dari posse. Sic enim ad confessionem Sacramentalem obligatur 1. qui vult sumere S. Eucharistiam, vel celebrare Missam, si peccati mortalis se reum novit, & copia Con-

fessoris non desit. Trid, *sess. 13. c. 7. & can. 11. de Sanct. Euch. Sacr.* ubi addit, quod si necessitate urgente, Sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quamprimum confiteatur. 2. qui existimat, se à peccato aliquo abstinere non posse, aut vincere gravem aliquam tentationem, nisi confiteatur; quia quilibet Jure Divino tenetur adhibere media necessaria ad vincendum peccatum. Vallens, *hic s. 7. n. 4. & secundò.* 3. Ratione Juramenti, aut Voti arg. *c. magna 7. de Vot.* vel ratione poenitentia à Confessario injunctæ, vel ratione Statuti, Religionis, aut præcepti Superioris, Vallens, *l. cit. & quarto.* 4. Ratione conscientia erroneæ, dum putat quis se ad Confessionem teneri, quamvis sufficiat illam deponere. Navar. *Man. c. 2. n. 20.* Vallens, *l. cit. & quinto.*

Inter quos casus, & inter obligationem Confessionis annuæ id est discriminis, quod præceptum confessionis annuæ peccati mortalis reum per se obliget, & non tantum per accidens, prout voluerunt aliqui, & ratione Communionis. Patet ex *c. omnis 12. b. tit.* ubi præcipitur Confessio, & deinde Communio, nec verbum ponitur, ex quo possit colligi, unam solum propter alteram mandari. *Conf.* ex Trid, *sess. 14. c. 5. & can. 8. de Sac. Pœnit.* ubi nulla facta mentione communionis, absolute dicit, esse in Ecclesia præceptum annuæ Confessionis. Et hinc qui à Communione ob causam aliquam excusantur, aut ob immaturitatem Judicij differuntur, nihilominus tenentur confiteri. Nec unius tantum, sed duplicis peccati rei habentur, qui communionis, & Confessionis Sacra præceptum violarunt.

Dub. 3. quinam Confessionis annuæ præcepto teneatur? *Certum est 1.* teneri hoc præcepto fideles omnes, etiam pueros, si peccati mortalis sibi, sint conscientij, excommuni DD. judicio, contra *Sotum*, qui in *4. dist. 12. q. 1. art. 11. fin.* cum *Hofst. & Anchar.* negat pueros teneri ante annum 12. ætatis. Fundamentum sumitur ex *c. omnis cit.* ubi *cons. Later.* ad annuam Confessionem obligat omnes, postquam ad annos discretionis pervenerint, h. e. doli capaces exiterint, & discernere inter bonum, & malum noverint, atqui talem discretionem, & doli capacitatem supponit peccatum mortale, ergo &c.

Certum est 2. ad confessionem annuam teneri etiam eum, qui conscius sibi est peccati mortalis solum interni, tum propter universalitatem *c. omnis cit.* tum verò propter communem sensum, & usum Ecclesiæ, ac fidelium *c. cit.* etiam de peccatis internis intelligentium, ut aded *Suar. D. 36. sect. 2. n. 2.* temeritatis non immeritè arguat singularem opinionem Margarit. Con-

Confessor. *V. Confessio*, negantis obligationem Confessionis annuæ in eo, qui peccati solum interni reus est. Neque aliud probat ratio, quam pro hoc suo asserto *Margarita* assert, quia scilicet Ecclesia caret potestate in actus merè internos; nam ut *n. 11.* dictum est, præceptum Confessionis annuæ non est præceptum merè Ecclesiasticum, sed determinatio præcepti Divini.

16 *Controversia* est de eo, qui sibi conficius est peccati venialis tantum. Etiam hunc præcepto Confessionis annuæ adstringi cum *Bonav. Rich. Alenſi* exiſtimat. *Fagn. in c. omnis cit. à n. 14.* pro se allegans *S. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. q. 3. Sed dicendum* præcepto Confessionis annuæ solum adstringi reos peccati mortalis. Ita *Sylv. V. Confessio 1. n. 14. Sot. dist. 18. q. 1. art. 3. Suar. D. 36. sect. 2. n. 8. Laym. l. 5. tr. 6. c. 5. n. 12. & communiter ceteri*, allegantes pro se *S. Thom. in 4. dist. 16. art. 2. q. 3.* Ratio est, quia mens *Conc. Later. in c. omnis cit.* non fuit imponere novam obligationem confitendi peccata, sed ei, quæ præcepto Divino jam erat imposita, determinandi certum tempus, ultra quod non liceret differre Confessionem, prout declarat *Trid. sess. 14. c. 5.* atqui præcepto Divino ad Pœnitentiæ sacramentum tantum adstringuntur peccati mortalis confici, ergo &c. *Conf.* nam *Trid. c. 5. cit. & can. 7.* disertè assertit, peccata venialia taceri in Confessione circa culpam posse, hoc autem verum non esset, si ad Confessionem annuam adstringeretur ille, qui unius tantum peccati venialis sibi est conficius.

17 Verum esto, à præcepto Confessionis annuæ excusetur, qui nullius peccati mortalis sibi est conficius, constans tamen fidelium sensus, & usus ad Confessionem annuam indiscriminatim omnes vel obligat, vel serid hortatur, nec immerid; non enim leve iniquæ suspitionis fundamentum præberet ille, qui integro anno Confessionem omitteret sub prætextu carentiæ peccati mortali; tum quia vix reperiuntur, qui sine istius Sacramenti usu toto anno à peccato mortali abſtinent; tum verò quia negligens expiare peccata venialia, facile prolabitur in mortalia. Accedit scandalii ratio, quod ex tali omissione fideles capiunt: hinc ad istud evitandum talis, qui mortalis noxæ se reum non agnosceret, tempore Paschali, quo annuæ Confessionis præceptum urgeri solet, proprio Pastori, vel ejus Delegato se sistere, & ei conscientiæ suæ statum in genere declarare deberet, ut monent *Suar. D. 36. sect. 2. n. 9. Vasq. q. 90. art. 2. dub. 2. n. 19. Coninck D. 5. dub. 5. n. 52. Fagund. Eccl. Præcept. 2. l. 1. c. 2. n. 9. Bonac. D. 5. q. 5. sect. 2. p. 4. n. 8. Palao tr. 23. D. un. p. 20. n. 5. Wiestner bic n. 19.*

Dub. 4. quo anni tempore Confessio annua fit peragenda? *n.* Jure scripto satisfacit huic præcepto, quocunque tempore Confessio illa fiat; nam *Conc. Later. c. omnis cit.* nullum determinavit tempus Confessionis, licet Paschale determinaverit Communioni. *Navar. Man. c. 2. n. 9. Sot. in 4. dist. 18. q. 1. art. 4. concl. 1. Sà V. Confessio n. 4. Suar. D. 36. sect. 3. n. 2. Laym. c. 5. cit. n. 8. Engl bic n. 8. Wiestner ibid. n. 22.* Neque obſtat *Extrav. 2. de Teng. & pac.* ubi Sixtus IV. dicit, Parochianos ad Peccatorum Confessionem in Paschate obligari; nam in textu hoc non imponitur novum Confessionis præceptum, sed à *Conc. Later. c. omnis cit.* impositum refertur: unde sicut istud solum annuam, non autem Paschalem Confessionem præcipit, ita & in *Extr. cit.* Pontifex; facit autem mentionem Paschatis; quia Confessio tanquam dispositio Communioni Paschali præmitti solet, & debet.

Jure autem non scripto per Consuetudinem perantiquam, & universalem in Ecclesia, de qua mentio fit in *can. in capite 64. dist. 50.* & approbat *Trid. sess. 14. c. 5. de Sacr. Pœnit. fin.* videtur Confessionis annuæ determinatum tempus Paschale, quo accedendum est ad S. Communionem: quam consuetudinem pro Lege receptam esse, ex eo colligitur, quod eo tempore Rectores Parochiarum Parochianos suos illius peragenda admoneant, ejus peractæ post illud tempus testimonium exigant, & qui convicti fuerint illius negligenter omiſſa, à Magistratibus graviter puniri soleant. *Engl bic n. 9. Wiestner ibid. n. 25.*

Qui legitime impeditus, vel ex negligentia præceptum Confessionis annuæ, & Communionis in Paschate non implevit, tenetur id facere, quamprimum commodè potest; quia Paschale tempus Communioni Jure scripto, & Confessionis Jure non scripto definitum est tanquam terminus implendæ, non finiendæ obligationis. *Navar. Man. c. 21. n. 45. Medin. de Pœnit. q. 18. Suar. D. 36. sect. 4. n. 2. Coninck D. 5. dub. 8. Laym. l. 5. tr. 6. c. 5. n. 9. Palao tr. 23. D. un. p. 20. §. 2. n. 13. Wiestner n. 23. cit. ¶. qui à sacra.* Si verò quis præviderit, se in Paschate impediendum, tenebitur Confessionem, & Communionem anticipare, sicut anticipare debet auditionem Missæ die festo, qui prævidet, quod horâ consueta non possit eidem interesse. *Suar. f. 5. n. 2. Coninck dub. 7. n. 58. Laym. n. 9. cit. coroll. 2. Palao n. 11. Vallenf. bic §. 7. fin. Wiestn. l. cit.*

Dub. 5. an Confessionis annuæ præcepto satisfiat per Confessionem invalidam? Affirmant *Sylv. V. Confessio 4. n. 3. fin. Palud. in 4. dist. 17. q. 7. & alii relati à Fagund.*

gund. *Eccl. præc. 2. l. 1. c. 4. n. 4.* saltem tunc, quando poenitens est extra culpam, quia scilicet peccata sua fideliter, & cum debita dispositione confessus est, Sacerdos verò vel ex ignorantia, vel ex malitia absolutionem non impertivit: ad quod dicendum moventur duplici ratione. 1. quia Ecclesia videtur solum præcipere Confessionem externam, & illius omissionem punire, 2. quia eadem Ecclesia ad poenitentiam, & peccatorum Confessionem recipit peccatores etiam illos, qui propter defectum veri propositi nequeunt absolvi.

Sed standum pro negativa, quam etiam defendunt Navar. *Man. c. 10. n. 4.* Sot. *dist. 18. q. 3. art. 3.* Suar. *D. 36. scd. 7. n. 3.* Coninck *D. 5. dub. 9. n. 70.* Laym. *l. 5. tit. 6. c. 5. n. 11.* Fagund. *c. 4. cit. n. 5.* Palao *p. 20. §. 3. n. 4.* Wiestn. *n. 25.* Ratio est, quia per talem Confessionem non satisfacit præcepto Divino; nam hoc obligatur peccator ad recuperandum statum gratiæ, in quem finem talis Confessio invalida non servit, ergo nec satisfacit præcepto Ecclesiæ; quia ista non ponit novum præceptum præcipiendo Confessionem annuam, sed tantum obligationi jam antea per præceptum Divinum inductæ tempus determinat.

Neque obstant Argumenta opposita. *Ad 1.* Ecclesia præcipit illam Confessionem, ad quam incerto tempore obligat præceptum Divinum; hæc autem non est Confessio tantum externa, utpote insufficientis ad procurandum statum gratiæ, per peccatum mortale amissum, sed vera. Accedit, quia nomine actus regulariter non venit actus qualiscunque, sed validus; nam invalidè fieri, & omnino non fieri paria reputantur. *Ad 2.* confessionem peccatoris, qui propter defectum veri propositi absolvi nequit, Ecclesia admittit non tanquam sufficientem ad implendum præceptum, sed ut de peccatorum gravitate, & animæ suæ periculo admoneantur, & piis exhortationibus ad veram Poenitentiam, & conversionem facilius inducantur.

Dub. 6. quæ sint pœnæ neglectæ Confessionis annuæ? *Res.* hanc negligentem *c. omnis 12. b. tit.* arcentur ab ingressu Ecclesiæ vivi, & mortui à Sepultura Ecclesiastica: neque requiritur, ut neglexerint utrumque præceptum Confessionis, & Communionis, sed satis est, si quis alterutrum non impleverit. *la Croix tom. 7. n. 2053.* Sed hæc pœna solum est ferenda sententiæ nam Jure communi in istos nulla lata est pœna, quæ ipsa Confessionis multiosa omissionem incurrat. Suar. *D. 36. scd. 8. n. 2.* Fagund. *de 2. Eccl. Præc. l. 1. c. 4. n. 12.* Palao *tr. 23. D. un. p. 20. §. 3. n. 5.* Wiestner *hic n. 26.* Hinc pœna ista in casu, quo delictum omnino

occultum est, executioni dari non potest, ob defectum probationis.

Aliud est de Excommunicatione, quæ Jure speciali Statutorum Provincialium, & Diocesanorum à negligentibus Confessionem Paschalem ipso facto incurritur; cum enim ista non delicto probato, sed delicto externo annexa sit, locum habet etiam, quando delictum est occultissimum. Fagund. *n. 12. cit.* Palao *n. 5.* Wiestner *n. 27.* cum aliis. Eandem Excommunicationis pœnam incurrit etiam, qui fidè, h. e. non integrè, vel sine dolore, aut proposito emendationis requisito confessus est; nam licet de actibus merè internis cognoscere non possit Ecclesia, potest tamen indirectè illos præcipere, quatenus pertinent ad actum externum rite peragendum: consi. si talem actum internum quis omiserit, incurrit pœnam facto ipso impositam ab Ecclesia, non quidem propter omissionem actus interni, sed propter actum externum ex defectu interni ad eum requisiti non rite positum. Wiestner *n. 28.*

Ab hac doctrina Vivald. *Candel. aur. 26 de Confess. n. 60.* Rodr. *addit. ad Bull. Cruc. §. 11. alius 9. n. 133.* Zerol. *Prax. Episc. p. 1. V. Lupanaria §. 3.* excipiunt meretrices, ulurarios, aliosque peccatores publicos, quos neque Episcopi, & Parochi Excommunicatos declarant quamvis prædicto Confessionis præcepto legitime, ut dictum est, non satisfaciant, manifesto, ut putant, indicio, quòd hac Excommunicationis pœnâ non adstringantur. Sed nullatenus admittenda est Exceptio; quia nec fundamentum habet in *c. omnis 12. b. tit.* quippe quod fideles comprehendit omnes; nec publici peccatores digniores sunt Indulgentia, quam alii. Quòd verò non soleant declarari, id fit, non quia peccatores ejusmodi Excommunicatione affecti non sunt, sed in favorem aliorum fidelium, nec cum ipsis communicantes peccent. Fagund. *l. 1. cit. c. 3. n. 11.* Palao *n. 6.* Wiestner *n. 28. cit.*

Quæritur 3. quid sit approbatio, & 27 quæ ejus necessitas? *Res.* Approbationis nomine venit Judicium, sive testimonium authenticum de habilitate, sive idoneitate Sacerdotis ad excipiendas Confessiones fidelium poenitentium. Ad Sacramenti Poenitentiae administrationem est necessaria, ita, ut absolutio, saltem à peccatis mortalibus, extra mortis articulum, à Sacerdote non approbato attentata, valore careat, ex communi, & certa sententia DD. qui id desumunt ex *Trid. sess. 23. c. 15. de Reform.* ubi decernitur, nullum posse audire Confessiones Sæcularium, etiam Sacerdotum, nisi aut Beneficium Parochiale habeat, aut aliàs Approbationem obtineat, verbis autem non posse negatur potentia, & actus con-

contrà gestus invalidus declaratur, ut cum *Gloss. Bartol. Tiraquell. Covar. notat P. Wiestner hic n. 31. Neque obstat*, quòd potestas absolventi à peccatis jam conferatur in ipsa ordinatione Sacerdoti; quia potestas ista solum est incompetita, quæ primùm compietur per collationem Jurisdictionis, & Approbationis. Dixi *saltem à peccatis mortalibus*; nam absolutionem à venialibus à Sacerdote non approbato datam, probabilis validam esse affirmant Carden, *D. 2. c. 6. art. 9. § 10. Sporer n. 667. la Croix tom. 6. n. 1489. non obstante Decreto Innoc. XI. edito 12. Febr. 1679. quia in hoc Decreto Pontifex solum præcipit Ordinariis, ne permittant, ut venialium Confessio fiat simpliciter Sacerdoti non approbato, non verò irritat absolutionem ab eo factam.*

28 Dub. 1. cui competat potestas approbandi Sacerdotes ad excipiendas Confessiones pœnitentium? *¶ cum distinctione*: Nam ad Confessiones Sæcularium audiendas approbandi potestas de jure competit Episcopo, aliisque Prælati in certo territorio exercentibus Jurisdictionem quasi Episcopalem, item Capitulo Sede vacante, & utriusque Vicario Generali; quia non est actus Ordinis, sed Jurisdictionis Episcopalis ordinariæ. *Suar. D. 28. sect. 5. à n. 1. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 25. à n. 8. Königlic. n. 5. Wiestner n. 32. & sumitur ex Trid. c. 15. cit. ibi, Confessiones Sæcularium.*

29 Contrà ad Confessiones Regularium excipiendas Sacerdoti Regulari, vel etiam Sæculari sufficit Approbatio, & licentia Superioris consentium Regularis *arg. c. 15. cit. nam cum solum exprimat Confessiones Sæcularium, Confessiones Regularium hoc ipso videntur exceptæ. Mirand. tom. 1. Man. Prælat. q. 45. art. 11. concl. 2. Suar. sect. 4. n. 4. Barbof. alleg. cit. n. 64. fin. Wiestner n. 33. & patet ex Decreto Clem. VIII. relato apud Quarant. V. Confessor. Ratio est, quia cum Regulares peculiarem, & multò perfectiorem, quàm Sæculares, modum vivendi teneant, convenientius est ipsis Confessores dari, & approbari potius à propriis, quibus modus vivendi illorum competens est, quàm ab aliis hujus inexpertis Prælati. Quoad Moniales tamen aliud videtur statutum à Gregorio XV. in Bull. incipit *Inscrutabilis* edità 1622, ubi cavetur, ne quis sive Religiosus, sive Sæcularis eorum Confessiones audiat, nisi ab Ordinario approbatus.*

30 Dub. 2. an Episcopalis Approbatio necessaria sit etiam Sacerdotibus, qui Gradu Doctoratùs, vel Licentiæ in SS. Theologia, vel Jure Canonico insigniti sunt? Negant aliqui apud *Henriq. l. 3. de Pœnit. c. 6. n. 2. comment. lit. O. ex ratione,*

quia tales habent testimonium publicum suæ idoneitatis ad Sacramentorum administrationem, & de hac aliquando constat per ipsam facti evidentiam, & doctrinæ notorietatem. Sed etiam his necessariam esse approbationem Episcopalem ad Confessiones Sæcularium audiendas docent *Suar. D. 28. sect. 4. n. 3. Fagund. l. 7. c. 2. n. 68. Laym. l. 5. tr. 6. c. 11. n. 2. Barbof. alleg. 25. n. 6. Palao tr. 23. D. un. p. 17. §. 2. n. 2. Wiestner n. 34. la Croix tom. 6. n. 1485. Resp. 1. coroll. 1. & patet ex Bulla S. Pij V. edità 1571. Declaratione Cardd. & Trid. verbis, quod c. 15. cit. generatim, & absolute decernit, nullum, etiam Regularem Presbyterum posse Confessiones Sæcularium audire &c. conf. omnem exceptionem, vel restrictionem excludit. Decet tamen, ut hujusmodi Doctores, & Licentiati, sicut etiam celebriores Verbi Divini Præcones, aliique similes, quando de eorum doctrina palam constat, approbentur sine scientiæ examine, prout DD. cit. notant.*

Dub. 3. à quonam Episcopo danda sit Approbatio? *¶ ex communiore, & probabiliori sententia, quam tenent Suar. D. 28. sect. 6. n. 6. Conrck de Pœnit. D. 8. dub. 7. n. 50. Bonac. D. 5. de Pœnit. q. 7. p. 4. n. 15. Fagund. l. 7. c. 20. n. 92. Palao tr. 23. D. un. p. 17. §. 3. n. 4. Wiestn. n. 36. approbatio hæc facienda est ab Episcopo, cui subest Confessarius exposcens approbationem, idque tum propter geminas Declarationes Cardd. Trid. Interpp. tum verò ex ratione, quia approbatio est actus Jurisdictionis, quæ non potest exerceri, nisi in subditum. Utenim Responso hæc ritè intelligatur, & accomodatè ad praxin, per Episcopum Confessarius intelligendus est non solum ille, qui absolute, & simpliciter ejus est Ordinarius ratione stabilis domicili, quod Confessarius approbationem petens in Diocesi ipsius habet; sed etiam ille, qui est respectivè talis, & per accidens, nempe in ordine ad functiones in sua Diocesi, h. e. apud subditos suæ Diocesis obeundas. Palao l. cit.*

Dub. 4. quando, & quomodo concedi ab Episcopo soleat, & possit Approbatio ad audiendas Confessiones? *¶ potest, & solet concedi tripliciter. 1. Actuali collatione Beneficii Parochialis, sive annexam sibi curam animarum habentis, 2. authenticâ declaratione idoneitatis, facto prævio examine, 3. deputatione Sacerdotis vel in genere ad Sacramentorum, vel in specie ad Sacramenti Pœnitentiæ administrationem ab Episcopo etiam sine prævio Examine facta; nam hoc ipso censetur illum ad hoc munus idoneum judicare. Quocunque autem modo Approbatio*

batio fiat; concedenda est gratis; aliàs Simoniaca foret. An verò per hoc etiam reddatur invalida, dubitari potest. Verius est non esse irritam. Suar. *D. 28. sect. 5. n. 49.* Reginald. *l. 1. n. 180.* Bonac. *D. 5. de Penit. q. 7. p. 4. §. 1. fin.* Palao *tr. 23. D. un. p. 17. §. 1. n. 6.* Wiestner *n. 38.* la Croix *tom. 6. n. 1488.* quia nullo jure cautum est, collationem Approbationis pretiofactam esse irritam.

33 Dub. 5. an Episcopus Approbationem, nulla ad Examen admissione facta, sacerdoti serib eam petenti negare possit? Certum est negare eam posse ex justa causa, v. g. ob notorium aliquem defectum doctrinæ, probitatis &c. Difficultas est, an denegare eandem possit, seclusâ ejusmodi causâ? Videtur posse; quia non apparet, ex quo capite obligetur Episcopus ad explorandam cujuscunque Sacerdotis suæ Diocesis aptitudinem, præcipuè quando illo pro Confessionibus excipiendis non indiget. Sed dicendum, si Sacerdos aliquis Regularis, vel Sæcularis serib, & juridicè Approbationem exoptulet, eum sine justa causa repelli non posse, sed necessariò admittendum ad Examen, & si in hoc idoneus repertus fuerit, approbationem eidem concedendam. Ita Suar. *D. 28. sect. 5. n. 15.* Vasq. *q. 93. art. 3. dub. 5. n. 5.* Coninck *D. 8. dub. 7. n. 50.* Laym. *l. 5. tr. 6. c. 11. n. 3.* Palao *tr. 23. D. un. p. 17. §. 3. n. 7.* Lugo *de Penit. D. 21. n. 49.* Wiestn. *hic n. 39.* Ratio est, quia Regularis Sacerdos jus habet procurandi, ne sibi impedatur usus privilegii Apostolici, vi cujus audire possunt Confessiones ad se recurrentium, & sæcularis jus habet se taliter disponendi, ut Jurisdicção eidem ad excipiendas Confessiones meritò committi possit. Atqui hunc finem obtinere nequeunt, nisi Episcopus eos ad Examen admittat, & si in hoc reperiantur idonei, approbationem eis concedat. igitur ne jus hoc ipsorum Episcopus lædat, tenebitur ipso ad Examen petitem admittere, & idoneos repertos approbare.

34 Dub. 6. an sufficiat Approbatio petita, si ab Episcopo injustè denegetur? Certum est non sufficere, si injuria denegationis non sit manifesta; quia tunc præsumitur pro Judice, & ab eo actis *c. in presentia 6. de renunt. & l. fin. ibi.* Quod non arbitramur *C. de Offic. civil. Judic.* Difficultas est, an id etiam dicendum sit, quando idoneitas personæ approbationem petentis est manifesta. Ubi non pauci cum Navar. *Man. c. 27. n. 265.* Mirand. *Man. Prel. tom. 1. q. 45. art. 6. §. 8.* Laym. *l. 5. tr. 6. c. 11. n. 4.* Fagund. *l. 8. c. 2. n. 15. §. 58.* Palao *tr. 23. D. un. p. 17. §. 3. n. 8. §. 9.* distinguunt inter Sacerdotes Sæculares, & Regulares, & licet admittant, in prioribus non suffice-

re, Approbationem ab ipsis fuisse petitam, si hæc ab Episcopo ipsis quamvis injustè, negata est; de posterioribus tamen existimant, eos, si debito modo Approbationem ab Episcopis postulaverint, hi verò eandem ipsis injustè denegârint, ipso jure approbatos censeri, & ad Confessiones etiam Sæcularium audiendas exponi posse. Moventur *Clem. dudum 2. & Extr. 2. int. comm. de Sepult.* ubi Mendicantibus indultum est privilegium, vi cujus Confessarii ab illorum Generali, vel Provinciali Episcopo præsentati, si ipsi eos admittere renuant, pro admittis haberi possunt, Papâ eos tali casu admittente. Sed dicendum, neque istos tali casu pro approbatis habendos. Suar. *D. 28. sect. 5. n. 6. §. 15.* Vasq. *D. 93. art. 3. dub. 3.* Coninck *D. 8. de Penit. dub. 7. n. 58.* Barbof. *de Offic. Episc. alleg. 25. n. 47.* Lugo *D. 21. n. 52.* Wiestner *n. 41.* Ruffent. *tit. 39. infra n. 259.* Ratio est, quia *Trid. sess. 14. c. 15. de reform.* ad hoc, ut quis audire Confessiones Sæcularium possit, absolutè, & discretè, tanquam conditionem, requirit approbationem ab Episcopo obtentam: neque distinguit inter Sacerdotes Sæculares, & Regulares; imò illos hac sua dispositione expressè includit, ibi, *Nullum etiam Regularem,* derogando privilegii antea h. b. us, ibi, *Privilegiis, & consuetudine quacunque, etiam inmemorabili, non obstantibus.* conf. derogatum censetur favori per *Extrav. cit.* concessio Religiosis. Neque obstat, quòd idem favor dein à *Clem. V. in conc. Vienn. clement. cit.* sit confirmatus, & sic videatur concessus dispositione Concilii Generalis, cui sine speciali mentione non derogatur *c. nonnulli 28. pr. de Rescript. & c. ex parte 3. de capell. Monach.* nam imprimis *Clem. cit.* utpote non à Concilio, sed in hoc à *Clem. V.* edita, non Conciliaris, sed Apostolica est: deinde quando mentio Constitutionis Conciliaris in *c. cit.* requiritur, id intelligendum de derogatione, quæ per Rescriptum, non verò de ea, quæ per Constitutionem fit.

Dub. 7. an Approbatio ab Episcopo restringi valeat ad certum tempus, locum, vel personas? Satis clarum est, posse restringi ad certum locum, & personas, cum utique respectu radium possit aliquis esse idoneus, qui non est respectu Civitatis, & respectu virorum, qui non est respectu faminarum. Navar. *Man. c. 4. n. 11.* Suar. *D. 28. sect. 7. n. 19.* Wiestn. *n. 42.* Controversa est de restrictione ad tempus certum. Negativam cum nonnullis tenet Portell *Dub. Regul. V. Confessor n. 13,* quia non apparet ratio, cur, qui uno die, mense, vel anno aptus ad excipiendas Confessiones, non etiam sit aptus alio tempore. Sed affirmativam melius tenent Bar-

Barbof. de Offic. Episc. alleg. 15. n. 42. Lugo D. 21. n. 58. Wiestner n. 43. la Croix tom. 6. n. 1492. quia possunt esse iustæ causæ huiusmodi restrictionem faciendi e. g. propter necessitatem, & concursum penitentium, aliorumque Sacerdotum defectum, ut aded approbatio tamdiu duret, quamdiu durat hæc necessitas, & defectus: item propter levitatem morum, & tenuitatem scientiæ ipsius Sacerdotis, & ad istius conservandæ, & augendæ studium: imò etiam ad experimentum capiendum de probitate, discretionem, & doctrinam ejusdem, an sufficiat pro Approbatione perpetua. Ad argumentum contrarium experientia passim docet, scientiam rerum Moralium, quam Sacerdotes de præsentia habent, sæpenumero in illis, præsertim quando aliis curis, & studiis distenduntur, exolescere, ut ad pristinam ignorantiam videantur rediisse, atque aded novum non sit, aliquem uno tempore idoneum esse, qui postea per oblivionem eorum, quæ didici, fit inidoneus.

36. Dub. 8. an valeat absolutio collata à Sacerdote, quem Episcopus idoneum iudicavit, cum re ipsa non esset? R. affirmative, si penitenti rite disposito cum debita intentione, & adhibita absolutionis formâ collata est; quia per Trid. sess. 14. c. 15. de reform. irritata non est: imò non oportebat eam irritari: cum enim ejusmodi error sæpe occultus sit, sæpe dubium esse posset de valore approbationis, & conf. etiam absolutionis cum gravi periculo animarum. Suar. D. 28. sect. 5. n. 7. Reginald. l. 1. n. 197. Bonac. D. 5. de penit. q. 7. p. 4. §. 1. n. 30. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 25. n. 40. Palao tr. 23. D. un. p. 17. §. 1. n. 1. Wiestn. n. 44. Imò juxta eundem Barbof. n. 40. & Palao n. 2. valida est approbatio Sacerdotis, & ab hoc data absolutio, quem Episcopus fide duntaxat, h. e. verbis externis sine intentione interna approbationem concedendi, approbavit; quia cum Ecclesia non judicet de occultis, & quæ in actum externum non prodeunt, Tridentinum approbationem exigens solum loqui censendum est de Approbatione externa, & visibili. Similiter juxta Suar. l. cit. valida est absolutio, facta à Sacerdote, quem Episcopus non iudicavit aptum, & tamen approbavit; nam licet approbatio talis injusta, & illicita sit, non tamen videtur nulla: alioquin multæ confessiones redderentur dubiæ; quia sæpe huiusmodi approbatio datur per favorem, & vel contra iudicium, vel certe sine iudicio de sufficientia Sacerdotis. Contrà invalida est absolutio data à Sacerdote quam Episcopus in animo idoneum iudicat, absque ulla manifestatione huius sui iudicii, ob defectum declarationis externæ, in qua maximè essentia approbationis consistit. Suar. l. cit.

R. P. Schnalzgrueber L. V. T. II.

Coninck n. 49. Barbof. n. 41. Wiestner n. 44. fin.

Dub. 9. an Approbatio semel data ab Episcopo, vel ejus Successore revocari possit? Negant aliqui revocari posse saltem ab Episcopo, à quo obtenta est, ex ratione, quia approbatio non est gratia, vel favor, sed sententia quædam, & iudicium authenticum, Sacerdotibus, si apti ad Confessiones audiendas reperiantur, ex Justitia debitum, atqui sententia semel prolata, postquam in rem iudicatam transit, à Judice, à quo prolata est, amplius revocari non potest c. quod ad consultationem 15. de Sent. & re jud. & Auth. hodie c. de Appell. Verùm quia textus cit. tantum loquuntur de Sententia Judiciali, à qua ad iudicium de idoneitate extrajudiciale, urpote diversum quid, malè ducitur argumentum, ideo dicendum, revocari Approbationem semel concessam posse: ubi tamen est distinguendum, an approbatio concessa sit solitarie, an cum Beneficio Parochiali, vel Curato. Si hoc secundum, revocari Approbatio nequit, nisi Sacerdos, tale Beneficium obtinens, ex justa causa ipso privetur, vel ab Officio ex simili causa removeatur, aut suspendatur. Reginald. l. 1. n. 201. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 25. n. 23. Palao tr. 23. D. un. p. 17. §. 4. n. 1. Wiestner n. 47. §. primò. Si primum, videndum est, an Approbatio sit data ad arbitrium, & beneplacitum, an verò absolute, & sine limitatione. Si prius, revocari potest, saltem interveniente causa: imò morte concedentis sine revocatione expirat. Barbof. n. 55. Wiestner §. secundò. Si posterius, revocari potest, interveniente iustâ causâ, e. g. propter mutatos mores, scientiæ moralis oblivionem &c. hac verò cessante, non potest, quòd jus per approbationem Sacerdoti jam sit quæsitum. Suar. D. 28. sect. 8. n. 7. Barbof. n. 47. Palao n. 6. Wiestner §. tertio, & quartò.

Quæritur 4. quid sit Jurisdictio Confessarii, & quæ sit ejus necessitas? R. est potestas Judicialis ligandi, & solvendi penitentem subditum sibi confessionem. Herzig Man. Confess. n. 211, nam quamvis in ipsa Ordinatione potestas aliqua absolvendi, conferatur Sacerdoti, tamen ista duntaxat remota, & incompleta est, quæ deinde per collationem, Jurisdictionis completa, & proximè expedita efficitur cum subditorum designatione. Vallenf. hic §. 6. n. 3. Herzig l. cit. n. 212. Ex quo sequitur, Jurisdictionis in personam, & peccata penitentis defectum facere absolutionem nullam, Wiestner hic n. 50. Excipiuntur tres casus, in quibus ex Ecclesiæ benignitate, & perpetua consuetudine fideles indiscriminatim omnes cujusvis Sacerdotis Jurisdictioni

U

dictio

ditioni subijciuntur: 1. si habeant peccata solum venialia. 2. si mortalia quidem habeant, sed à quibus jam semel legitime sunt absoluti. 3. instante articulo mortis. Inter hunc tamen, & duos priores casus id est discriminis, quòd in isto absolvere possit validè etiam Excommunicatus vitandus, depositus, & degradatus; non verò in duobus prioribus, Suar. *D. 26. de Pœnit. sect. 5. n. 5.* Laym. *l. 5. tr. 6. c. 10. n. 2.* Palao *tr. 23. D. un. p. 13. n. 5.* Wiestner *n. 53.* la Croix *tom. 7. n. 1548. pr. item n. 1559. &c.* Ratio est, quia Jurisdictionis actualis usus, quo ejusmodi Censuratus caret, pro solo articulo mortis concessus est. *Trid. sess. 14. c. 7. de Sac. Pœnit.*

39. Dub. 1. quotuplex sit Jurisdictio fori conscientie? 2. duplex Ordinaria scilicet, & Delegata, Ordinariam habet Papa respectu totius Ecclesie, Episcopus, hujusque, & Capituli Sede vacante Vicarius respectu suæ Diocesis, & Prælati Regularis respectu sui Ordinis, vel Monasterij, Parochi respectu suæ Parochie, Palao *tr. 23. D. un. p. 13. n. 9.* Valens. *hic §. 6. n. 4.* König *n. 6.* Wiestn. *n. 50.* la Croix *n. 1548. cit.* Delegatam habent, quibus potestas audiendi Confessiones subditorum fidelium à Papa, Episcopo, Parocho, vel alio Curato, ordinariam Jurisdictionem obtinente, commissa est *c. cum Episcopus 7. ibi Vel per alium de Offic. Ordia. c. omnis 12. b. tit. ibi Sacerdoti proprio, i. e. Parocho, vel alteri Ordinario, vel alieno i. e. non ordinario cum propria licentia, vel ejus commissione. Abb. in c. 12. cit. n. 7.* Laym. *l. 5. tr. 6. c. 10. n. 11.* Palao *p. 13. cit. n. 14.* König *n. 6.* Wiestner *n. 57.* la Croix *l. cit.* Ex his Delegatis autem illi duntaxat subdelegare possunt, quibus causarum fori interni universitas commissa, & hæc commissio officio, seu muneri eorum ordinario annexa est, aded, ut ratione illius potestas absolvendi competat, ac per modum muneris commissa sit. Palao *l. cit. n. 16.* Et hinc quia Confessariis Regularibus, & Parochorum Cooperatoribus potestas absolvendi non competit ratione muneris, & officij ordinarij, facultatem subdelegandi ejusmodi potestatem non habent, Wiestner *n. 58.*

40. Dub. 2. quomodo acquiratur Jurisdictio, sive potestas absolvendi delegata? 2. acquiri potest multipliciter. Et 1. quidem Jure communi: & sic potestatem Delegatam absolvendi quosvis fideles habet quivis Sacerdos in casibus *n. 38.* exceptis: Item Confessarij, electi ab Episcopis, aliisque Prælati exemptis *vi c. fin. b. tit.* & ipsi etiam Episcopi in casibus varijs, tanquam Sedis Apostolicæ Delegati. Wiestner *n. 59.* 2. commissione hominis, sive tacito,

vel expresso consensu alicujus eorum, quibus juxta dictam præc. potestas Jurisdictionem hanc delegandi competit. Wiestner *n. 60.* 3. privilegio Apostolico: & tunc talis privilegij Religiosis, præsertim Mendicantibus concessum est, ut Confessiones quorumcunque fidelium, ad eos accedentium, audire eosque absolvere possunt à quibuscunque peccatis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, & à quibusvis Censuris, & poenis Ecclesiasticis, quæ ex illis resultant, exceptis ijs, quæ comprehenduntur in Bulla Cœnæ. *Const. Pauli III. incipit Cum inter 3. Jun. 1545.* & Gregor. XIII. allegata in *Compend. Privil. Societ. JESU 2. Absolutio §. 1.* Wiestner *n. 65.* & alij passim. 4. consuetudine legitime præscripta, saltem quando Jurisdictionis illius possessio vel quasi bona fide 40. annis cum titulo, vel sine hoc per tempus immemorabile continuata est *arg. c. Episcopus 1. de præscript. in 6. Navar. in can. placuit 3. dist. 6. de Pœnit. n. 40.* Sylv. *V. Confessor 1. n. 8. fin.* Laym. *l. 5. tr. 7. c. 4. n. 4.* Pishing *hic n. 36. not. 3.* Wiestner *ibid. n. 62. 5.* eandem Jurisdictionem tribuit, vel ipsius alio titulo non acquisitæ defectum supplet Ecclesia casu, quo Sacerdos potestatem absolvendi ordinariam, vel delegatam habere communi errore existimatur, ita exigente bono publico animarum, ne ab aliena malitia, & communi, atque inculpata ignorantia patiantur detrimentum *arg. l. Barbarus 3. ff. de Offic. Prætor.* Wiestner *n. 69.*

Dub. 3. an in mortis articulo absol. 41. verè possit Sacerdos simplex, præsentente proprio, vel privilegiato, & Excommunicatus vitandus, præsentente non excommunicato? Affirmant aliqui magni nominis DD. persuasi generalitate verborum *Trid. sess. 14. c. 7. de Sac. Pœnit. ibi, Omnes Sacerdotes.* Sed negativa communis, & verior est, quam etiam defendit Molin. *tr. 4. de 1. §. l. D. 13. n. 1.* asserens, id à Gregorio XIII. declaratum, Suar. *D. 26. de Pœnit. sect. 4. n. 4.* Sanch. *l. 2. mor. c. 3. n. 7.* Valq. *q. 93. art. 1. dub. 4. n. 18.* Coninck *D. 8. de Pœnit. dub. 12. resol. 2.* Laym. *l. 5. tr. 6. c. 12. n. 14.* Bonac. *D. 5. de Pœnit. q. 7. p. 1. n. 10.* Palao *tr. 23. D. un. p. 13. n. 8.* Carden. *2. Cris. D. 2. n. 424.* Wiestner *hic n. 53.* la Croix *tom. 7. n. 1562.* Et ratio est quia *Trid. c. 7. cit.* voluit subvenire necessitati fidelium, in eo articulo constitutorum, ne hac ipsa occasione reservationis aliquis pereat, is autem, qui proprium, vel non Censuratum Sacerdotem habet, in tali necessitate constitutus non est; quia ab hoc absolutionem Sacramentalem obtinere potest, ergo &c. Ex quo patet, generalitatem verborum *Trid.* non obstat huic responsioni: imò ista ex

eo textu manifestè confirmatur; nam Sacra Synodus l. cit. ait, ita in Ecclesia DEI custoditum semper fuisse, ut indicaret, quod ad hanc rem non condidit novum Jus, sed declarari, & approbari Jus jam receptum in Ecclesia DEI, atqui in Ecclesia DEI antehac moribundi à peccatis absolvi consueverunt ab alijs, absente solum proprio Sacerdote, vel ex eius commissione, ut colligitur ex can. Presbyteri 4. can. aurelius 5. & can. sin. caus. 26. q. 6. ergo &c.

42 Dub. 4. an qui in articulo mortis proprio, vel privilegiato, aut non censurato Sacerdote absente, absolutus est à Sacerdote simplici, vel Excommunicato, illo periculo præter expectationem cessante, iterum confiteri Sacerdoti proprio, vel pro reservatis sistere se Superiori debeat? *Rationem dubitandi facit c. ea noscitur 13. §. si vero de Sent. Excomm. c. eos qui 22. eod. in 6. Extrav. 1. §. incendiarijs de Privileg. ubi tali casu absolutus ab Excommunicatione, cum primùm potest, jubetur se presentare Superiori. videtur autem idem dicendum de peccatis saltem reservatis, Censuræ non obnoxii. Sed tenenda est Sententia negativa, quam etiam defendunt Sylv. V. Confessor 1. n. 16. Navar. Man. c. 26. n. 26. Suar. D. 26. sect. 4. n. 8. Laym. l. 5. tr. 6. c. 12. n. 15. Bonac. p. 1. cit. n. 13. Wiestner n. 54. Ratio est, quia moribundum à talibus peccatis, quibus Censura annexa non est, directè, & absolute absolvendi facultatem quilibet Sacerdos habet, peccata autem directè, & absolute remissa iterum confitendi obligatio nulla datur, ergo &c. Ad Rationem dubitandi dico, cit. textibus solum sermonem esse de Reservatis, Censuram annexam habentibus, à quibus, ad cetera peccata etiam reservata malè ducitur argumentum, cum reservatio sit odiosa.*

43 Dub. 5. quomodo in foro Penitentiali interno exercenda Jurisdictio tacite commissa intelligitur? *¶* tunc ea intelligitur tacite commissa, quando is, qui delegare eandem valet, verè habet animum consentientem in exercitium Jurisdictionis ab alio faciendam, & hunc suum animum signo, vel indicio aliquo externo sufficienter manifestavit. Suar. D. 27. sect. 4. n. 17. Coninck D. 8. dub. 5. Laym. l. 5. tr. 6. c. 10. n. 15. Wiestner hic n. 64. Herzig Man. Confess. n. 224. Atque hinc 1. non sufficit, licentiam fuisse petitam tantum, quia ex sola petitione facta nondum satis colligitur animus concedendi Jurisdictionem. Suar. D. 27. sect. 4. n. 20. 2. non sufficit, si is, qui delegare valet, e. g. Parochus præsens sciat, aut videat ab alio audiri Confessiones suorum Parochianorum, & taceat; quia cum Parochus tacere possit ex alia ratione, e. g. quòd iudicet subditum suum confiteri tantum venialia, vel quòd

R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

illic habeat facultatem Confessarium eligendi, aut Confessarius audiendi quoscunque penitentes, ex hac taciturnitate sola nondum satis colligitur animus committendi Jurisdictionem. Suar. n. 17. cit. Coninck dub. 5. cit. n. 35. Palao tr. 23. D. un. p. 14. n. 3. Wiestner n. 62. Neque obstat, quòd taciturnitas Parochi, videntis coram extraneo Sacerdote celebrari Matrimonium, sufficiat, ut assententia Matrimonialis censeatur ab eo tali Sacerdoti commissa; nam cum ferè certus sit Parochus, licentiam assentendi Matrimonijs Parochianorum suorum aliunde non haberi, taciturnitas illius in casu, quo facile potuisset contradicere, pro consensu habetur. Wiestner l. cit. 3. non sufficit, quòd delegare potens Jurisdictionem exercere volenti sit bene affectus, & eam concederet, si peteretur. Suar. l. cit. n. 16. Lug. D. 19. n. 22. Wiestner n. 63. Herzig n. 224. Ratio est, quia actus voluntans, ut DD. cit. notant debet de præfenti actu existere; nam actu operari Jurisdictionem delegatam debet, & ea, quæ non exiunt actu operari non possunt. Et ex hoc capite, 4. non sufficit, quòd delegare potens factum præsumatur ratihabitus, vel etiam ex post facto ratum habeat. Sylv. V. Confessor 1. q. 6. dist. 8. Navar. Man. c. 9. n. 6. Suar. D. 26. sect. 1. n. 14. Laym. c. 10. cit. n. 16. Palao p. 14. n. 4. Lug. n. 1. Wiestner n. 61. Neque obstat, quòd pro licita administratione Sacramenti Eucharistiæ, vel externæ Unctionis sufficiat ratihabito de futuro præsumpra; quia ad horum Sacramentorum validam administrationem nullus requiritur consensus delegantis actualis, sed tantum ad licitiam, ne jus alterius violetur, quòd jam non violatur, si prudenter præsumatur alter ratihabitus factum.

Dub. 6. quæ sit praxis Privilegij 44 Ordinis Religiosis concessi à Ponti. ad audiendas Confessiones quorumcumque fidelium ad Confessarios Regulares accedentium? *¶* hoc privilegium immediatè non Religiosis particularibus, sed ipsis Ordinibus Religiosis, horumque Superioribus, & quidem ita concessum est, ut per illud non derogetur laudabilibus illorum Statutis, & consuetudinibus, Mirand. tom. 1. Man. Præl. q. 45. art. 12. Suar. tom. 4. de Relig. tr. 10. l. 9. c. 2. à n. 3. Laym. l. 5. tr. 6. c. 10. n. 19. Palao tr. 23. D. un. p. 14. n. 7. Wiestner n. 66. Et hinc 1. non possunt Religiosi particulares munerè audiendi Confessiones fidelium sese sponte sua ingerere, sed debent ad hoc habere consensum Superiorum suorum: aliàs collatæ ab ipsis absolutiones (secluso communi errore) erunt invalidæ; quia hoc privilegium datum est ipsis dependenter à voluntate Superiorum, ut hi communicare hoc possint ipsis, quos

U 2

quos

quos ad Sacramentum istud administrandum idoneos iudicarent: conf. antequam communicetur, Religiosi particulares carent Jurisdictione. DD. *cit.* 2. iisdem Religiosis particularibus facultas audiendi Confessiones à Superioribus suis restringi potest ad certos tantum fideles, v. g. ad viros tantum, & non ad feminas audiendas. Imò ex justa causa, etiam non notoria, e. g. obse proderentem scientiæ defectum, ob timorem indebitæ administrationis Sacramenti, vel in poenam alicujus delicti commissi, potest facultas illa ab iisdem Superioribus iterum auferri, ita, ut Sacramentum sine nova licentia invalidè administrant: quod tamen in simplici prohibitione, nisi exprimitur, non præsumitur. Mirand. *art. 13.* Suar. *n. 27.* Laym. *n. 19.* Palao *n. 9.* Wiest. *n. 66.* 3. Religiosi, ad audiendas Confessiones fidelium à Superioribus suis expositi, non possunt audire Confessiones Religiosorum Ordinis diversi, sed hi adire pro absolutione peccatorum suorum obtinenda debent Sacerdotem sui Ordinis, ab istius Superiore deputatum, nisi potestatem habeant eligendi sibi alium confessorium, vel itinerantes sint, & Sacerdotem sui Ordinis habere nequeant; quia privilegio illo generali non censetur derogatum Statuto, consuetudini, vel privilegio speciali, quo plerique Ordines Religiosi moniti sunt, ut Religiosi illorum contra Superiorum suorum voluntatem alijs confiteri nequeant Rodriq. *tom. 1. reg. q. 60. à n. 12.* Laym. *c. 10. cit. n. 20.* Palao *p. 14. n. 11.* Wiest. *n. 67.* Reiffenstuel *tit. 39. infra n. 260.*

45 Dub. 7. quinam habeant facultatem, seu privilegium eligendi sibi Confessorium? 2. de Jure communi nullus Episcopus, vel Prælati etiam Superior Episcopo eligere sibi Confessorium potest, sed Episcopus deberet confiteri suo Archiepiscopo, hic Patriarchæ suo, & Patriarcha Papæ, Patet ex *c. omnis 12. b. tit.* & ratio est, quia nemo potest absolvi, vel ligari, nisi à suo Judice, aut Prælato proprio, qui in illum Jurisdictionem ordinariam habet. Quia verò in Ecclesia sic diffusa hoc moraliter inobservabile est, idcirco moderatus rigorem hunc est Pontifex Gregorius IX, & per privilegium *c. fin. b. tit.* concessum eligere sibi Confessorium possunt. 1. Episcopi: quo nomine hic intelliguntur etiam non consecrati, sed confirmati tantum; imò etiam Episcopi, qui Diocesim, vel Episcopatum non habent, ut sunt Titulares, & qui renuntiaverunt Episcopatu: & extenditur concessio hæc etiam ad non exemptos; neque his opus est licentiâ sui Archiepiscopi, ut notat Host. *hic V. Episcopi S. sed nunquid*, Abb. *ibid. n. 3. x. sed*

quero, Joan. Andr. *V. eod. Vivian. ibid. in Ration. Valens. hic S. 6. n. 4.* Pirhing *n. 33. la Croix tom. 7. n. 1548. pr. 2.* Prælati alij superiores Episcopis, ut Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates *c. fin. cit. ibi*, Et alijs superioribus. Item Cardinales, quibus communicatur privilegium concessum Episcopis, & Prælati exemptis, saltem si sint Episcopi, vel Legati à Latere. Azor *p. 2. l. 4. c. 3. q. 16.* Fagnan *in c. fin. cit. n. 32. & seqq. Vall. la Croix l. cit.* 3. Prælati minores, exempti, & Sedi Apostolicæ immediatè subjecti. Host. *l. cit. V. minoribus*, Abb. *ibid. n. 2.* imò probabiliter etiam illi, qui immediatè subjiciuntur Provinciali, vel Generali suo, ut sunt Prælati Regulares locales, si exempti sint à Jurisdictione Episcopi, & Jurisdictionem spirituales fori contentiosi, seu externi habeant. Sylv. *V. Confessor 1. q. 8.* Tambur. *tom. 2. de jur. Abb. D. 6. q. 10. n. 3.* Pirhing *n. 34.* 4. Reges, & Principes (quorum tamen privilegium ad familiam non extenditur) item domesticis Pontificis ex consuetudine, la Croix *l. cit.* & omnes illi, qui gaudent privilegio Bullæ Cruciatæ Herzig *Man. Confess. n. 237.* 5. ij, quibus sive Pontifex, sive Episcopus, sive Parochus licentiam, eligendi sibi Confessorium, quem voluerit, dedit: debet tamen Confessorius talis, qui virtute talis concessionis eligitur, esse idoneus, & approbatus ab Ordinario. Fagn. *in c. fin. cit. n. 11. & seqq.* ita autem electus non hoc ipso potest abolere à reservatis; quia facultas ab his absolventi indiget speciali mentione *c. si Episcopus 2. b. tit. in 6.*

Dub. 8. utrum consuetudine acquiri possit facultas eligendi Sacerdotem non suum pro Confessione apud ipsum deponenda? Videtur non posse ob textum *c. si Episcopus 2. b. tit. in 6.* ubi reprobat consuetudo hæc eligendi sine licentia Pastoris proprii. Verum hic textus non obstat, quin locum habere possit consuetudo saltem immemorialis; quia hanc non afficit reprobatio consuetudinis solum generalis, ut dictum est, *Libr. 1. Tit. 4. n. 31.* & ratio est, quia talis consuetudo æquiparatur privilegio, ex certa scientia concessio à Principe *c. super quibusdam 26. x. præterea de V. S. & l. hoc jure 3. S. ductus aque 4. ff. de aqu. quotid. & astiv.* Quare verisimilius est, hujusmodi potestatem eligendi sibi Confessorium à Communitate aliqua vi consuetudinis immemorialis, vel huic æquivalentis acquiri posse: vel si nequeat saltem, viâ hac acquiri potest fori interni Jurisdictio, quod consuetudo istam conferens minus suspecta sit de irrationabilitate, nec ullo Jure reprobata. Wiestner *hic n. 68.*

Quæ-

47 Quæritur 5. quid sit Casuum Reservatio? *Reservatio est actus, quo Superior alicui inferiori vel non concedit Jurisdictionem in aliqua peccata, vel jam antea concessam eidem iterum aufert.* Sioz Trib. pœn. l. 2. q. 2. art. 3. §. 1. n. 57. la Croix tom. 7. n. 1599. pr. Herzig Man. Confess. n. 149. Hinc Casus reservati vocantur graviora quædam peccata, à quibus inferior Confessarius pœnitentes, in quos aliàs ordinariam, vel delegatam Jurisdictionem habet, absolvere nequit propter defectum Jurisdictionis ab illa sibi non concessâ, vel ablatâ. Wiestner hic n. 70. Herzig l. cit. ut proinde pro absolutione istorum obtinenda recurrendum sit ad Superiorem, qui potestatem ab his absolvendi inferiori denegatam, vel ablatam reservando sibi appropriavit. Introdûctâ autem reservatio ista est Ecclesiâ, & animarum bono, ut innuit Trid. sess. 14. c. 7. & can. 11. de Sac. Pœnit. tum quia ad regimen animarum internum spectat, non quævis peccata à quovis Confessore remitti, cum illorum aliqua exactius judicium exigant, & majorem peritiam Judicis, qui severitatem cum benignitate temperare, & corrigere pariter, atque mederi noverit; tum etiam ut hac necessitate adeundi Superiorem, & absolutionis obtinendâ difficultate, quasi freno, fideles coërceantur in officio, & à graviorum criminum perpetracione retrahantur. Palao tr. 23. D. un. p. 15. §. 1. n. 1. Wiestner l. cit.

48 Dub. 1. quænam peccata reservationi obnoxia sint? *Ad hoc requiruntur sequentes conditiones.* 1. ut sit peccatum mortale; nam venialia vel nequeunt, vel certè non solent reservari, cum nemo teneatur illa confiteri. Suar. D. 29. de Pœnit. sect. 3. n. 2. Coninck D. 8. de Pœnit. dub. 11. Laym. l. 5. tr. 6. c. 12. n. 3. concl. 2. Palao tr. 23. D. un. p. 15. §. 1. n. 4. Lugo de Pœnit. D. 20. n. 14. Wiestner 3. 73. la Croix l. cit. Herzig n. 153. & alij passim. 2. ut sit mortale, quod nondum clavibus subjectum, & directè remissum est; nam peccata jam semel subjecta clavibus, & remissa non sunt materia necessaria Sacramenti Pœnitentiæ. Wiestner n. 73. 3. ut sit peccatum externum; nam licet etiam peccata interna reservari possint, defacto tamen non solent, nisi in aliquam actum externum prodeant, ut notat la Croix tom. 7. cit. n. 1605. & ratio est, quia interna minùs pertinent ad externam gubernationem Ecclesiæ, quæ tamen in Casuum reservatione maximè spectatur. 4. ut sit in genere suo consummatum, nisi aliud exprimat: & quidem non quomodo-cunque, sed eo modo, quo ipsa Lege reservante exprimitur v. g. temere, scienter, presumptuosè commissum, ac perfectum;

quia verba Legum accipienda sunt cum effectu c. relatum 4. de Cler. non resid. & l. hoc eadèdem 1. §. hæc autem, ff. quod quisque Juris Sc. Hinc reservatum non est, in quo actus externus quoad circumstantias externas mortalis non est, licet mortalis sit ratione affectus interni, à quo procedit, e. g. si furtum factum sit rei levis cum animo auferendi summam gravem. Suar. tom. 4. de relig. tr. 8. l. 2. c. 18. n. 12. Lugo D. 20. de Pœnit. n. 15. Wiestner n. 76. 5. non debet esse dubium, an tale peccatum sit reservatum, vel mortale; nam in dubio, an tale sit, reservatum non censetur, partim quia ob ejusmodi dubiorum frequentiam Sacramentum Pœnitentiæ pœnitentibus, & ejus administratio Confessarijs nimis onerosa, & exosa foret, si Reservatio in omni dubio esset observanda; partim verò quia Reservatio odiosa, ac proin restringenda potius est, quam amplianda Reg. oia 15. in 6. Suar. de Censur. D. 40. sect. 6. n. 5. Dian. p. 4. tr. 3. ref. 4. Lugo l. cit. n. 18. Wiestner n. 74. Herzig l. cit.

Dub. 2. cui competat potestas reservandi peccata? *Competit solis illis, qui potestatem habent conferendi Jurisdictionem Ordinariam, vel Delegatam: ac propterea reservare peccata potest Papa respectu totius Ecclesiæ, Episcopus respectu suæ Diocesis, Prælati Regularis respectu sui Ordinis, vel Domûs, Parochus respectu suæ Parochiæ.* Suar. D. 29. de Pœnit. sect. 1. n. 4. Lugo D. 20. cit. n. 2. Sioz l. 2. q. 2. art. 3. §. 4. n. 62. Wiestner n. 77. & docet Magister usus de prioribus: de Parochis verò ratio, quamvis enim non soleant, nec etiam expediat eorum reservatione Parochianos gravari, tamen nullo Jure prohibentur Cooperatoribus suis, & alijs Sacerdotibus Jurisdictionem, quam ipsis dant, restringere, & certos casus excipere. Et quidem Summus Pontifex amplissimam habet potestatem reservandi peccata, ita, ut reservare possit quæcunque peccata gravia, prout ipsi visum fuerit utile ad rectam gubernationem Ecclesiæ: defacto tamen nulla peccata eidem reservata sunt, nisi quibus annexitur Censura reservata; quæ enumerantur partim in Bulla Cœnæ, partim in alijs Constit. Apost. apud Filliuc. Palao, & alios, qui de Censuris scripserunt; unde si propter ignorantiam Censura non incurritur, aut ea à Pont. relaxatur, cessat reservatio. Episcopus verò Trid. sess. 14. c. 7. de Sac. Pœnit. monet, sic uti potestate hac sua, ut Reservatio, quam faciunt, non in destructionem, sed in edificationem cedat, itaque moderata sit, ut fidelibus summè necessarium Sacramentum non reddat nimis onerosum, & ansam præbeat sacrilegè confitendi. Sed & Prælati Regularibus reservandi

vandi potestatem *Clemens VIII. Mot. propr. 1593.* restrinxit ad casus undecim, qui ab iisdem, si velint, & judicent consultum esse, reservari possunt, simulque statuit, ut si ultra hos casus Superiores Regulares pro conservatione Religiosae observantiae, & puritate conscientiae existiment aliquos reservandos, non aliter istud faciant, quam cum matura discussione, & consensu Capituli Generalis pro toto Ordine, & Capituli Provincialis pro tota Provincia.

50 Dub. 3. quinam casus Episcopis sint reservati? *¶* circa hoc cujusque Diocesis Statuta, & consuetudines spectandae sunt, ut cum *Cajetano* monet *Palao tr. 3. D. un. p. 15. §. 2. n. 2.* nam ipso Jure iisdem probabilius nulla peccata sunt reservata. Ex consuetudine in Episcopatibus reservari potissimum solet. 1. Homicidium voluntarium, quantumvis occultum sit, 2. crimen incendiatorum, hisque auxilium praestantium. 3. Sacrilegium per loci Sacri effractionem, despoliationem, aut voluntariam, illisque injuriosam humani sanguinis, vel feminis effusionem commissum. 4. perjurium, & falsum testimonium dictum in Judicio. 5. falsificatio Litterarum. 6. violenta manus injectio in parentes. 7. sortilegium, sive Magiae exercitium. 8. peccata, quibus annexa est Irregularitas. 9. adulterium notorium, eoque graviora carnis, aliaque delicta valde enormia, & publice scandalosa. *Laym. l. 5. tr. 6. c. 12. n. 4.* *Barbof. de Offic. Episc. alleg. 50.* *Palao §. 2. n. 2.* *Wiestner hic n. 78.*

51 Dub. 4. quinam casus juxta *Motum proprium Clem. VIII. cit.* reservari possint à Praelatis Regularibus? *¶* 1. Veneficia, incantationes, sortilegia. 2. Apostasia à Religione, sive habitu dimisso, sive retento, quando eò pervenerit, ut extra septa Monasterij, seu Conventus egressio fiat. 3. nocturna, ac furtiva è Monasterio, seu Conventu egressio, etiam non animo apostatandi facta. 4. proprietates contra Votum Paupertatis, quae sit peccatum mortale. 5. Juramentum falsum in Judicio Regulari, seu legitimo. 6. procuratio abortus, & auxilium, seu consilium ad hunc faciendum post foetum animatum, etiam effectu non secuto. 7. falsificatio manus, seu Sigilli Officialium Monasterij, aut Conventus. 8. furtum de rebus Monasterij in ea quantitate, quae sit peccatum mortale. 9. lapsus carnis voluntarius opere consummatus. 10. occisio, vulneratio, seu gravis percussio cujuscunque personae. 11. malitiosum impedimentum, aut retardatio, vel apertio Litterarum à Superioribus ad inferiores, vel ab inferioribus ad Superiores. *Laym. c. 12. cit. n. 6.* *Palao §. 2. n. 15. & seqq.*

Dub. 5. quinam casus sint reservati in Societate JESU? *¶* in hac II. relationis autoritate *Congregationis Generalis V.* additi sunt casus alii decem, videlicet 1. perjurium, & falsum testimonium in Judicio, & extra. 2. furtum, & usurpatio aliqujus rei contra votum Paupertatis in ea quantitate, quae efficiat peccatum mortale. 3. lapsus carnis voluntarius, & quidquid est contra Votum Castitatis, quod in actum externum prodeat. 4. inobedientia expressa, quae quis affirmat se nolle parere. 5. Seditio in Superiorem, & divisio à capite in grave nocumentum Societatis. 6. detractio famae, bonaeque existimationis aliorum, & discordiarum seminatio inter fratres. 7. Impedimentum excludens à Societate reituisse in Examine, vel in eodem mentum esse, unde grave aliquod incommodum oriri possit. 8. acceptatio, seu omisso litterarum absque licentia expressa, quae scilicet acceptatio, vel Missio contineat rationem peccati mortalis. 9. transgressio Votorum simplicium, quae Professio emittunt post Professionem. 10. Censuræ Societatis nostrae, seu peccata, quae in Constitutionibus, Bullis, vel Decretis annexam habent Excommunicationem: de quibus plura *Palao p. 15. cit. §. 3. per totum.*

Dub. 6. an reservationem incurrant etiam ignorantes? *¶* distinguendo; nam duplex est Reservatio; poenalis, & non poenalis. *Poenalis* dicitur, quae delicto in ejus odium, & poenam imponitur, & hoc modo imposita censetur, quando Lege specialiter ipsum delictum prohibetur simul, & punitur, quales sunt reservationes peccatorum, quibus Lege aliqua Ecclesiastica annexitur Censura, vel alia poena. *Non poenalis, & merè medicinalis* est, quae delicto solum imponitur in bonum fidelium, & Ecclesiae, vel Religiosae familiae rectam gubernationem: quo modo facta censetur, cum imponitur simpliciter, sive Lege delictum non simul specialiter prohibente. A *poenali* ignorantia, saltem invincibilis, delinquentem excusat, non verò à non poenali. *Sanch. l. 9. de Matr. D. 33. n. 18.* *Palao tr. 2. D. 1. p. 17. n. 8.* *Stoz Trib. Penit. p. 2. q. 2. n. 59.* *Wiestner hic n. 81.* *la Croix tom. 7. n. 1607. §. 1608.* *Herzig Man. Confess. n. 154.* Ratio de reservatione hac posteriore, seu non poenali est, quia est absoluta ablatio Jurisdictionis, sine qua poenitentis absolutio non subsistit, sive delictum scienter, sive ignoranter perpetravit. De poenali verò, quia sequitur naturam Legis poenalis, à qua taxata poena non incurritur ab eo, qui poenam impositam invincibiliter ignoravit. *Neque obstat*, quod Poenali etiam Reservatione Jurisdictio Confessario inferiori denegetur, vel

vel auferatur; quia hoc non fit omnino absolute, sed sub tacita conditione, *Nisi delinquens Legem, & eaque proditam reservationem invincibiliter ignoravit.*

54. Dub. 7. quis absolvere possit à Casibus reservatis? R. in articulo mortis absolvere ab ijs quibus Sacerdos potest; quia in hoc reservatio omnis cessat juxta Trid. sess. 14. c. 7. de Sac. Pœnit. Neque sic absolutus, postquam convaluit, sistere se superiori tenetur, nisi peccato annexa sit Excommunicatio, vel alia Censura reservata; nam à tali peccato absolutus, postquam convaluit, sistere se Superiori debet, idque sub pœna reincidentia injungendum, ut patet ex c. de cetero 11. de Sent. Excomm. & c. eos qui 22. eod. in 6. Extra hunc articulum absolvere potest is, qui sibi absolutionem reservavit, hujus Superior, & ab istis delegatus ad finem absolvendi à reservatis. Et ita delegatam potestatem habent Episcopi in peccato Pontifici reservata, si sint occulta, & ad forum contentiosum nondum deducta, vi Trid. sess. 24. c. 6. reform. de vii etiam, si propter impedimentum stabile, e. g. senium, infirmitatem, itineris longitudinem &c. adiri non possit Pontifex, vel istius Legatus. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 6. n. 5. Palao tr. 23. D. un. p. 15. §. 4. n. 2. Dicast. de Pœnit. D. 11. n. 268. Wiestner hic n. 84. la Croix tom. 7. n. 1624. Quam potestatem communior sententia etiam Parocho concedit, quando etiam Episcopus, vel alius privilegiatus adiri nequit, Tambur. de Casib. reserv. c. 12. §. 2. n. 28. Regulares tantum possunt, quantum ipsis conceditur per privilegia. Religiosi Mendicantes ex vi privilegiorum suorum, quæ à Sede Apostolica sibi indulta habent, absolvere quosvis fideles ad ipsos accedentes possunt à casibus Papalibus, exceptis ijs, qui in Bulla Cœnæ comprehenduntur: & hoc de Confessariis Societatis JESU cum aliis testatur la Croix tom. 7. n. 1611.

55. Dub. 8. quis absolvere possit à Casibus Episcopaliibus? R. ordinariè potestas absolvendi ab istis committi ab Episcopo solet Vicario ipsius in Spiritualibus Generali, & Pœnitentiario; frequenter etiam Decanis ruralibus, & Parochis. König hic n. 15. Wiestner ibid. n. 88. Regulares autem, etiam Mendicantes, ab istis vi privilegiorum suorum, non requisita, vel obtenta Episcoporum licentiâ, non possunt absolvere, prout statutum est ab Urbano VIII. 1628. & Clem. X. in Bulla incipit *Superna magni patris*, ut aded Alexander VII. in Decreto suo edito 24. Sept. 1665. inter alias prohibitas merito damnaverit etiam istam: *Mendicantes possunt absolvere à casibus, Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate.* Extendit Decretum

hoc Viva ad Prop. 12. Alexandri VII. etiam ad casus, quos Papa, vel Jus commune, aut consuetudo reservat Episcopo: sed in hoc valde probabiliter contradicunt *Averfa*, & alii plusquam triginta Authores apud Thom. Hurtad. tom. 1. tr. 5. ref. 17. nam videtur esse sermo de casibus, quos ipsimet Episcopi sibi reservant. Hinc aliqui cum Pelizar, tr. 6. c. 2. n. 29. dicunt, Mendicantes posse absolvere a casibus, quos non Episcopus, sed Synodus reservat Episcopo: sed in hoc melius contradicit *Viva*; quod enim reservat Synodus, cui præest Episcopus, reservat ipse Episcopus. la Croix tom. 7. n. 1628. & alii passim. Dixi autem, *Regulares Confessarios non posse absolvere à Casibus Episcopaliibus, non obtenta ad id Episcoporum facultate*; nam absque hac Jurisdictionem in illos casus non habent: Unde hodie Regularium Superiores ab Episcopis petere solent facultatem à casibus illis absolvendi per subditos suos, quos Episcopali authoritate jam antea approbatos, ad excipiendas Sæcularium Confessiones exposuerint, exercendam. Wiestner hic n. 88.

Dub. 9. quis absolvere possit à casibus, quos pro Religiosis sibi subditis reservavit Generalis, vel Provincialis? R. si reservatio non est specialiter facta, expressè denegando potestatem quibuscunque aliis, ab his casibus præter Generalem, & Provinciale Ordinis, absolvere possunt Superiores Locales, & immediati, cùmque potestatem delegare aliis inferioribus. Suar. tom. 4. de Relig. tr. 8. l. 2. c. 19. n. 16. Palao tr. 23. D. un. p. 15. §. 4. n. 5. Wiestner hic n. 90. Ratio est, quia peccata ita generaliter reservata censentur reservata Superiori Religiosorum immediato, cùm ea ordinariè non expediat reservari absolutioni absentis; sic enim sæpe diu nimis Religiosus, in talem casum incidens, carere cogeretur absolutione directa à tali casu, quod durum foret Religioso delinquenti. Ab alio autem vel sui, vel alieni Ordinis Confessario, nisi potestatem ad hoc sibi commissam habeat, etiam si aliàs iste vi privilegiæ Apostolicæ à peccatis, & casibus, Bullæ Cœnæ non comprehensis, possit absolvere, ipsi non possunt absolvi, ut dictum est supra n. 44. Excipitur, nisi talis Religiosus privilegium speciale habeat: & tale habent FF. Minores concessum à Sixto IV. ut possint semel in vita, & articulo mortis eligere Confessarium ex Ordine suo, ab istius Prælato approbatum, & ab isto absolvi ab omnibus criminibus, excessibus, & Censuris, etiam reservatis: quo privilegio etiam uti possunt quicumque Mendicantes, qui cum ipsis communicant in privilegijs, exceptis Religiosis Societatis JESU; quia hi ab alio Confessario, quàm per Superiorem designa-

signato absolvi per Constitutiones Apostolicas prohibentur. Palao l. cit. n. 6. Item simile privilegium habent FF. Prædicatores, concessum ab Innoc. VIII. vicus ex sui Superioris licentia iter agentes absolvi à quocunque crimine, quantumcunque reservato, possunt per quemvis Confessarium Sæcularem, vel Regularem, sicut absolvere eos potest proprii Ordinis Confessarius, ad hoc facultatem à Superiore obtinens, ut referunt. Rodriq. tom. 1. regul. q. 62. art. 5. Suar. tom. 4. de relig. tr. 8. l. 2. c. 19. n. 3. Palao §. cit. n. 10. qui tamen hoc ab aliis Religionibus acceptatum negant, & dubitant, an sub ea generalitate in praxin deductum sit in ipso Ordine Prædicatorum.

57 Dub. 10. an qui in Diœcesi habet potestatem absolvendi à reservatis, eam exercere valeat in advenas, & peregrinos? Negant Navar. in can. placuit 3. dist. 6. de pœnit. n. 63. & Sot. dist. 18. q. 2. art. 4. Melius affirmant D. Anton. 3. p. tit. 17. c. 4. Palud. dist. 17. q. 3. Cajet. summ. V. Absolutio 2. Suar. D. 30. de pœnit. sect. 1. n. 4. Lugo D. 20. n. 71. Wiestner n. 89. quia ex tacito consensu Prælatorum, & consuetudine generali peregrini perinde, ut incolæ à Diœcesium Confessariis absolvuntur: cons. qui in Diœcesanos absolvendi potestatem habent, habere etiam censentur erga peregrinos. Estque perinde, ut DD. cit. cum aliis RR. notant sive peccatum tale sit reservatum in ipsa Peregrinatione, ubi domicilium habent, Diœcesi tantum, sive in utraque, & etiam absolvendi: si tamen bona fide in talem Diœcesim transferant; nam si mala fide, i. e. eo præcisè animo in alienam Diœcesim transfuerint, ut absolutionem à casibus reservatis consequerentur, non possent ab istis absolvi per talem Confessarium. Wiestner l. cit. la Croix tom. 7. n. 1631. Ratio est, quia tali casu, ne elusoria fiat reservatio, Jurisdictio ad absolvendum ab istis casibus consuetudine, vel tacito consensu Episcoporum extraneis Confessariis non videtur delegata.

58 Dub. 11. quid dicendum, si peregrinus, habens Casum reservatum, confiteatur Confessario non instructo potestate absolvendi à reservatis? R. cum Suar. D. 33. de pœnit. sect. 1. n. 5. v. at verò cum distinctione: Vel enim peccatum reservatum est in Diœcesi tam pœnitentis, quam Confessarii, vel in Diœcesi pœnitentis tantum, non verò in Diœcesi Confessarii, vel contra in hac, & non in illa. Si primum, fatentur omnes, si reservata non possent remitti à tali Confessore; quia à neutro Episcopo habet Jurisdictionem delegatam, ut constat. Si secundum, contra Sotum, & alios existimat Suarez

hujusmodi peregrinum ab ita reservatis per hujusmodi ordinarios Confessarios posse absolvi; quia talis pœnitens judicandus est ut incolæ illius Diœcesis, & juxta forum illius. Si tertium, putant quidem nonnulli, etiam hoc casu absolvi pœnitentem peregrinum ab ordinariis Confessariis posse; quòd cum non sit subditus illi Episcopo, reservatio ab illo facta non videatur hujusmodi peregrinum tangere. Sed ipse Suarez cum Cajetano, & aliis negat absolvi ab istis posse; quia licet aliàs non sit subditus, tamen tunc judicatur ut subditus, & ut incolæ illius loci. Adde, quia reservatio non tam pœnitentem, quam Confessarium tangit, cui tollit Jurisdictionem in casum reservatum, ergo sufficit, quòd iste sit subditus, etiam si non sit subditus pœnitens.

Quæritur 6. quid sit Sigillum Sacramentale? R. hoc nomine venit obligatio non revelandi peccata, quorum notitia habetur, ex sola Confessione Sacramentali, nisi hoc pœnitens ipse concedat. Palao tr. 23. D. un. p. 19. §. 1. n. 1. & alii passim. Obligatio hæc inducta est Jure non tantum Ecclesiastico, sed etiam Naturali, & Divino. Ecclesiastico quidem can. Sacerdos 2. de pœnit. dist. 6. c. dilectus 13. de Excef. Prælat. c. omnis 12. v. caveat h. tit. Naturali autem tum ob tacitam promissionem, & pactionem inter consistentem, & Confessarium, tum propter Legem Charitatis, quæ dicitur non faciendum alteri, quod nolumus fieri nobis; quilibet autem celari vult aliis secreta, præsertim peccata, propria confessione alicui commissa. Divino denique, quatenus ex perpetua praxi, & traditione Ecclesiæ Christus præsumitur ita instituisse, ut quam fieri potest, salvâ legitimâ formâ Judicii, Sacramentum hoc minimè redderetur odiosum. Atque ex hoc tertio capite oritur maximus ille rigor hujus Secreti, aded, ut ex nulla, etiam gravissima, & publicæ necessitatis, vel utilitatis causâ liceat Sacerdoti prodere peccata, quæ ipsi pro obtinenda Sacramentali absolutione in secreta Confessione detecta sunt, quo modo nullum Sigillum naturale obligat. Innoc. in c. omnis cit. n. 7. Abb. ibid. n. 25. Sylv. V. Confessio 3. q. 5. dist. 4. Navar. Man. c. 18. n. 55. Sanch. l. 3. de Matr. D. 13. n. 6. Suar. D. 33. de pœnit. sect. 2. n. 2. Palao §. cit. n. 3. Vallens. hic §. 13. n. 3. König n. 21. Wiestner n. 93. la Croix tom. 7. n. 1934.

Dixi 1. ex Confessione Sacramentali: talis erit, si fiat animo se accusandi, & peccata sua Ecclesiæ clavibus subjiçendi; nam ex hac sola oritur Sigillum hoc. Hinc casu, quo quis Sacerdoti peccata sua aperit sub specie Confessionis, animo ipsum decipiendi, seducendi; aut trahendi in partem delicti, iste Sigillo Sacramentali non obli-

obligatur, ut post alios antiquiores notat Navar. c. 18. cit. n. 53. Sanch. n. 6. cit. Suar. n. 6. Valq. q. 93. art. 4. dub. 3. n. 8. Laym. l. 5. tr. 6. c. 14. n. 2. v. ex his, Bonac. D. 5. q. 6. sect. 5. p. 2. n. 3. Palao tr. 2. n. 2. Stoz. Trib. Pœnit. l. 2. q. 4. n. 229. § 232. Wiestner bic n. 100. la Croix tom. 7. n. 1942. quia talis Confessio, quæ solum instituitur animo Sacerdotem decipiendi, vel seducendi, Sacramentalis non est. Debet autem certum esse, quod Confessio tali præcisè animo facta sit; nam si dubium est de intentione confitentis, tenebitur Sacerdos sigillo, ut Suar. l. cit. cum alijs addit: & ratio est; quia ad removendum omne periculum irreverentiæ Sacramento inferendæ, in tali dubio præsumendum est accedere bono animo ad Tribunal Sacrum. Idem à fortiori dicendum, si quis accedat Confessione tantum ad simulandum se confiteri, cum tamen de nullo peccato se accuset, sed tantum petat schedam Confessionis, la Croix l. cit. & apud hunc Laym. Lugo, Stoz, ex quorum doctrina tali non potest dari testimonium Confessionis; quia revera confessus non est. Salubriter tamen his casibus Confessarium monet laudatus Navarrus, ut iste tali animo confitentem peccata sua moneat, quod ex sacrilega ipsius peccatorum revelatione obligatio sigilli non oriatur.

61 Dixi 2. ex sola Confessione Sacramentali; nam si notitiam peccati, in Confessione sibi detecti à pœnitente, aliunde ante, vel post Confessionem accepit, ab usu hujus notitiæ non impeditur: conf. Sacerdos, cui furtum factum est, absque Sigilli violatione potest actionem furti adversus furem jam antè institutam prosegui, aut etiam inchoare, licet fur furtum hoc suum ei in Confessione detexerit, si ipse Sacerdos aliunde notitiam hac de re habeat, dummodo utatur solis iudicij aliunde acceptis. S. Thom. Supplem. q. 11. n. 5. Sot. dist. 18. q. 4. art. 6. concl. 2. Laym. c. 14. cit. n. 3. Wiestner n. 94, qui tamen monet, in hac re cautè agendum, & si fieri potest, pœnitentem potius ad alium Confessarium ablegandum.

62 Dixi 3. nisi hoc pœnitens ipse concedat; nam ex hujus concessionem, & licentia potest uti notitiâ, etiam ex sola Confessione haustâ. S. Thom. in 4. dist. 21. q. 3. art. 2. & in supplem. q. 10. art. 4. Navar. c. 8. n. 2. Sanch. l. 6. mor. c. 18. n. 43. Suar. D. 33. cit. sect. 5. n. 6. Valq. D. 93. art. 4. dub. 5. Laym. c. 14. n. 14. Bonac. D. 5. q. 6. sect. 5. p. 4. à n. 9. Palao p. 19. §. 1. n. 6. Wiestner n. 95. cum enim Sigilli obligatio principaliter pœnitentis favore sit introducta, ejus voluntate cessabit. Debet tamen licentia ista esse expressa, & formalis, voluntaria item, & libera, non vi

R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

dolo, aut metu extorta. Palao l. cit. n. 7. § 8. cum alijs. Potestque semel data pro libitu revocari à pœnitente, cum ipsius usus ex voluntate ejusdem pendeat: unde non licet Sacerdoti neque in personis, neque in tempore, neque in aliqua circumstantia excedere modum in licentia præscriptum. Henric. l. 6. de Pœnit. c. 23. n. 2. Suar. sect. 5. cit. n. 7. Fagund. de 2. Eccl. Prac. l. 6. c. 1. n. 18. Laym. c. 14. n. 15. Palao n. 9.

Dub. 1. quis obligetur Sigillo Sacramentali? v. principaliter obligatur ipse Sacerdos, cui in Confessione Sacramentali peccata sua detexit pœnitens: secundario omnes alii, ad quos notitia Confessionis quoque modo, mediata, vel immediata, justè, vel injustè pervenit. S. Thom. in 4. dist. 21. q. 3. art. 1. quest. 3. Scot. dist. cit. q. 2. Navar. in can. Sacerdos 2. de Pœnit. dist. 6. n. 42. Suar. D. 33. sect. 4. n. 8. Valq. q. 93. art. 4. dub. 1. § seqq. Fagund. l. 6. cit. c. 6. n. 26. Dian. p. 2. tr. 15. res. 14. Laym. c. 14. n. 17. Palao p. 19. §. 4. n. 1. Wiestner bic n. 96. la Croix tom. 7. n. 1951. §c. Ratio est, quia aliàs non satis cautum foret fidelibus, peccata sua confitentibus, si Sigillo Sacramentali non etiam adstringerentur illi, ad quos notitia dicto modo pervenit.

Quare ad Sigillum Sacramentale tenetur 1. Confessarius, cui quis manifestat sua peccata: quod non solum verum est de Confessario legitimo, sed etiam de eo, qui à pœnitente bona fide existimatur talis; quia saltem ex intentione pœnitentis Confessio ei facta Sacramentalis fuit. 2. internuntius, & interpres confitentis. 3. huic adstantes, siquid ex Confessione præter voluntatem suam, vel de industria audiant. 4. ij quibus Sacerdos vel de licentia pœnitentis, vel sine hujus licentia peccatum ipsius revelavit. 5. Superior, à quo Confessarius petiit facultatem absolvendi à reservato. 6. qui ante actualem Confessionem à pœnitente consulitur de modo peccata sua Sacerdoti debite exponendi. 7. is, cui pœnitens peccata sua pro Confessione rite peragenda dictavit ad calamum. 8. qui Confessionem alterius, in charta descriptam, legit. 9. omnes illi, qui in casu imminentis naufragij, prælii, vel alio simili peccata sua publicè confitentem audierunt. Suar. D. 33. sect. 4. Laym. c. 14. n. 17. § seqq. Palao §. 4. cit. à n. 5. Wiestner n. 97. Reiffenst. n. 2. & alii supra.

Ipse pœnitens per se Sacramentali Sigillo non obligatur, ut contra Navar. in can. Sacerdos cit. n. 115. meliùs docet Major in 4. dist. 21. q. 3. arg. 11. Sot. de Secret. tege. membr. 3. q. 4. concl. 4. Tolet. l. 3. c. 20. Suar. sect. 4. cit. n. 2. Coninck D. 9. dub. 3. Laym. c. 14. cit. n. 20. Wiestn. n.

X

98.

98. la Croix n. 1955. § 1656. quia obligatio Sigilli, ut n. 62. dictum est, introducta est in favorem penitentis; quilibet autem favore pro se principaliter introducto renuntiare potest. Dixi per se; per accidens enim obligari potest, non quidem Sigillo Sacramentali, sed naturali ad occultanda ea, quæ in Confessione gesta, vel dicta sunt, si ipsorum manifestatione istius existimatio notabiliter læderetur: quo casu hæc revelantes graviter peccant, nisi Lex Charitatis, vel præceptum Juris revelationem eorum exigeret, ut fit in casu sollicitationis ad Venerea, Wiestn. l. cit. cum reliquis supra.

65. Dub. 2. quænam sub Sigillum Sacramentale cadant? R. 1. sub hoc Sigillum cadunt omnia peccata tam venialia, quam mortalia penitentis, quæ ipse in Confessione aperuit Sacerdoti, etsi publica sint, aut absque omni dolore confessæ: quin imo quæ committenda narrantur, si ex intentione se disponendi ad absolutionem mediis Sacerdotis exhortationibus dicta fuerant; quia ea confessio iniqui propositi saltem ex intentione Sacramentalis extitit. Suar. D. 33. sect. 2. n. 8. Coninck D. 9. dub. 1. n. 3. Bonac. D. 5. q. 6. sect. 5. p. 2. n. 7. Laym. c. 14. cit. n. 5. Palao p. 19. §. 2. n. 4. 2. peccata complicitæ, & aliæ circumstantiæ, quæ ad explicandum peccatum narratæ sunt, ut si confitens homicidium, dicat Titium sibi socium in hoc delicto fuisse, si declarans se suscepisse Ordines faciat, se esse illegitimum, si accusans se de jactatione Nobilitatis, confiteatur se ignobilem esse &c. nam hoc casu sub sigillum cadit etiam peccatum Titii, natalium illegitimitas, defectus nobilitatis &c. quia licet ista non sint materia Confessionis, conducunt tamen, saltem ex opinione penitentis, ad materiæ explicationem. Secus est de iis, quæ ad explicationem peccatorum dicta non fuerunt. Palao n. 5. § 6.

67. Proceditque hoc, etsi ex aliquo defectu sive penitentis, sive Confessarii absolutio non sequatur. Et verum est, ita, ut neque cum ipso penitente, hoc invito, de peccatis, vel aliis in Confessionem ad explicanda peccata detectis, aut etiam de errore in Confessione interveniente extra Confessionem loqui liceat. Sanch. l. 3. de Matr. D. 16. n. 3. § 15. Suar. D. 33. sect. 5. pr. Fagund. l. 6. c. 4. n. 33. Bonac. sect. 5. cit. p. 4. n. 8. § 11. Laym. c. 14. n. 9. fin. Dian. p. 3. tr. 4. ref. 87. § p. 5. tr. 11. ref. 18. Palao p. 19. § 3. n. 14. § 15. Wiestn. n. 101. Ratio est, quia id cederet in quandam confusionem, & pudorem penitentis, & Sacramentum redderet onerosum, atque exosum. Accedit, quia ipso penitentis post absolutionem bene, vel malè indultam

recessu à Sacro Tribunali Judicium Sacramentale finitur, & cessat Officium Judicis in foro interno. Hinc arctius est Sigillum Sacramentale, quam naturale, quod ejusmodi locutione cum eo, qui illud concedit, non violatur.

Dixi extra Confessionem; nam antequam Judicium Sacramentale plene finitum sit, etiam statim post absolutionem datam, loqui, cum penitente de peccatis in Confessione apertis, restitutionis modum præscribere, aliquid interrogare, errorem corrigere sine Sigilli violatione Sacerdos potest, Lugo D. 23. n. 70. Stoz n. 194. Wiestner n. 102. la Croix tom. 7. n. 1980. Item potest de peccatis in Confessione detectis, si ita necessarium, aut utile videatur, cum penitente loqui in sequentibus Confessionibus, quando iterum fuit in personam Christi, eundem penitentem admonere de defectu in Confessione priori commisso, repræsentare gravitatem relapsus &c. ut communis DD. admittit.

Dub. 3. an notitiâ peccati, in confessione acceptâ, uti liceat in gubernatione, aliisque actibus externis, concernentibus penitentem v.g. aliquid ei negando? Affirmant hoc quidem non pauci magni nominis DD. quod talis usus in penitentis commodum cedat, quin ullo modo diffametur, aut suspectus reddatur, eive peccatum exprobetur. Sed esto, ex usu isto notitiâ nullum penitenti sequatur detrimentum, vel nota apud alios, est tamen hic usus tacita quædam exprobratio peccati in Confessione aperti, ita, ut fideles, si intelligerent, talem usum notitiæ esse licitum, facile ab usu hujus Sacramenti absterrentur. Hinc merito negativam tenent Sylv. V. Eucharistia 3. n. 7. Navar. Man. c. 21. n. 55. Sanch. l. 3. de Matr. D. 16. n. 3. Coninck D. 9. dub. 4. n. 6. § 69. Delrio l. 6. Diquif. Mag. sect. 2. Bonac. D. 5. q. 6. sect. 5. p. 4. à n. 14. Laym. l. 5. tr. 6. c. 14. n. 22. Dian. tr. 4. ref. 46. Palao p. 19. §. 3. n. 20. Lugo D. 23. n. 126. Stoz n. 254. Wiestn. hic n. 108. la Croix tom. 7. n. 1977. ob Decretum Clementis VIII. editum 26. Maji 1594. quo seriò cavetur, ne Superiores Regularium, vel Confessarii, ad istorum gubernationem promoti, notitiâ ex Confessione acceptâ ad externam gubernationem ullo modo utantur. Ante quod Decretum Claudius Aquaviva Præpositus Generalis Societatis JESU Instru. 5. & Ordin. comm. 6. 21. severè prohibuit introductionem, & praxin doctrinæ, permittentis usum notitiæ ex Confessione acceptæ.

Et hinc violati Sigilli reus est 1.70. Episcopus auferens alicui Officium à nullo suo pendens, Collator non confers Beneficium, Patronus non præsentans, Elector non

non eligens ad Prælaturam, cujus administrationem Ecclesiæ, vel Monasterio damnosam, aut animabus periculosam ex qualitate peccatorum, sibi in S. Tribunali expofitorum, fore cognoscit. 2. Superior ad impediendam continuationem peccati alicujus sibi subditi Regularis seris muniens fores, obstruens fenestram, diligentibus visitans locum, per quem illum ex Monasterio furtivè egredi consuevit ex sola ejus Confessione novit. 3. Parochus S. Eucharistiam, vel assistentiam, aut benedictionem nuptialem etiam privatim negans ei, quem ex Confessione novit ad Sacramentum illud indispositum, vel propter obfians impedimentum Canonicum ad Matrimonium contrahendum inhabilem esse. 4. Sacerdos dimittens furacem famulum, peccandi materiam, vel occasionem eidem subtrahens, vel etiam ad timorem DEI, vitiorum fugam, Virtutis studium ferventius exhortans eum, quem vitii deditum novit ex sola ipsius Confessione. Sanch. l. 3. de Matr. D. 16. n. 3. § 4. Laym. c. 14. an. 14. Bonac. p. 4. à n. 14. Palao §. 3. cit. Stoz à n. 250. Wiest. n. 104. la Croix tom. 7. n. 1963. 1976. § 1977.

71 **Contra notitiã ex Confessione hausta** Confessarius moveri potest ad fundendas preces, & pia opera peragenda pro conversione, & salute animæ poenitentis, ad investiganda media, & modos eum juvandi, ad legendos libros, & consulendos viros doctos, sèque in scientia perficiendum, ad rigorem suum corrigendum, sèque poenitentis genio magis conformandum, ad complicera melius examinandum, ita tamen cautè, ut nullatenus iste possit advertere, quòd Confessarius ipsius examinandi aniam ex alterius Confessione sumpserit. Imò si Confessarius novit ex confessione Titii, sibi à Sempronio parari insidias, poterit non exire domo, etsi aliàs exiturus esset; & si cognoscit sibi præparatum venenum, poterit non accipere poculum, in quo illud sibi novit præparatum esse. Sanch. l. cit. n. 4. Laym. n. 21. Palao n. 18. Lugo D. 23. n. 101. Stoz n. 248. Wiestner n. 105. Ratio est, quia his actionibus nullum incommodum, molestia, aut pudor affertur poenitenti, ut ex earum licito usu Sacramentum Poenitentia difficius, aut exosum reddatur.

72 **Dub. 4. an violati sigilli reus sit** Confessarius, revelans peccatum sibi in Confessione detectum, si peccatorem non nominet, & absit periculum omne ipsius manifestandi? **Affirmat Abb. in c. omnis 12. h. tit. n. 7. ductus textu c. cit.** ubi non solum prohibetur, ne Sacerdos verbo, aut signo, aut quovis alio modo prodatur peccatorem, sed etiam additur, quòd si peccatum in Poenitentiali Judicio sibi detectum

R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

presumpserit revelare, plectendus sit poenis ibi præscriptis.

Sed oppositum melius tenent S. 73 Thom. dist. 21. cit. q. 3. art. 1. q. 1. Sylv. V. Confessio 3. n. 2. Navar. in can. Sacerdos 2. de poenit. dist. 6. n. 75. § 78. Fagnan. in c. officii 9. h. tit. n. 26. Wiestner n. 107. Ratio est, quia cessante causâ, cessat effectus, ut habet communis Regula. atqui causa finalis, cur prohibitum sit revelare peccatum in Confessione detectum, est, ne prodatur peccator, & sic fideles absterreantur à Confessione Sacramentali, ut patet ex c. cit. §. caveat. & hæc causa cessat, si ita cautè Confessor revelet peccatum, ut inde in peccatoris notitiam veniri non possit. ergo tunc cessat prohibitio revelationis peccati.

Conf. quia peccata ipsa sine ex-74 pressionem personæ non cadunt sub Sigillum Confessionis; nam Sigillum Confessionis est Juris Divini, ita, ut nemo præter poenitentem in illo dispensare possit, ut docent communiter TT. & Canonistæ. atqui circa revelationem peccati dispensat Concilium Generale c. cit. & statuit, licere Sacerdoti consilii causâ revelare alteri peccatum, quòd in Confessione audiit, igitur dicto cap. solum prohibetur revelatio peccati in Confessione auditi per ordinem, & relationem ad confitentem, quando scilicet ita revelatur peccatum, ut exinde etiam is, qui peccavit, noscatur. talis autem non est, cum e. g. aliquis dicit: *Tale, vel tale peccatum mortale audi in Confessione*: imò etiam viri graves talia solent dicere absque scrupulo, teste Navar. l. cit.

Salubriter tamen monent *citt. DD. 75* cautè admodum, & rarissimè utendum hac manifestatione, tum quia in Jure unicuique casus necessitatis consilii approbatus invenitur; tum verò quia quantacunque adhibeatur cautela, & nullum adesse videatur periculum manifestandi poenitentis, aliquando tamen circumstantiæ eundem aperiunt: proinde expedit etiam à manifestatione solius peccati abstinere extra necessitatem petendi consilium.

Dub. 5. cui Virtuti adverfetur vio-76 latio Sigilli Sacramentalis? **Adverfatur** Religioni simul, & Justitiæ: Religioni quidem; quia injuriosa est ipsi Sacramento Poenitentia, illud fidelibus onerosum reddendo: Justitiæ autem; quia injuriosa, & damnosa est ipsi poenitenti, ad cujus famæ, & exultationis læsionem tendit, & obligationem inducit ita sacrilegè læsam reparandi. Suar. D. 33. de Poenit. sect. 1. n. 13. Coeninch D. 9. dub. 1. pr. Fagund. de 2. Prac. Eccl. l. 6. c. 1. n. 2. § 6. Bonacin. D. 5. q. 6. sect. 5. p. 1. n. 4. Palao tr. 23. D. un. p. 19. §. 1. n. 2. Lugo D. 23. n. 4. Wiestner hic n. 108. § 109. Et hoc verum probabilius

X 2

lius est etiam casu, quo aliàs, seclusa ratione Sacramenti, ad Secretum naturale penitenti servandum Confessarius non tenetur; quia Confessio implicè involvit pactum inter penitentem, & Confessarium de Secreto servando omni casu, quo id servandum est ex Institutione Divina hujus Sacramenti, quod pactum tali casu violatur. Suar. l. cit. n. 14. Lugo n. 16. Wiestner n. 109.

77 Estque violatio hæc peccatum ex genere suo mortale, quamvis ex imperfectione actus, sive ob defectum deliberationis, & advertentiæ rationis possit esse veniale, imò aliquando vacare omni culpa. Wiestn. n. 110. An verò veniale esse possit ob parvitatem materiæ, dubitari potest, si scilicet veniale tantum peccatum penitentis revelatur, & nullo signo manifestatur, quòd notitia ejus habeatur ex Confessione; nam tali casu propter levitatem rei non infertur grave nocumentum penitenti. Verùm hæc ratio bene quidem probat, violationem Sigilli posse reddi peccatum veniale quoad malitiam injustitiæ, interim tamen manebit peccatum grave adversus Religionem, ut bene notant Navar. in can. Sacerdos cit. n. 39. Henric. l. 6. c. 19. n. 3. Suar. sect. cit. n. 12. & sect. 3. n. 1. Coninck D. 9. n. 24. Laym. l. 5. tr. 6. c. 14. n. 1. Bonac. p. 1. n. 4. Palao §. 1. n. 12. Lugo n. 7. Gobat Exper. tr. 7. n. 834. Wiestn. hic n. 111. & 112. la Croix tom. 7. n. 1937. Ratio est, quia fractio Sigilli etiam per revelationem alicujus levissimi peccati in gravissimam Sacramenti Penitentia irreverentiam cedit, quòd illud odiosum reddat, & homines ab ejus usu retrahat.

78 Neque ad hoc, ut peccatum alterius, in Confessione rescitum, cum manifestatione peccatoris aperiri aliis possit, ullo casu, & pro quocunque bono, totaque Rep. ab ingenti malo temporali, vel spiritali liberanda dispensari potest ab ipso etiam Summo Pont. ut contra Altifiodor. l. 4. Summ. tr. 6. c. 3. q. 7. teste P. Wiestner n. 113. habet unanimis sententia omnium alicujus nominis TT. id desumentium ex communi Ecclesiæ sensu, & perpetua traditione. Ratio est, quia si ad peccati alicujus, ex sola Sacramentali Confessione cogniti, revelationem dispensari posset, hoc ipso homines multis casibus absterri possent ab usu, & integritate Sacramenti sibi tam necessarii, cum timere possent, ne Confessarius habeat, vel impetraturus sit dispensationem ad manifestationem alicujus sui peccati.

79 Dub. 6. quæ sit pœna Sacerdotis violentis Sigillum? Est depositio ab omni Officio Sacerdotali, & veteri quidem rigore præterea patriâ, & alia stabili mansionem interdictus, cogebatur perpetuò

peregrinari can. Sacerdos a. de Penit. dist. 6. Quia verò hæc vagandi necessitas cedere videbatur in opprobrium Ordinis Ecclesiastici, cum tempore ei suffecta est perpetua penitentia, in arcto Monasterio peragenda c. omnis 12. b. tit. 7. caveat. Nunc verò, postquam etiam detrusio in Monasterium à Curiarum Ecclesiasticarum usu recessit, Sigillum Sacramentale violentes condemnantur ad perpetuos carceres, triremes &c. Pœna autem, quæ factò ipso incurratur, huic crimini sancita in Jure reperitur nulla, ut notant Fagund. præc. Eccl. 2. l. 6. c. 7. n. 2. Palao tr. 23. D. un. p. 19. §. 1. n. 13. Lugo de Penit. D. 23. n. 147. Wiestner n. 116. Reiffenstuel n. 4. Putarunt quidem aliqui relati à Suar. D. 33. de Penit. sect. 8. n. 2. fractione Sigilli Irregularitatem contrahi. Sed melius cum eodem Suar. l. cit. id negant Fagund. l. cit. n. 3. Lugo n. 146. Wiestner n. 117. la Croix tom. 7. n. 1999. quia hoc Jure expressum non reperitur.

Ut verò pœnis prædictis locus sit DD. exigunt. 1. ut Sacri Sigilli violator sit Sacerdos; nam pœna n. præc. relata can. Sacerdos, & c. omnis 7. caveat est. tantum statuuntur violationi Sigilli, à Sacerdote attentata: & hinc si alius Clericus, vel Laicus Sigillum violat, non ordinariæ, sed arbitrariæ pœnæ, quæ tamen secundum qualitatem excessus exasperari potest, obnoxius est. Suar. D. 33. sect. 8. n. 2. Lugo n. 147. Vallens. hic §. 13. n. 6. Wiestner n. 318. Reiffenstuel n. 5. 2. ut revelet peccatum; nam si aliud quidpiam, quod sub Sigillum cadit, in Confessione defectum revelet, e. g. defectum natalium, vel aliud quidpiam penitenti ignominiosum, arbitrariâ solum, multò tamen graviori pœna, quam violans Secretum naturale, puniri debet. Dian. p. 5. tr. 11. ref. 51. Wiestn. n. 119. Reiffenstuel n. 6. 3. ut peccatum revelet alteri; nam si ipsi penitenti objiciatur, cum hæc objectio propriè revelatio non sit, iterum locus erit extraordinariæ duntaxat pœnæ. Granad. de Sacram. contr. 11. tr. 11. D. 8. n. 3. Wiestner n. 120. Reiffenstuel n. 8. 4. ut peccatum revelet præsumptuosè 7. caveat cit. ibi, Qui præsumpsit revelare; nam si ex ignorantia, vel inadvertentiâ, hoc faciat ut serè solent, qui animi secreta produnt in delirio, somno, vel ebrietate, cum talis locutio humana plerumque non sit, non erit ulli, vel saltem non ordinariæ fracti Sigilli pœnæ obnoxius. Stoz Trib. penit. l. 2. q. 4. n. 277. Wiestner n. 121. Reiffenstuel n. 7.

Dub. 7. quis sit Judex in causâ fractionis Sigilli? Videtur de hac cognoscere posse Judex Sæcularis exemplo Jacobi I. Arragonum Regis, qui Episcopo Gerun-

Gerundenſi ſacrilegè linguato linguam à tergo extrahi, & Senatus Theoloſani, qui Sacerdotem huius criminis reum in furcam agi, & cadaver ejus igne cremari juſſit, ut de priore teſtis eſt Aldrete l. 2. *Eccl. Diſcip.* c. 19. n. 2. de poſteriore Raynaud. *Prat. Spirit. Hiſt.* 13. Sed dicendum, communi Jure ſpectato, Judex competens in cauſa fracti Sigilli eſt tantum Eccleſiaſticus. Fagund. de 2. *Prac. Eccl.* l. 6. c. 7. n. 1. Lugo D. 23. n. 148. Gobat *Quinar.* tr. 5. n. 200. Wiefn. n. 122. Reiffenit. n. 9. quia hoc caſu tam reus, quam ipſa ratio cauſæ, quæ naturâ ſua Spiritualis, & Eccleſiaſtica eſt, à Jurisdictione Judicum Sæcularium omnino eximitur. Unde ad exempla in contrarium allata dicendum, id factum fuiſſe, vel quod hi Judices delegatam à Pontifice authoritatem habuerint, vel quia Clericus reus antea degradatus ipſis pro ſupplicio exequendo eſt traditus; aliàs id factum fuiſſet cum violatione Libertatis Eccleſiaſtica.

81 An verò cauſa violati Sigilli deferenda ſit ad Inquiſitores, controverſia eſt? Affirmant aliqui, quod enormitas irreverentiæ Sacramento illatæ delinquentem de Hæreſi ſuſpectum reddat. Sed meliùs Moſſef. tr. 7. c. 23. à n. 68. Bonac. D. 5. q. 6. ſeç. 5. p. 1. ſn. Palao tr. 23. D. un. p. 19. §. 1. n. 14. Dian. p. 4. tr. 8. ref. 93. Lugo D. 23. n. 148. Pignat. tom. 7. *Conſult.* 54. n. 6. diſcuſſionem cauſæ iſtius Judicialem adſtruunt Judici Eccleſiaſtico, cui tanquam Ordinario ſuo reus ſubjectus eſt; neque enim S. Inquiſitionis Officium in huiusmodi cauſis ſe intromittere ſolet, teſtibus Dian. Lug. Pignat. cit. Excipitur, ſi revelatio qualificata, ejusque præſumptioni Hæreſis admixta ſit. Qualificata autem ad hunc effectum cenſetur, quando non præciſè ex multoſo Sacerdotis affectu, ſed ex pravo ejus ſenſu in rebus fidei provenit, ut ſi is negaret, Pœnitentiam eſſe Sacramentum, vel huic annexam ſilentii obligationem; ſi verbo, aut facto ostenderet, eam obligationem eſſe parvi pendendam; ſi crimen iſtud amiſſiſſet ſæpius, aut aliàs eſſet improbæ, & de Hæreſi ſuſpectæ converſationis &c. DD. cit.

82 Dub. 8. quando Judex adverſus Sacerdotem Sigilli violati reum poſſit procedere? *Certum eſt*, procedere adverſus eundem poſſe, ſi licentiam ad hoc ipſi concedat pœnitens, cujus peccatum, in Sacro Tribunali cognitum, ſacrilegè proditum eſt; aliàs enim tolleretur omnis proceſſus Judicialis circa hoc crimen, & pœnæ adverſus iſtud ſtatutæ, utpote per ſententiam inſiſſendæ, locum non haberent, niſi in eo, qui ultro confiteretur hoc crimen à ſe commiſſum.

Controverſia eſt, an adverſus violatorem Sacri Sigilli procedere Judex Eccleſiaſticus poſſit etiam ſine pœnitentis licentiâ? In negativam inclinat P. Gobat tr. 5. *Quinar.* à n. 182. & in *Append.* ad hunc n. 182. & ſeqq. & videtur ſequi ex n. 63. ubi dixi, omnes illos obligati Sigillo Sacramentali, ad quos notiſſima peccati, à Confefſario præſumptuoſè revelati, pervenit, ita, ut ſine pœnitentis, cujus peccatum revelatum eſt, licentiâ non poſſit uti illâ notiſſimâ, uteretur autem iſtâ notiſſimâ delator, qui denuntiaret hoc crimen, teſtes, qui de Sigillo fracto deponerent, Judex deferentem examinans, ipſe Sacerdos ſponte, vel ad interrogationem Judicis delictum ſuum confeſſus &c. ergo &c.

Sed eſt ſententia iſta veriſimilis ſit, 83 veratamen videtur affirmativa, quam ſequitur Sto. *Trib. pœnit.* l. 3. q. 4. à n. 288. Wiefner hic n. 128. Reiffenſtuel *ibid.* n. 11. Ratio eſt 1. quia neceſſitas licentiæ à pœnitente obtentæ ad inſtituendum Proceſſum neque ex inſtitutione Divina, neque ex definitione Eccleſiæ, vel traditione PP. probatur, imò eam licentiam non requiri, ſatis conſtat ex *can. Sacerdos* 2. de *Pœnit. diſt.* 6. & c. *omnis* 12. *V. caveas* b. tit. ubi pœna Depoſitionis, & perpetuæ Pœnitentiæ ſtatuitur, abſque ulla mentione de pœnitentium licentiâ requirenda. 2. B. Petro, & Succefſoribus à Chriſto tradita eſt omnis poteſtas neceſſaria, & valde conducens ad rectam fidelium in utroque foro gubernationem, ac proinde etiam facultas independens à licentiâ cujuſcunque privati, procedendi adverſus criminoſos, delictorum publicè ſcandaloroſorum, Spiritualium animarum bono, & Sacramentorum reverentiæ adverſantium reos. tale delictum autem eſt violatio Sigilli Sacri; ergo &c. 3. violatio Sigilli eſt crimen publicum, utpote Sacriligium, conſ. inferit non tantum injuriam privatam pœnitenti, ſed publicam Sacramento, & Eccleſiæ. atqui privatus, licet injuriam ſibi illatam poſſit remittere, non tamen poteſt impedire voluntate ſua Judicium, & punitionem publicam. ergo &c. 4. per delationem, inquiſitionem, & proceſſum adverſus reum violati Sigilli promovetur potiùs reverentia Sacramenti, & obſervantia illius, tanquam per medium aptiſſimum ad finem hunc obtinendum, atqui nulla Lex excludit media, quibus ſerè unice obtineri obſervantia ipſius poteſt, vel illorum mediolorum uſum in arbitrium ſubditorum reſert. 5. denique ſi opus eſſet licentiâ pœnitentis ad inſtituendum proceſſum adverſus violatorem Sigilli, ſequeretur impunem, tutumque fore ab omni pœna illum, qui defuncti alicujus peccata, quantumcunque graviffima, à ſe in Confefſione

sione rescita, coram pluribus, & tota communitate propalaret; nam tali casu adversus ipsum ex defectu licentiæ, à pœnitente non ampliùs obtinibilis, nullus ampliùs institui posset processus, vel quæstio. Sequela ista per se videtur absurda esse. ergo &c.

86 Ex quo patet ad Argumentum contrarium; dicendum enim, quòd dogmatis illius generalitas non comprehendat casum, quo notitia, ex Sacramentalis Sigilli fractione profecta, unicè adhibetur, tanquam medium ad tuitionem reverentiæ Sacramento debitæ, & ad conservationem illius, ac redintegrationem, atque ad potestatem Ecclesiæ in violatores pro aliorum exemplo necessarium, & ordinarium.

87 Dub. 9. an, & qualis probatio sit necessaria, ut procedi possit adversùs violatorem Sigilli? R. si Sacerdos delictum hoc suum ultro confitetur in Judicio, Denuntiator, vel Accusator relevatur à probandi onere *arg. l. generaliter 13. C. de non num. pecun.* & dictum est *Lib. 2. Tit. 18. n. 20.* Si verò Sacerdos id negat, probatio incumbit acculanti, ut denuntianti: quæ propter Sacrilegii istius, naturâ suâ ferè secreti, enormitatem, fieri potest etiam per testes singulares, ita, ut sufficienter probatum intelligatur, si unus testis deponat, hoc tempore, vel loco peccatum, aliquod à Confessario revelatum, alius alio, aut si unus dicat, ab ipso revelatum hoc peccatum, alius aliud. *Tann. tom. 4. D. 6. q. 9. n. 122. Stoz Trib. Pœn. l. 2. q. 4. n. 281. Wiestner hic n. 133. Reiffenstuel ibid n. 18.* Conf. si per hujusmodi testes, vel aliter probatum sit crimen istud, & reus pro sui defensione nihil opposuerit, perinde ut confessus, obnoxius erit pœnis violati Sigilli. *Wiestner n. 130.*

88 Dixi, si nihil opposuerit; nam si Exceptionem aliquam Sacerdos, de crimine hoc inculatus fecerit, spectanda est qualitas hujus Exceptionis; potest enim pro sui defensione allegare, sibi peccatum hoc in Confessione non apertum, sed aliâ viâ innotuisse, & potest dicere, se revelationem istam fecisse cum pœnitentis licentiâ. Si primum, Sacerdos

inculatus tenetur ostendere, quâ viâ, & modo id cognoverit; in qua probatione si defecerit, ob revelationis, quæ explorata est, temere factæ præsumptionem, quæ tali casu contra ipsum militat, plestendus erit, sed quia de Sacrilegio non est convictus, extraordinariâ duntaxat pœnâ, *Abb. in c. omnis 12. h. tit. n. 26. Sylv. V. Confessio 3. n. 5. Palao tr. 23. D. un. p. 19. §. 1. n. 11. Lugo D. 23. n. 151. Pignatell. tom. 7. consult. 54. n. 12. Wiestner n. 131. Reiffenstuel n. 7. §. 13.*

Si secundum, cum *Lug. l. cit. Wiestner n. 132. Reiffenstuel n. 14. §. 15.* distinguendum est, an accusator sit ipse pœnitens, vel alius tertius. Si ipse pœnitens, licentiâ ab hoc sibi datam probare debet Confessarius; quia est facti quæstio, quæ ab allegante probari debet: unde hoc casu ad licentiâ sibi datâ probationem, sive purgationem Confessario deferendum Juramentum, & huic præstatio acquiescendum est: imò, ut *Dian. p. 5. tr. 11. res. 52. Wiestner n. 132. §. non malè, Reiffenstuel n. 16.* notant, si revelatio pœnitenti, aut ejus complici parum, aut nihil damni afferat, & Confessarius sit vir prudens, vitæque, & famæ integræ, standum est ejus assertioni simplici, & non juratæ, contra inficiationem pœnitentis. Secus, si pœnitens sit probatæ vitæ, eique, vel tertio revelatio graviter damnosa sit. *Wiestner, Reiffenstuel l. cit. Caeteris tamen paribus in dubio potius Confessario, quam pœnitenti credendum; quia in factis, quæ ad Officium ejus spectant, & aliter sciri non possunt, præsumptio est pro Judice. Wiestner l. cit. Reiffenstuel n. 17. la Croix tom. 7. n. 1989.*

Si verò accuset aliquis tertius, accusatori incumbit probare, licentiâ non esse datam à pœnitente, propter præsumptionem militantem pro Confessario, qui tamdiu præsumitur vir bonus, & nihil deliquisse contra Sigillum, quamdiu contrarium non probatur *c. un. de Scrutin. c. fin. de Præsumpt. & l. meriti 51. ff. pro Socio.*



S. II.

De Pœnitentia, prout est Satisfactio pro peccato.

S U M M A R I U M.

91. Pœnitentia alia est Publica, alia Privata.
 92. Publica alia Solennis, alia non solennis.
 93. Differentia inter istas.
 94. &c. Qualis pœnitentia imponenda sit pro peccatis publicis?
 98. &c. Quâ pœna plectatur occisor Presbyteri?

101. &c. Quæ sit pœna Medici, non momentis egrotum de Confessione facienda?
 103. &c. Quid sentiendum de muliere, quæ prolem ex adulterio suscepit, vel alienum partum inscio marito suppositum?
 108. &c. An ista crimen manifestare teneatur, saltem proli spurie, vel suppositivæ?
 111. &c. Ad quid teneatur adulter?

91. **Q**uæritur 1. quomplex sit Pœnitentia hoc sensu accepta? R. duplex est, Publica, & Privata. Publica est, quæ imponitur, & peragitur pro manifestis peccatis juxta c. manifesta 1. h. tit. Privata est, quæ imponitur peccatis arcanis in actu Sacramentalis Confessionis, & privatim etiam peragitur.

92. Publica alia est Solennis, alia non solennis. Publica, & Solennis est, quæ olim injuncta fuit initio Quadragesimæ, servatis certis ritibus, & solemnitatibus, quæ exprimuntur can. in capite 64. dist. 50. Non solennis dicitur illa, quæ sit publicè, & in facie Ecclesiæ, non tamen cum prædictis solemnitatibus Jure præscriptis, veluti cum injungitur alicui peregrinando cum pœra, & baculo benedictis. Prior non amplius in usu est hodie; sed nec olim imponi poterat Clericis, nisi depositis, & quidem sine sœ restitutionis can. Sacerdos 2. de Pœnit. dist. 6. & ibi Gloss. V. peregrinando, can. confirmandum 65. dist. 50. can. Presbyter 12. dist. 81.

93. Different inter se Pœnitentia publica solennis, & non solennis. 1. quia solennis tantum ob graviora peccata, quæ Communitati, & Reip. toti scandalosa, & perniciosa erant, imponebatur can. placuit 68. dist. 50. non solennis imponebatur pro peccatis gravioribus quidem publicè admissis, sed talibus tamen, ex quibus non ita grave scandalum ortum fuerat can. de pœnitentibus 17. de Consecr. dist. 3. 2. Pœnitentiam Solennem tantum Episcopus injungere poterat c. accedentibus 15. de Privil. non solennem verò etiam simplex Sacerdos c. ministerium 2. de Offic. Archiepiscop. 3. Solennis, ut dictum est n. præc. initio solum Quadragesimæ, non solennis quovis anni tempore fiebat. 4. prior semel tantum in vita peragi poterat can. si quis 61. dist. 50. ad non solennem verò sæpius quis admittebatur. 5. non solennis indistinctè Laicis omnibus imponi poterat; solennis verò conjugatis

non nisi consensu conjugis can. fin. caus. 33. q. 4. 6. solenniter pœnitentes fiebant infames; non ita fiebant infames, qui publicam, sed non solennem agebant pœnitentiam. Potro hæc infamia incurrebatur non ratione pœnitentiæ, quæ infamiæ causa esse non poterat, sed ratione propalati, & promulgati criminis. Et hujus Infamiæ effectus erat, ut sic pœnitentes nec ad Ordines promoveri, nec in susceptis ministrare potuerint can. illud 66. dist. 50.

Quæritur 2. qualis Pœnitentia imponenda sit pro peccatis manifestis, & publicis? Publicam imponi præcipit c. manifesta 1. h. tit. ibi, Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda. Ex altera verò parte non videtur hoc bene statutum in universali; nam peccatorum correctio ex eorum gravitate, non autem ex eo est æstimanda, an publicè, an privatim commissa sint; sic enim pro peccatis venialibus, etsi palam admissis, nunquam tamen Pœnitentia publica imponitur: & sæpe gravius crimen est, quod occultè committitur, igitur videtur non rectè in præsentī statutum esse absolute, ut peccata manifesta sine discrimine corrigantur per pœnitentiam publicam.

Sed defendenda tamen est assertio c. 55. manifesta cit. & dicendum, extra Confessionem Sacramentalem saltem, si publica peccata corrigenda occurrant, imponendam pro ijs Pœnitentiam publicam. Probant assertionem hanc etiam alii textus Juris Canonici can. si peccaverit 19. caus. 2. q. 1. can. si quis 31. caus. 23. q. 4. can. fin. caus. 15. q. 5. can. ego 42. de Consecr. dist. 2. Confirmant etiam complura Concilia, Rhemens. 2. can. 31. Arelat. 2. can. 26. Carth. can. 46. & maxime Trid. sess. 24. c. 8. de Reform. Assentiuntur DD. Covar. l. 2. var. c. 10. Bellarmin. tom. 2. contr. l. 1. de Pœnit. c. 21. & 22. Cellotius l. 2. de Hierarch. c. 18. Gonzal. in c. manifesta cit. n. 2. Pithing hic n. 2. Engl. ibid. n. 1. Nec

Nec ratione caret decisio ; nam præcipuus finis poenarum est , ut ipsi rei emendantur , & alii exemplo terreatur. ad hunc finem autem plurimum conducit Poenitentia publica , si peccatum fuit publico omnibus scandalo. igitur rectè statuitur , ut peccata publica publicâ correctione emendantur , ut ita populus , qui ob peccatum scandalum passus est , videat illud non impunitum manere , & in eo , in quo scandalum passus est , poenitentia agnoscat exemplum.

96 Dixi autem in Responsione , *Extra Confessionem Sacramentalem saltem* ; nam pro peccatis , in Confessione Sacramentali auditis , etiam publicis , nisi poenitens tacite , vel expressè consentiat , non potest injungi à Confessario Poenitentia publica. Ita Navar. in *can. 2. de Poenit. dist. 6. n. 87. seq. & in Man. c. 8. n. 10.* Ratio est , quia tali facto Confessarius significaret , poenitentem sibi gravia peccata confessum esse , & sic indirectè revelaret confessionem. Unde cum *c. manifesta cit. & in Trid.* dicitur , manifestis peccatis publicam Poenitentiam imponendam , id intelligendum est non de Sacramentali Poenitentia , sed de ea , quæ in foro externo imponitur. Interim tamen Confessarius etiam in foro conscientia obligare potest , & debet publicum peccatorem , ut etiam publicè se ostendat emendatum : imò aliquando oportebit , absolutionem eò usque differre , ut ita tollatur scandalum. Porro quæ in hoc foro Conscientia imponenda sit Poenitentia ; quæ ejus imponendæ obligatio in Confessario , exequendæ in poenitente , item quis sit ejus effectus , à quo , & quomodo commutari possit , ad alia properans , Theologis tractandum relinquo.

97 *Ad Rationem dubitandi allatam n. 94.* licet atrocitas , & gravitas delicti attendatur ad poenam injungendam , tamen quoad modum Poenitentia publicæ , seu privatæ tantum inspicitur scandalum , seu notorietas peccati : unde primis Ecclesie temporibus non tantum , qui graviora peccata commiserant , verum etiam , qui minora fecerant , si publica illa erant , Poenitentiam publicam peragebant , ut testis est Cyprian. *Epist. 47.* Quod de peccatis venialibus additur , nihil obest ; semper enim Ecclesia ea peccata ut levia excutiebat , & ita ob illa Poenitentiam publicam nunquam indixit.

98 Queritur 3. quâ poenâ plectatur officiorum Presbyteri ? R. hæc præscribitur *c. qui Presbyterum 2. b. tit.* & est triplex. 1. ut poenitentiam agat duodecim annis v. g. jejunando certis diebus in hebdomada , peregrinando , vel aliud opus Poenitentia exercendo arbitrio prudentis Confessarii.

2. Ut privetur in perpetuum cingulo militari : quibus verbis Sanch. l. 7. de *Matr. D. 6. Gibalin. de Censur. in Synops. V. Homicidium* , & alii putant , significari , occidendi Presbyterum juberi , ut arma non ferat , nec inter milites numeretur. Gonzalez verò in *c. qui Presbyterum cit. n. 3.* putat , majorem poenam his verbis contineri , & hujusmodi Homicidæ non tantum prohiberi delationem armorum , sed potius , ne ulla deinceps munera Reip. seu Sæcularia obeat : & dat rationem ; quia militare in SS. Canonibus sæpe pro negotio , curationeque Reip. usurpatur , & militia cingulum suscipere , vel deponere significat munera seu officia Reip. suscipere , vel deserere.

3. Præterea is , qui occidit Presbyterum , privabatur facultate contrahendi Matrimonium , & cogebatur ducere vitam solitariam , ut sic ne nomen quidem suum per hæredes , & sobolem à se susceptam ad posteritatem transmitteret. Sed hoc impedimentum Matrimonii , & tota poena ista jam consuetudine abrogata est : cui nunc successit Excommunicatio major , & Irregularitas , quæ per ejusmodi occisionem facto ipso incurritur. Imò etiam , cum adhuc vigeat hic poenitentia modus , Sacerdos , ut Vivian. in *c. manifesta vii.* notat , mitigare poenam hæc poterat , & imponere leviozem , vel si peccatoris contritio tanta fuisset , eundem absolvere absque injunctioe alicujus Poenitentia exterioris.

Queritur 4. quæ sit poena Medici , non momenti ægrotum de Confessione faciendâ ? Medicis corporum præcipitur *c. cum infirmitas 13. b. tit.* ut cum ad infirmos in lecto jacentes vocantur , ante omnia ipsos moneant , & inducant , ut Medicos animarum advovent , iisque confiteantur : & ibidem sancitur , ut si quis Medicus hanc Constitutionem post publicationem illius transgressus fuerit , tandiu ab Ecclesie ingressu arceatur , donec satisfecerit competenter. Decretum hoc innovavit *S. Pius V. Mot. propr. incipit Super Gregem Dominicum edito 8. Mart. 1566.* & addidit , ne Medicus ultra tertium diem ægros visitet , nisi Confessarius ex justa causa longius tempus concedendum infirmo judicet. 2. ad infirmum non redeat , nisi eidem per fidem Confessarii in scriptis factam constiterit , infirmum peccata sua confessum fuisse. 3. præcipit idem Pontifex Universitatibus , & Collegiis , ut cum licentiam medendi alicui conceperint , aut ad Doctoris Gradum promoverint , exigant ab eo Juramentum hæc servandi ; alioquin perpetuam infamiam incurrant , & è Medicorum Collegio ejiciantur , Gradusque Doctoratus priventur , additâ poenâ arbitrariâ à Judice imponenda. Verum hæc Bulla in Pro-

Provinciis nostris vel nunquam fuit usu recepta, vel jam per desuetudinem est abolita, ut notant *Wagnereck Exeg. c. cum infirmitas cit. Wiestn. n. 13. hic, & alij.*

101 Ubi viget Constitutio hæc, notandum 1. locum illam habere solum, quando morbus est periculosus, vel ubi dubium est, ne sit periculum mortis. *Navar. Man. c. 25, n. 61.* Neque obest, quod c. cum infirmitas cit. morbi in genere, non periculosi tantum mentionem faciat; nam etsi fortè explicatio hæc textui sit conformior, tamen, ut *Pirhing hic n. 17.* advertit, contrarium receptum in praxi est. 2. monitio hæc fieri debet vel per ipsum Medicum, antequam medicinas applicet, vel per alium e. g. Parochum, aut aliquem ex domesticis, aut qui ei infervit; & ita Constitutionem illam receptam, & observari esse testatur *Navar. l. cit.* 3. si in rmus post monitionem factam confiteri nolit, non ideo deferendus est à Medico; quia videtur esse contra ordinem Charitatis, non subvenire agro in ea necessitate, qui fortè desperans obibat, vel si Medicus eum non desererat, fortè convalesceret, & respiceret, obstinatione deposita.

102 Queritur 7. quid sentiendum de muliere, quæ prolem ex adulterio suscepit, vel alienum partum inscio marito sibi suppositum? De hac celebris est decisio Innocentii III. c. officii 9. h. tit. ubi Legato suo consulenti rescribit, tali mulieri, etsi factum hoc ex metu gravis mali, quod à marito sibi imminet, manifesta e nolit. Pœnitentiam tamen non esse denegandam. *Sed hinc oritur dubium.* an ergo uxor teneatur marito manifestare, quod prolem ex adulterio suscepit, vel alienam per fraudem supposuerit? *Ratio dubitandi* est, quia nisi factum manifestet, proies spuria, vel supposititia, simul cum veris proli-bus adibat hæreditatem patris putatini, sicque pars, quæ huic cederet, decederet reliquis. Atqui istud ne fiat, cavere uxor tenetur; alias consentiret ad damnum eorum concurrissse. igitur tenebitur prodere. 2. si esset aliqua ratio, ob quam excusaretur ejusmodi uxor à manifestanda fraude sua, vel delicto, esset, quia timeretur scandalum inde oriturum. atqui, ut *reg. 3. de R. J. dicitur, utilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur.* 3. testis, qui falsum deposuit adversus innocentem, juxta communem DD. tenetur retractare mendacium, & famam innocenti restituere, etsi hoc factò periculum gravissimæ infamæ, imò etiam Talionis incurrat, si aliter famam alterius reparare nequeat. ergo nec mulierem hanc excusabit infamæ, & vitæ periculum.

104 Sed his non obstantibus, dicendum, quod ejusmodi uxor regulariter non teneatur. *R. P. Schnatzgrueber L. V. T. II.*

tur ad manifestandam prolem spuriam, vel suppositam, cum vitæ, aut etiam infamæ gravis periculo. Ita *Scot. in 4. dist. 15. q. 2. Sylv. V. adulterium n. 2. Abb. in c. officii 9. h. tit. n. 5. Navar. Man. c. 17. à n. 88. Covar. reg. peccatum p. 1. pr. n. 3. & 6. Gutier 99. can. l. 1. c. 38. n. 9. Molin. D. 102. n. 9. Vivian. in c. officii cit. Fagnan. ibid. n. 7. & 8. Pirhing hic n. 21. Wiestner ibid. n. 137. Sumitur ex c. officii cit. ubi Innocentius III. mulieri, adulterinam, vel suppositam pro mariti prole alenti, pœnitentiam, & absolutionem Sacramentalem non denegat ex eo, quod viro suo crimen suum recuset detegere, licet eo non detecto, marito in bonis aliena proles succedat. debuisset autem ipsi negari absolutio, si obligaretur ad criminis sui revelationem cum vitæ, aut famæ gravi periculo faciendam; nam ei, qui facere renuit, ad quod in conscientia tenetur, tanquam non rite disposito, Sacramentalis absolutio impertienda non est. ergo &c.*

Ratio autem est 1. quia ex duobus malis minus est eligendum *can. duo 1. dist. 13.* atqui non revelando minus causatur malum, quam revelando scelus, & fraudem; quod si enim fileat, & non manifestet, liberi legitimi patiuntur periculum rerum, si revelet, ipsa subit periculum aut vitæ, aut famæ, quod utrumque est nobilius bonis externis. ergo &c. 2. si quis habeat rem alienam, & hanc restituere nequeat, nisi cum damno, vel periculo bonorum ordinis superioris, non tenetur restituere, ut habet communis doctrina, & teste *Gutier. l. cit. c. 38. n. 10.* passim recepta. atqui bonum famæ, & vitæ sunt bona superioris ordinis, quam sint bona fortunæ juxta illud: *Melius est bonum nomen, quam divitiæ multe.* *Prov. 22.* ergo cum periculo famæ, aut vitæ non tenetur uxor manifestare fraudem, & sic damnum arceret ab aliis. 3. in extrema necessitate vitæ constitutus, pro ejus conservatione potest retinere, imò & accipere, & absumere alienum; nam in tali casu necessitas facit omnia communia. atqui eadem est ratio famæ, quæ vitæ, cum ignominia merus major, quam mortis sit *l. ipsi 8. §. quod si 2. ff. quod met. caus.* igitur & mulier hæc jacturam, & periculum fortunarum alienarum permittere poterit, neque cum gravissimo aut vitæ, aut famæ periculo manifestare tenebitur crimen, aut fraudem suam. 4. obligatio manifestandi crimen hoc, vel fraudem esset nimis difficilis, & valde noxia; nam adultera incurreret gravissimum odium apud maritum suum, & infamaret non tantum se, sed etiam adulterum, & ipsam prolem, quæ publicè haberetur pro legitima; igitur prudenter creditur obligatio ejusmodi non esse imposita. 5. manifestatio hæc,

hec, præter hoc; quod causa esset ad perpetuas vexationes, exprobrationes, dissensiones, rixas, domesticorum odia, aliæque incommoda, quæ sæpe faciunt vitam morte ipsa acerbiorē, ferè nihil afferret commodi; quia non facilè uxori etiam hoc asserenti crederetur, cum præsumptio Matrimonii stet pro filio *l. filium 6. ff. de his, qui sui, vel alien. Jur.*

106. Dixi Regulariter; quia non desunt casus, quibus obligatur ad manifestationem criminis. 1. si uxor aliàs sit malæ famæ, & de adulteriis graviter infamata; tunc enim, si sine periculo corporis, aut vitæ manifestare crimen potest, tenebitur illud manifestare. *Gutier. l. cit. n. 28. Less. l. 2. de Just. c. 10. n. 57. Wiestner hic n. 139.* & alii post *Innoc. in c. officij cit.* 2. si maritus sit vir prudens, & probus, ut ab eo delicti venia facilè impetranda prævideretur. *Gutier. n. 26. Less. n. 58. Wiestn. l. cit.* 3. si ageretur de successione in Regno, vel Ducatu, cui spuria, vel suppositiva proles propter Heresin, vel perditos mores grave damnum allatura meritò timeretur: tunc enim uxor crimen suum, si fidem illius possit facere, manifestare tenebitur etiam cum periculo famæ, aut vitæ suæ; quia horum jactura est damnum privatum, quod cedere bono communi debet. *Less. n. 54. Molin. tr. 3. de Just. D. 101. Laym. l. 3. tr. 3. p. 3. c. 14. n. 1. cum aliis.* 4. quandoque damna, quæ ex adulterio, vel partus suppositione legitimus mariti hæres est accepturus, prudentis arbitrio multò majora sunt iis, quæ ex criminis detectione uxorem manerent, v. g. si hæredi maximæ æstimationis patrimonium, aut majoratus ex suppositione, vel adulterio, ex istorum autem manifestatione uxori solius famæ, non etiam vitæ jactura timenda esset: nam tali casu ad criminis sui revelationem tenebitur, si fidem ejusdem legitimè possit facere; quia licèt fama sit altioris ordinis bonum, quàm res fortunæ, seu temporales, jactura tamen maximæ æstimationis honorum temporalium in communi hominum æstimatione multò gravior, & acerbior est, quàm fama, quæ ex adulterii manifestatione uxorem manet, sicut gravior est jactura maximæ quantitatis argenti, quàm exigua auri, etsi aurum secundum se multò pretiosius sit argento. *Covar. l. cit. n. 6. §. sed si. Sot. l. 4. de Just. q. 7. art. 2. Molin. n. 12.* Contrarium tamen hoc casu sustinet *Navar. Man. c. 27. n. 29. Gutier. l. cit. n. 27.* tum propter *c. officij cit.* indifunctè loquentis generalitatem, tum propter rationes allatas pro sententia communi.

107. Sic limitatæ assertioni non obstant argumenta *n. 103.* opposita. *Ad 1.* non tenetur uxor successione proli spu-

ria, aut suppositivæ impedire cum tanto suo damno; nam damnum vitæ; & famæ, ut dictum est, est bonum altioris ordinis. *Ad 2.* Regula ibi allegata intelligenda est de scandalo passivo, præsertim Pharisæico, h. e. non dato, sed accepto ex opere bono, quod potius permittendum est, quàm relinquatur veritas. Deinde non procedit de omni veritate, sed de ea tantùm, quæ est necessaria ad salutem, qualis respectu uxoris non est revelatio criminis occulti. Potest etiam, ut bene ex *Innoc. explicat Pithing n. 21.* intelligi de veritate Justitiæ; nam Judex, vel testis in Judicio, ad quos pertinet veritatem dicere, propter nullum scandalum possunt illam dimittere, ita, ut non rectè Judex judicet, & testis juret. atqui ex ejusmodi taciturnitate adulteri, vel suppositionis non periret veritas Justitiæ; nam talis mulier solum esset accusatrix vel denunciatrix criminis, non autem Judex, vel testis: constat autem aliunde, quòd cum gravi suo damno nemo teneatur ad accusandum, vel denuntiandum. *Ad 3.* non est paritas cum teste, quia huic retractatio non gravio-rem, nec in altioris ordinis bonis constitutam jacturam asserit, quàm falsa depositio innocenti.

Quæritur 6. an crimen adultera, vel quæ partum alienum supposuit, manifestare debeat saltem proli spurie, vel suppositivæ? *Ratio dubitandi est,* quia tenetur compensare, aut impedire damnum, quod inde maritus, & hæres illius legitimi patiuntur, si hoc compensare, vel impedire absque graviori, & majori bonorum suorum jactura possit, atqui potest, si in secreto proli spurie, vel suppositivæ manifestet, eique suadeat, ut à putativæ patris hæreditate absteat, & hoc quidem potest absque periculo vitæ, aut famæ suæ; nam proles spuria crimen maternum, eò, quòd illud in suam etiam infamiam redundet, potius silentio celatura, quàm vulgatura creditur, ergo &c.

Sed distinguendum est: Vel enim, uxor hujusmodi habet bona propria, ex quibus marito, & aliis ejus liberis, vel hæredibus damnum compensare valet, vel non habet talia bona, quæ ad damni compensationem sufficient. *Si primum,* eo casu sufficiet, si tantùm de suo legitimis hæredibus donet, vel relinquat, quantum spurie, vel suppositivæ proli ex bonis mariti accedit, nec tenebitur revelare suum crimen *Fagnan. in c. officij cit. n. 28. Wiestn. hic n. 141.* Ratio est, quia si manifestare suum crimen teneretur, teneretur ob eum finem, ut impediret damnum mariti, vel hæredum illius, atqui tantum dando, vel relinquendo jam sufficienter cavetur horum indemnitati. ergo &c. Casu au-

autem, quo marito mortuo, filius Spurius, aut Suppositivus jam adit hæreditatem patris putativi, & adultera nescit, ad quem bona mariti aliàs fuissent perventura, eò, quòd filios maritus ex ea non susceperit, ipsa tantundem debitor erogare in pauperes, quantum Spurius, vel suppositivus ex hæreditate accepit; quia tunc sunt bona incerta ex delicto, & secundum communem in pauperes, vel alias causas pias erogari debent, Pirhing n. 21.

110 Si secundum, videndum, an possit proli spurie, aut suppositivæ probare suum crimen, & speret, se ab hac obtenturam fidem, & secretum, an verò non. Si prius, tenetur proli spurie, vel suppositivæ crimen aperire, & suadere, ut hæreditati renuntiet, vel Clericalem, aut Religiosum, præsertim Mendicantium Statum suscipiat; hoc enim suadet ratio supra allata, & ex communi docet Less. c. 10. cit. n. 47. Fagnan. n. 27. Wiestner n. 141. Exiipe, si revelatio hujusmodi sine gravi periculo revelantis fieri non possit; nam si timerentur inde oritura gravia scandala, & damna corporis, vel animæ, tacere deberet, & procederet ratio supra allata, quòd ex duobus malis minus sit eligendum.

111 Si posterius, & mulieri nec facultates suppetant, ex quibus damnum compensare occultè possit, nec argumenta habeat, quibus Spurio, aut suppositivo crimen suum satis probare possit, vel si probare id quidem eidem possit, sed ab hoc sperare secretum nequeat, rectius filebit, & dolebit de peccato cum proposito satisfaciendi, cum primum poterit: & ratio est, quia tali casu frustra crimen revelaret, cum ei, præsertim turpitudinem suam alleganti, filius credere, & hæreditate abstinere non teneatur, utpote existens in possessione filiationis tandiu, donec ipsi probetur contrarium c. per tuas 10. de Probat. Neque fidem mater faciet, etiam si crimen Juramento testetur filio, nisi alia simul argumenta afferat, quæ dubium tollant; quia nemo unius tantum, etiam fide digni, & minimè suspecti testimonio, etiam jurato, in sui præjudicium tenetur credere. Accedit, quia si simplex, aut etiam jurata matris assertio liberos possit à possessione filiationis dejicere, periculum foret, ne subinde ob amorem in unam, & odium in aliam prolem proles etiam legitime procreata acceretur à successione. Abb. in c. per tuas cit. n. 9. Felin. n. 16. Gonzal. n. 2. Wiestner n. 142. Unde etiam sequitur, quòd si ejusmodi famina, aliunde ad Sacramentum Pœnitentiæ rite disposita, accederet Confessionale, & confiteretur hoc crimen, absolvi debeat, imposita ei competente Satisfactione, seu Pœnitentiâ, etiam si crimen marito, aut filio revelare

R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

nollet; nam ita decernitur c. officii cit. & docent Host. hic V. tenetur, Navar. c. 16. n. 47. Fagn. n. 17. Pirhing n. 22. Suadebit tamen eo casu Confessarius ejusmodi famina, ut emolumenta mariti, & filiorum legitimorum, quibus modis potest, promoveat, sumptus consuetos minuat, labori, si talis conditionis sit, ut labore manuum vitam toleret, inset vigilantibus &c.

Quæritur 7. ad quid teneatur adulter? cum distinctione: Vel enim hic ex assertione adulteræ, aliisque sufficientibus argumentis rationabiliter persuadet sibi, aut persuadere debet, prolem ex se esse genitam, vel in utramque partem probabiliter dubius est, utrum ex se sit genita, vel ex marito adulteræ. Si primum, in conscientia obligatur ex Justitia, cum hoc potest, restitutionem imprimis facere patri putativo pro expensis, quas ille fecit ad alendam, vel dotandam prolem non suam: deinde compensare tenetur damnum, quod per hoc factum est reliquis ejusdem Liberis, aut hæredibus legitimis per intrusi illegitimi successione. Sylv. V. adulterium n. 7. Navar. c. 16. cit. n. 43. Less. l. 2. de Just. c. 10. n. 42. & 45. Molin. tr. 3. D. 10. n. 3. Laym. libr. 3. tr. 3. p. 3. c. 14. n. 2. Gutier. c. 38. n. 38. Wiestner n. 146. Ratio est, quia adulter damnorum istorum causa moralis fuit eo ipso, quòd voluntariè exercuerit actum, ex quo suapte naturâ prolis generatio sequi solet, ut plurimum conjuncta cum damno mariti, & legitimorum ejusdem Liberorum. Rectè tamen monet Laym. l. cit. adulterum sæpe excusari ab obligatione ista compensationis damnorum, & 1. quidem, si deficient ipsi media ad compensandum l. nam is 6. ff. de dol. mal. 2. si compensatio ab eo fieri nequeat sine gravi aut vitæ, aut famæ periculo. 3. si facta sit compensatio ab adultera, aut credatur facienda &c.

Si secundum sit, & adulter dubitet, an proles ex se, an ex marito sit genita, variant DD. Sot. l. 4. de Just. q. 7. art. 2. Navar. c. 16. cit. n. 49. Less. c. 10. n. 19. Gutier. n. 36. eo casu absolvunt adulterum ab obligatione aliquid restituendi, vel compensandi. Rationem dant, quia nemo tenetur solvere, & re sua se spoliare, priusquam ostendatur debitor. Confirmat doctrinam hanc Sententia Medicorum, qui testantur, casu, quo concurrunt diversa femina, generationem fieri ex semine consueto, atque ad eò ex mariti. Contrarium defendunt Molin. D. 103. cit. Laym. n. 3. & alii, qui putant, saltem pro ratione dubii resarciendum damnum esse: & probant ex naturali æquitate, quæ suadet, ut cum dubium sit inter maritum adulteræ, & adulterum, uter eorum sit pater prolis, uterque contribuat secundum pro-

proportionem probabilitatis, & non unus eorum omnia alimenta præstare teneatur, & alter nihil. *Conf.* quia si constat delictum admissum esse, & dubium sit, an damnum, quod postea ortum est, secutum sit ex delicto, vel non, præsumptio esse solet contra nocentem, seu delinquentem, ita, ut ipsi incumbat probatio, quod ex actione sua damnum non sit secutum, si actio illa talis fuit, ut sequi ex illa damnum tale consueverit: & ratio est, quia in dubia causa potius favendum est innocenti, quam nocenti.

114 Ego iudicò, utramque sententiam in praxi esse probabilem: probabilior, sistendo saltem in foro conscientie, videtur altera ex allatis rationibus. Dixi, sistendo in foro conscientie; nam in foro externo, nisi probari legitime possit, quod proles sit suscepta ex adulterio, præsumitur legitima, & hoc in favorem prolis, & Matrimonii: atque hinc eo casu adulter ad alimenta præstanda huiusmodi proli cogi non potest à iudice.

Ad Argumentum contrarie sententia dici potest, neminem teneri spoliare se sua, & debitum solvere, si ipse sit in possessione immunitatis à solutione; non verò si adversus ipsum sit præsumptio, ita, ut eidem incumbat onus probandi, se immunem esse, uti contingit in casu nostro. *Ad Conf.* testimonium Medicorum solum probat, quod filius in dubio se legitimum reputare possit, non autem, quod etiam adulter ab obligatione compensandi saltem ex parte damnum se possit excipere; nam innocentia, & favor filii omni jure id meretur, ut legitimus censeatur, donec demonstretur esse illegitimus, ac proinde à possessione legitimatis ob dubium deijci non debet *arg. Reg. 65. in 6.* at verò adulterum constat causam injustam fuisse, ut maritus alimenta præbeat filio, tanquam certo, & indubitato, qui tamen re ipsa dubius est: quod damnum, cum pretio æstimabile sit, marito compensari debet.

§. III.

De Indulgentiis.

S U M M A R I U M.

116. Definitio Indulgentie.

117. &c. Varietas.

120. Quis concedere eas possit?

121. Vel non possit?

122. Quomodo concedi possint à Pontifice.

123. &c. Quomodo ab Episcopis, Archiepiscopis &c.

126. &c. An facultas concedendi Indulgentias possit obtineri consuetudine?

129. &c. An ad eas concedendas requiratur causa iusta, & rationalis?

132. Quid requiratur ad lucrandas Indulgentias?

133. An opera præscripta debeant fieri cum intentione lucrandi Indulgentias?

134. 135. Quamdiu durent Indulgentie?

136. Quando incipiant, & cessent, datæ ad certum diem, vel annos?

Indulgentie ad Remissiones pertinent, de quibus altera Rubricæ pars; nam duplex Remissionum genus in Ecclesia est, unum culpæ, quod maxime fit per Absolutionem Sacramentalem; alterum pœnæ, quod extra Sacramentum fit per Indulgentias. De priori extra ea, quæ hæcenus dicta sunt, nihil attinet ulterius addere: de posteriori.

116. Quæritur 1. quid sint Indulgentie, & quàm antiquus earum usus? *Indulgentia*, ut hoc loco, & ex communi fidelium usu nomen istud accipitur, est relaxatio pœnæ temporalis, pro peccatis actualibus remissis debite, per applicationem meritorum Christi, & Sanctorum. Læf. Zecch. tr. de Indulg. c. 1. n. 7. Laym. l. 5. tr. 7. c. 1. n. 1. Pirhing hic n. 37. König n. 22. Wiestner *ibid.* n. 147. la Croix tom. 6. n. 1301. Resp. 1. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 3. n. 274. Usus Indulgentiarum in Ecclesia antiquissimus est prout Bonifacius VIII. Extr. 1. in c. comm. h. tit. & Conc. Trid. sess. 25. in Decret. de Indulg. declarat, & ex traditione, ac continuo usu Ecclesiæ, prætorumque PP. & Conciliorum testimoniis ostendunt Bellarm. l. 4. de Pœnit. c. 3. Suar. D. 49. sect. 2. de Pœnit. &c. Imò indulgentiarum usum ab ipsis Apostolis derivatum verisimiliter colligit idem Suar. *loc. cit.* n. 3. ex 2. Corinth. 2. v. 10. ubi Apostolus incertuosum, quem corpore quidem absens, præsens autem Spiritu 1. Corinth. 5. v. 3. excommunicatum pœnis Ecclesiasticis subjecerat, Spirituali clavium potestate absolvit, pœnâ etiam temporali, quæ remanserat remissa, prout indicant verba, ibi, *Sufficit illi, qui huiusmodi est. objuratio hæc, & infra, Nam ego, quod donavi, siquid donavi, propter vos in persona Christi, ubi Chrysost. Theophylact. Theodoret. Oecumen. Ambros. & alii expostores ad-*

tunt,

tunt, Paulum usum fuisse verbo significante liberalem remissionem, & condonationem, hancque veram, Indulgentiam & per potestatem à Christo datam fuisse, Suarez colligit ex verbis, *In persona Christi*.

117 **Quæritur 2.** quæ sit Indulgentia? **1.** variaz sunt partitiones. **1.** enim ratione effectus dividitur in Totalem, & Partialem, *Totals*, quæ etiam *Plenaria* dicitur, est per quam simpliciter tota pœna, in Purgatorio pro peccatis luenda, remittitur, *Partialis*, seu *non plena*, per quam solum remittitur aliqua pars pœnæ in hac, vel in altera vita exsolvendæ, Palao *tr. 24. D. un. p. 3. n. 1.* Engl *hic n. 13.* König *n. 23.* Wiestn. *n. 151.* la Croix *tom. 6. n. 1391.* Magnif. P. Schmier *p. 1. de Delict. c. 3. n. 281.* *Posterior*, seu *Partialis* alia est indeterminata, alia determinata. *Indeterminata* est, quando conceditur remissio tertia, vel quarta partis pœnarum debitæ; nam cum in diversis subjectis debita sint inæqualia, pro qualitate istorum effectus remissionis inæqualis erit, & respectu unius major, respectu alterius minor. *Determinata* verò, quando conceditur remissio pœnæ in determinata aliqua quantitate, e. g. decem, aut centum annorum, unius, aut plurium Carenarum, Quadragnarum &c. Dicitur autem *Carenæ* à *Carentia*, & erat olim pœnitentia sustinenda per jejunium in pane, & aqua per 40. dies; *Quadragesima* autem erat pœna, quæ per Quadragesimam subiri debebat; unde, quando in Bullis Pontificum dicitur, quod detur Indulgentia *Carenæ*, *Quadragesimæ* &c. sensus est, remitti tantam pœnam, quanta deletur per pœnitentiam 40. dierum &c. Palao *l. cit. n. 2.*

118 **2.** Dividitur Indulgentia ratione eorum, pro quibus Indulgentiæ conceduntur; nam aliæ dantur *pro vivis*, & per modum absolutionis, aliæ *pro Defunctis*, & per modum suffragii, seu solutionis. Nam Papa, cum in animas Defunctorum Jurisdictionem non habeat, non potest dare illis Indulgentias per modum Jurisdictionis eas absolvendo à pœnis; sed solum hæ ipsi applicantur per modum Suffragii, dum ab alio vivo præstantur opera pro Indulgentia requisita, & hæ offeruntur DEO tanquam solutio pretii adjunctis precibus, ut illam misericorditer acceptet, & pœnam temporalem animabus, in Purgatorio detentis, remittat, Suar. *D. 53. sect. 2. n. 2. & sect. 3. n. 15.* Coninck *D. 12. dub. 10.* Laym. *l. 3. tr. 7. c. 7. n. 3.* Palao *l. cit. p. 10. n. 2.* Vallens. *hic §. 20. n. 1. ¶. longè.* Wiestner *ibid. n. 154.* la Croix *tom. 6. n. 1315.* Magnif. P. Schmier *c. 3. cit. n. 283.* *Querunt* hic aliqui, an Indulgentiæ, pro defunctis concessæ, habeant effectum certum, & infallibilem, an verò

tantum profint secundum liberalem, & congruam DEI acceptantis voluntatem? Infallibilem esse negant Richard. Durand. Cajet. Cordub. Can. Petr. de Sot. Henric. Laym. Bonacin. &c. Affirmant S. Thom. Dom. Sot. Navar. Suar. Valent. Coninck, Benson. quorum sententiam veriorē existimat Palao *l. cit. n. 4.* & deducitur ex Bulla Leonis X. ad Cajetan. in qua æqualiter, & absolute tum vivis, tum defunctis promitti videtur liberatio à pœnis.

3. Dividitur Indulgentia in Personalem, Localem, & Realem. *Personalis* est, quæ per se, ac directè personis conceditur sine determinatione ad certum locum, vel rem materialem. *Localis*, quæ certo loco affixa est v. g. Ecclesiæ, Altari &c. *Realis*, quæ rei certæ, ut rosario, numismati, crucibus &c. Palao *l. cit. p. 3. n. 13.* König *hic n. 25.* Wiestner *n. 152.* la Croix *n. 1313.* Schmier *n. 282.* cum aliis.

4. Dividitur in Perpetuam, & Temporalem, *prior* durat, donec revocetur, vel intereat res, aut sine spe reedificationis destruat locus, cui directè concessa est. *Posterior* datur ad certum tempus, eoque exacto finitur, Wiestner *n. 153.* Schmier *n. 284.*

Quæritur 3. quis possit concedere¹²⁰ Indulgentias? **1.** ex plenitudine potestatis *Summus Pontifex* concedere potest Indulgentias cujuscunque generis *Extrav. unigenitus 2. in. comm. b. tit.* nam à Christo generalem accepit potestatem dispensandi Thesaurum Ecclesiæ. Palao *tr. 24. D. un. p. 5. n. 1.* Vallens. *hic §. 21. n. 1.* Engl *n. 16.* König *n. 27.* Wiestner *n. 150.* §. 156. la Croix *tom. 6. n. 1317.* Magnif. P. Schmier *p. 1. de delict. c. 3. n. 277.* **2.** *S. R. E. Cardinales* concedere Indulgentias in Ecclesiis sui Tituli possunt ad 100. dies: sed hoc non jure communi, sed speciali, scilicet ex privilegio, ut Bolognet. *de Indulg. n. 21.* vel ex jure non scripto, & consuetudinario, ut Zoel. *hic n. 10.* Gobat *de Indulg. n. 55.* la Croix *n. 1321.* advertunt,

3. *Legati Sedis Apostolicæ*: quanta verò circa hoc potestas iisdem competat, quia jure communi expressum non est, ex usu, & commissione, sive Litteris Legationis desumi debet. Communiter dare possunt Indulgentias ad 100. dies. Vallens. *§. 21. n. 3.* König *n. 27.* Wiestner *n. 158. ¶. non minorem.* la Croix *n. 1322.* **4.** *Episcopi* in sua Diocesi: & quidem isti in Dedicacionibus Ecclesiarum possunt dare Indulgentias unius anni, in earum anniversariis 40. dierum *c. cum ex eo 14. h. tit.* Barbosa. *de Offic. Episc. alleg. 88. n. 14.* Vallens. *l. cit. n. 2.* Engl *n. 16.* König *n. 27.* Wiestner *n. 157.* Schmier *n. 278.* §. 279. Et hæc Indulgentias concedendi potestas competit Episcopis etiam non consecratis, mo-

dò confirmati sint; quia Indulgentiarum concessio non est actus Ordinis, sed Jurisdictionis Episcopalis. Vallens. n. 4. Engl. n. 19. §. Archiepiscopi tam pro sua Diocesi (quia in hac possunt, quod Episcopi) quam pro sua Provincia, seu pro Ecclesiis Suffraganeorum suorum, etiam extra visitationis tempus, & dum extra Dioceses ipsorum existunt; (quia Indulgentiarum datio est actus Jurisdictionis voluntariae) & quidem in his concedere possunt 40. alios dies præter concessos à proprio Episcopo, ita, ut Ecclesias hæc visitantes 80. dierum Indulgentias simul lucrentur. Suar. D. 55. sect. 3. n. 7. Palao p. 5. cit. n. 8. Wiestner n. 158. la Croix n. 1321.

121. *Contra* exploratum est, quòd Indulgentias dare non possint. 1. *Parochi*; quia carent Jurisdictione fori externi. 2. *Capitulum Cathedralis, Sede vacante*; quia ad hoc tantum devolvitur Jurisdictio necessaria. 3. *Vicarius Generalis Episcopi, vel Capituli, Sede vacante*; quia Indulgentiarum concessio reservatur Dignitati Episcopali. 4. *Prælati Sæculares inferiores Episcopo*, nisi ex speciali privilegio, consuetudine, vel præscriptione hæc potestas sit ipsis concessa; quia de Jure communi potestas hæc ipsis concessa nupiam probari potest. 5. *Prælati, Abbates, & alii Superiores Regulares*, nisi similiter privilegio à Papa concessio muniti sint: quale tamen privilegium permulti illorum habent respectu subditorum suorum, ex cuius prointentione, quanta cuiusque potestas sit, desumendum est. Navar. de Indulg. notab. 30. n. 14. Palao tr. 24. D. un. p. 6. n. 4. Wiestner n. 159.

122. *Quæritur* 4. quomodo Indulgentiæ concessæ possint? & Summus Pontifex habet quoad hoc potestatem prorsus illimitatam: unde valebunt Indulgentiæ ab ipso concessæ, cujusunque generis illæ sint, & quibuscunque concessæ, modò ex causa iusta, & rationabili concessæ sint; nam sine hac concessæ non valent, prout dicitur *infra* n. 130. Præterea publicari non debent primò sine licentia, & approbatione Ordinarii, ut habet *textus*, & *Declarat. Card. in Trid. sess. 21. c. 9. de reform.* Dixi primò; nam Indulgentias, jam olim sibi concessas à Summo Pont. publicare Religiosi, & alii, quibus concessæ sunt, possunt, nullo verbo cum Ordinariis factò. Joan. Gallermart ad Trid. l. cit. V. *Indulgentias*.

123. Episcopis verò, & Archiepiscopis variè potestas hæc limitata est. Et 1. quidem quoad quantitatem Indulgentiæ; nullus enim inferior Pontifice, seclusa Papæ delegatione, dare potest Indulgentias plenarias, sed tantum partiales, & limitatas ad certum tempus, e.g. 100. aut 40. die-

rum. Estque concessio, si ultra limites statutos sit, ipso Jure nulla quoad excessum c. Romana 1. c. fin. b. tit. in 6. Dixi quoad excessum; nam quoad eam partem, quæ numerum præscriptum non excedit, valet concessio: & ratio ducitur ex Regula universalis, quòd utile per inutile vitari non debeat Reg. 37. in 6. quando parsutiles separari potest ab inutili, ut in proposito nostro est numerus dierum. Accedit, quia concessio Indulgentiarum est quædam liberalis donatio, quæ tenet pro parte, quæ quantitate Lege statutam non excedit, licet quoad excessum invalida sit. Gloss. in c. fin. cit. V. non obtineant, Joan. Andr. ibid. Navar. de Indulg. notab. 31. n. 16. Azor p. 2. c. 55. q. 6. Henric. l. 7. c. 33. n. 4. Suar. D. 55. sect. 3. n. 14. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 88. n. 22. Laym. l. 5. tit. 7. c. 4. n. 2. fin. Bonac. D. 6. de Indulg. q. 1. p. 3. n. 4. Palao tr. 24. D. un. p. 5. n. 13. Wiestner ibi. n. 157. la Croix tom. 6. n. 1310.

2. Quoad personam, quibus concedere Episcopus Indulgentias potest; nam concedere illas tantum subditis suis possunt, Sumitur ex c. quod autem 4. b. tit. Ratio est, quia ea, quæ sunt à Judice, si ad ejus non spectant officium, virtus non subsistunt, ut dicitur reg. 26. in 6. atqui dare Indulgentias spectat ad officium proprii Episcopi; nam fungitur ibi Episcopus officio Judicis absolventis à pœna, atqui sicut ligari, ita, & absolvi nullus valet à Judice non suo, ut c. quod autem cit. memorat, ergo &c. Ex quo sequitur 1. quòd Indulgentias in Ecclesiarum Dedicacionibus &c. ab Episcopis concessas non possint lucrari extranei, qui in Diocesi Episcopi dantis Indulgentias nec domicilium, nec quasi domicilium habent, nisi proprius Episcopus specialiter consentiat. Abb. in c. cit. n. 7. Navar. de Indulg. notab. 31. n. 12. Barbof. alleg. cit. n. 25. Vallens. hic §. 21. n. 4. Engl. n. 17. König n. 28. Wiestner n. 162. Possunt tamen eas lucrari Exempti, qui intra Diocesim Episcopi Indulgentias concedentis habitant, ne Exemptio, quæ in favorem illorum est introducta, in eorum odium, & dispendium detorqueatur, contra reg. 61. in 6. & l. quod favore 6. C. de LL. Navar. l. cit. n. 15. Cockier de Jurid. in Exempt. q. 58. n. 5. Palao p. 3. n. 14. Barbof. l. cit. n. 27. Pirhing n. 47. Engl. n. 18. König n. 28. Wiestner n. 164. Sequitur 2. nullum Episcopum, vel alium Ordinis Episcopalis Prælatum potestate ordinaria, & quæ eidem ratione Dignitatis competit, concedere Indulgentias posse pro Defunctis. Navar. not. 23. n. 4. Suar. D. 55. sect. 3. n. 9. Barbof. n. 24. Palao p. 5. n. 9. Vallens. n. 3. Wiestner n. 157. v. ex Papa, la Croix tom. 6. n. 1320. &c.

86. & sumitur ex c. quod autem cit. ubi solum conceditur Episcopis quasdam Indulgentias dare subditis suis degenibus in hac vita. igitur ad defunctos hæc facultas non debet extendi. *Sequitur videtur* 3. quod Indulgentias non possit lucrari is ipse, qui eas concessit; quia Jurisdictionem nemo in seipsum exercere potest. *Sed contrarium est verissimum.* S. Thom. *addit. ad 3. p. q. 27. art. 4.* Suar. l. 6. de LL. c. 12. n. 8. Laym. l. 1. tr. 4. c. 27. n. 31. Barbof. alleg. 88. n. 28. Wiestn. n. 163. & hoc recte communiter DD.

Ratio est, quia concedens Indulgentias deterioris conditionis esse non debet, quam subditi ipsius fideles. *Conf.* nam etiam Voti relaxatio est actus Jurisdictionis, & tamen qui dispensare cum aliis in Voto potest, potest etiam secum ipso: & ratio utriusque est, quia actus Jurisdictionis voluntarie non semper exigit distinctionem personarum.

87. 3. Eadem potestas concedendi Indulgentias Episcopis, & Archiepiscopis limitata est quoad locum; nam Episcopus dare Indulgentias solum potest pro sua Diocesi, Archiepiscopus per totam suam Provinciam, Sumitur ex c. nostro 15. h. tit. Et ratio est, quia licet Metropolitanus non habeat Jurisdictionem contentiosam in Subditos Suffraganeorum suorum, habet tamen ea, quæ sunt Jurisdictionis voluntarie, inter quæ etiam est concessio Indulgentiarum. Idque verum est, etiamsi actu non videret Provinciam, modo statutum *concl. Lateran.* quoad numerum dierum pro Indulgentiis concedendarum non excedat, ut dictum est n. 120. *fin.* Ex eadem ratione potest Episcopus concedere Indulgentias pro sua Diocesi, etiamsi in hac non actu exilat; quia actus Jurisdictionis voluntarie exerceri possunt etiam ab existente extra territorium suum. Palao p. 5. n. 17. Patriarcha, vel Primas, licet in Episcopatu, & Archiepiscopatu, cui ipse præsidet ut Episcopus vel Archiepiscopus, possit ea, quæ possunt Episcopi, & Archiepiscopi alii, Indulgentias tamen pro toto Regno, cui ipse ut Primas, vel Patriarcha præest, non potest concedere; quia extra Diocesim, & Provinciam suam in subditos coærerarum Diocesim extra casum Appellationis Jurisdictionem non habet. *Conf.* ex c. nostro cit. ubi pro solo Archiepiscopatu legitur concessio facta.

116. Queritur 5. an facultas concedendi Indulgentias possit obtineri consuetudine. Negant Turrecr. in S. item in Levitico post can. qui aliquando 87. dist. 1. de Pœnit. Navar. de Indulg. notab. 31. n. 7. Sor. in 4. dist. 22. q. 1. art. 4. Cordub. de Indulg. q. 10. proposit. 11. dub. 1. Suar. D. 55. sect. 4. n. 3. Rationem dant, quia cum potestas hæc se extendat ad tollendas poenas DEO debitas, ac-

quiri nequit sine voluntate ipsius DEI aut summi ejusdem in terris Vicarii. vel igitur Summus Pontifex scit, & tacite approbat, ejusmodi consuetudinem; & tunc non ex vi consuetudinis tantum, sed potius ex vi taciti consensûs potestas illa acquiritur: vel nescit Papa; & tunc actualiter consentire non potest, cum ignorantis nullus sit consensus. *Conf.* a paritate cum consuetudine, quæ à subdito acquiratur libera electio Confessarii sine licentia proprii Episcopi, quæ consuetudo reprobatur c. si Episcopus 2. h. tit. in 6.

Sed melius affirmativam tenent *Gloss. fin. in c. accedentibus 12. de Excess. Prælat. Abb. ibid. n. 2. Palud. in 4. dist. 38. q. 4. art. 4. concl. 4. Sanch. l. 4. mor. c. 38. n. 21. Laym. l. 5. tr. 7. c. 4. n. 4. Palao tr. 24. D. un. p. 6. n. 6. Gobat de Indulg. n. 79. Wiestn. hic. n. 160.* Nam & potestas dispensandi in Votis, ac Juramentis per consuetudinem ab inferioribus Prælati acquiri potest, cum tamen Dispensatio ista etiam solvat animas in foro DEI, ac proin competere possit nemini sine voluntate Christi, aut ejus in terris Vicarii.

Neque obstat, quod Papa nesciat in 128 specie, & in particulari talem consuetudinem; quia sufficit, quod id velit, & consentiat vi generalis Legis, per quam approbantur consuetudines bona fide præscriptæ. *Ad Conf.* illatio ad diversa non est legitima, præsertim quando ratio est diversa, prout est in proposito; nam facultate eligendi Confessarium sine licentia Episcopi frangitur, aut relaxatur nervus Ecclesiasticæ Disciplinae, & subditus subtrahitur obedientiæ sui Pastoris: quod non fit potestate concedendi Indulgentias.

129. Queritur 6. an ad Indulgentias concedendas requiratur causa justa, & rationalis? *Certum est* causam justam requiri saltem ad honestatem concessionis. Paret ex *Extrav. Unigenitus 2. int. comm. h. tit. §. quem quidem ibi, Ex propriis & rationalibus causis.* An verò justa causa requiratur etiam ad valorem concessionis, dubitari potest. *Et ratio dubitandi est,* quia multa prohibentur, quæ tamen si facta fuerint, roboris obtinent firmitatem c. ad Apostolicam 16. de Regular. *Conf.* paritate cum dispensatione in Lege Jæjunii, absolutione ab Excommunicatione, & remissione aliarum poenarum, quæ si factæ sint sine justa, & rationali causa, licet illicitè, & validè tamen fiunt.

Sed dicendum, esse invalidam concessionem Indulgentiæ sine causa factam etiam à Papa. Ita contra Palud. in 4. dist. 21. q. 4. art. 1. ferè omnes DD. & inter hos S. Thom. in *Supplem. q. 23. art. 2.* S. Bonnav. in 4. dist. 20. p. 2. art. 1. q. 6. Sor. dist. 21. q. 2. art. 2. Cajet. de Indulg. tr. 9.

q. 1. *Et* tr. 15. c. 4. q. 1. Navar. de *Indulg. notab.* 15. n. 17. Valent. tom. 4. D. 7. q. 20. p. 4. pr. Suar. D. 54. *sect.* 2. n. 3. Coninck. D. 12. *dub.* 6. Laym. l. 5. tr. 7. c. 5. n. 1. Bonac. D. 6. de *Indulg.* q. 1. p. 4. n. 1. Palao tr. 24. D. un. p. 7. n. 1. Vallens. *hic* S. 23. n. 1. la Croix tom. 6. n. 1316. Magnif. P. Schmier p. 1. de *Delict.* c. 3. n. 286. *Et* 287.

Ratio est, quia Papa non est dominus, sed dispensator thesauri Ecclesiae, unde sumuntur Indulgentiae, dispensator autem non potest sine causa disponere de rebus domini; aliàs esset dissipator. *Conf. ex c. cum ex eo 14. h. tit.* ubi Innocentius III. reprobatur Indulgentias *indiscretas*, *Et* *superfluas*. Ex quo patet ad *Rationem dubitandi*, & *Confirmationem* adjectam, nam Dispensatio in jejuniis &c. est relaxatio obligationis, vel poenae pendens à voluntate Papae.

131 Porro causa hæc debet esse à generali illa liberationis à poena temporali distincta; nam aliàs semper adesset causa sufficiens concedendi quasvis Indulgentias, cuius, & quovis momento, quod communi fidelium, & Orthodoxorum DD. sensui adversatur. Palao l. cit. n. 1. *quodsi dicas* la Croix tom. 6. n. 1305. *Resp.* 2. In specie causæ dandi Indulgentias sunt exaltatio Ecclesiae, conversio infidelium, Hæresum extirpatio, propagatio Fidei Christianæ, Concordia Principum Christianorum, reformatio vitæ, morumque emendatio, excitatio ad studium devotionis, & virtutis obsequiorum & meritorum remuneratio, Spirituale solatium animarum, & similes aliæ, non solum publicum, sed privatum etiam bonum spectantes. Palao n. 2. Debet autem hæc causa esse proportionata Indulgentiæ juxta prudentis arbitrium; aliàs ex ea parte, quæ Indulgentia causam excedit, concessio censeretur facta absque causa rationabili, & sic ipsa Indulgentia quoad excessum evaderet indiscreta, & superflua. Cajet. de *Indulg.* q. 1. *Et* 2. Bellarm. l. 1. de *Indulg.* c. 12. Suar. D. 54. *sect.* 3. n. 5. Coninck D. 12. *dub.* 6. *concl.* 2. n. 31. Laym. l. 5. tr. 7. c. 5. n. 1. Palao n. 3. Wiestner n. 166. la Croix l. cit. & n. 1316.

132 Quæritur 7. quid requiratur ad lucrandas Indulgentias? *Res.* 1. requiritur, ut lucrans sit baptizatus. Suar. D. 52. *sect.* 2. pr. Coninck D. 12. *dub.* 7. pr. Laym. l. 5. tr. 7. c. 6. n. 1. Bonac. D. 6. q. 1. p. 5. n. 1. *Et* 2. Palao tr. 24. D. un. p. 8. n. 1. Vallens. *hic* S. 24. n. 1. la Croix tom. 6. n. 1301. *Resp.* 3. & hinc earum capax etiam non est Catechumenus ante Baptismum susceptum. *Ratio* est, quia Indulgentiarum concessio, si concedantur per modum absolutionis, est actus Jurisdictionis, *conf.* requiritur, ut is, cui conceduntur, sit subiectus potesta-

ti Spirituali Ecclesiae, nonita autem subji-ciuntur, qui Ecclesiam per Baptismum nunquam ingressi sunt. ergo &c. 2. ut non sit ligatus Excommunicatione majori; quia hæc privat hominem communicatione bonorum Ecclesiae spiritualium *can. omnis Christianus* 32. *can. canonica* 107. *Et* *caus.* 11. q. 3. Suar. D. 52. *sect.* 2. n. 3. & de *Censur.* D. 12. *sect.* 3. n. 7. Laym. c. 6. cit. n. 2. Palao n. 5. Wiestner n. 167. 3. ut in gratia DEI sit constitutus tempore consecutionis; quia Indulgentiæ auferunt solum reatum poenæ, & hic non aufertur sine reatu culpæ. Porro licet consultum sit omnia opera in gratia DEI peragere, per se tamen loquendo, & nisi aliud constet de mente Indulgentias concedentis, sufficit, si opera præscripta in statu gratiæ compleantur; quia status hic potius exigitur propter Indulgentiæ effectum, quam propter opus præscriptum. Navar. de *Indulg. notab.* 19. n. 17. & *not.* 32. n. 47. Suar. *sect.* 2. cit. n. 7. Laym. n. 3. Palao n. 3. Gobat n. 152. Wiestner n. 168. la Croix n. 1410. 4. ut impleatur totum opus, pro Indulgentiis lucrandis præscriptum; hinc non omnia præscripta implens, easdem non lucrabitur; quia non servat formam, nec implet conditionem, sub qua concessæ sunt. Navar. *not.* 19. n. 17. Coninck D. 12. *dub.* 7. n. 38. Suar. *sect.* 3. n. 3. Laym. n. 3. Palao p. 9. n. 1. Vallens. S. 24. n. 3. König n. 30. Wiestn. n. 169. la Croix l. cit. Rectè tamen DD. cit. excipiunt casum, quo Indulgentiæ concessæ sunt implenti opus præscriptum, in quantum potest, sicut *Extr. Unigenitus* 2. h. tit. Jubilæi Indulgentiæ concessæ sunt arripentibus iter ad visitanda Limina Apostolorum, quamvis impediti eò nequeant pervenire.

An verò opera illa peragenda sint 133 intentione lucrandi Indulgentias, *disensio* est inter DD. Mihi satis certum est, & Ecclesiae praxis docet, non exigi intentionem formalem; tum quia hanc requiri neque ex natura rei, neque ex voluntate Pontificis Indulgentiam concedentis constat; tum verò quia Indulgentiæ concedi moribundis animam agentibus, & omni sensu destitutis, iisdemque administrari Sacramentum Extremæ Unctionis solet, Palao p. 9. cit. n. 8. Wiestn. n. 170. Imò iidem DD. cum Suar. D. 56. *sect.* 1. n. 7. Salas D. 17. de LL. c. 5. pr. Coninck de *Sacr.* D. 83. n. 166. Laym. c. 6. cit. n. 5. Card. de Lug. de *Sacram.* D. 27. n. 82. la Croix n. 1325. existimant, si alia intentio specialis non præscribatur, sufficere intentionem habitua-lem, & interpretativam, quam quilibet Christianus de salutis suæ remedii habere, & generatim velle præsumit, ut bona opera sua profint, quantum possunt. *Ratio* est, quia subrogatum sapit naturam ejus, in

in cuius locum subrogatur. Indulgentia autem subrogatur operibus satisfactoriis, habentibus vim satisfaciendi, & solvendi debitum, licet quis debitum illud solvere nec formaliter nec virtualiter intendat.

134 Quæritur §. quædiu durent Indulgentiæ? 1. hac in re regulare, & perpetuum dogma est, quod earum sicut concessio, & inchoatio, ita & duratio, accessio à voluntate concedentis pendeat *arg. Reg. omnis 1. de R. J.* Et hinc 1. concessio ad certum tempus, aut sub conditione, illo demum finito, & hac deficiente cessant. *Navar. de Indulg. notab. 31. n. 25. Suar. D. 57. sect. 2. n. 2. Coninck D. 12. dub. ult. Palao tr. 22. D. un. p. 11. n. 1. Wiestn. hic n. 272.* 2. concessio ad Beneplacitum finiuntur morte concedentis; quia beneplacitum cum vita expirat, c. signatione 5. de Rescript. in 6. Gobat de Indulg. n. 643. *Wiestn. n. 173.* 3. annexæ certæ rei, vel loco cessant interitu rei cui annexæ, vel destructione loci, cui concessæ sunt, si destructio talis fiat sine spe reedificationis. Secus est, si cum spe reedificationis; nam tunc, maxime, si post destructionem non longum tempus reedificationis intercessit, eadem Indulgentia resurgit, quæ tempore destructionis suspensa est. *Suar. D. 52. sect. 1. n. 8. §. 9. Bonac. D. 6. q. 1. p. ult. n. 4. Palao l. cit. n. 3. la Croix tom. 6. n. 13. §. 4.* quæcunque Indulgentiæ cessant, si à concedente, hujus Successore, vel utriusque Superiore revocentur *Extr. quemadmodum 4. & seq. in. comm. b. tit. & docet praxis Summorum Pont. à quibus multæ sunt revocata.* *Sylv. V. Indulgentia n. 17. Suar. D. 57. sect. 2. n. 8. Bonac. p. ult. cit. n. 8. Palao n. 2. la Croix n. 1382.* qui tamen notant, ex voluntate Papæ rationaliter præsumpta Bullas Indulgentiarum revocatorias, publicatas Romæ, effectum in Provinciis non statim fortiri, neque Indulgentias cessare, antequam notitia revocationis factæ ad has moraliter potuerit pervenire; quia si ante ejusmodi notitiam cessarent, inde orirentur gravia incommoda, & fidelium deceptiones.

135 Extra hos modos nullus est alius, quo Indulgentiæ concessio propriè cesset, ut bene expendit *Suar. D. 52. sect. 2. Palao n. 4. Conf. 1. Indulgentia simpliciter, & absolute concessa non perit morte concedentis c. si super gratia 9. de Offic. Deleg. in 6. cum sit gratia, & Beneficium Principis, quod decet esse mansurum. Reg. 16. in 6. V. Sylv. Indulgentia n. 16. Navar. not. 31.*

n. 25. *Suar. D. 57. sect. 2. n. 6. Palao n. 4. cit. la Croix n. 1301. Resp. 3. coroll. 2. & n. 1386. Wiestn. n. 174.* Et hoc verum est etiam de Indulgentiis datis ab Episcopo, Archiepiscopo, & Legato Apostolico; nam ab his datæ, etiam ipsis decedentibus, vel officio cedentibus, perseverant *arg. c. fin. de Offic. Legat. & ratio est, quia potestas eorum in Indulgentiis concedendis à Jure restricta est non quoad durationem, sed solum quoad quantitatem. Suar. D. 52. sect. 2. n. 4. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloss. 12. n. 38. Palao p. 11. n. 4.* 2. non cessat Indulgentia, cessante causa, ob quam concessa est, modo hæc à principio proportionata fuerit concessionem; quia Indulgentiæ duratio non pendet ex duratione causæ, sed propter causam temporalem Indulgentia perpetua concedi potest, sicuti Indulgentia unius anni conceditur propter Dedicacionem Ecclesiæ, quæ uno die finitur. *Palao n. 4. cit. v. denique. 3.* non cessat Indulgentia, ex eo, quod eidem loco similis concessa fuerit, nulla mentione prioris facta in impetratione; quia ob hunc defectum posterior concessio nullius est valoris juxta *Reg. 57. Cancell. prior verò concessio perseverat salva. Suar. n. 12. Palao l. cit. v. neque etiam.*

Quæritur 9. quando incipiant, & cessent Indulgentiæ concessæ ad certum diem, vel certos annos, e. g. ad septennium? 1. si datæ sunt pro aliqua Festivitate, ex hodierno Stylo Curia Apostolica, incipiunt à primis Vesperis, & durat: usque ad occasum Solis, seu donec Sol sub Horizonte abius planè occubuerit, *Gobat de Indulg. n. 655. Wiestn. hic n. 172.* 2. pro die non festo, seu feria aliqua datæ idem *Gobat n. 658.* existimat incipere ab in tempesta, & media nocte usque ad mediam noctem alteram; nam ita dies accipitur usu populi, & in Legibus etiam Romanis *l. more 8. ff. de Feriis. & c. consuluit 24. de Offic. Deleg.* 3. ad certos annos v. g. viceannium, aut septennium concessis idem *n. 662.* ait inchoari à die publicationis in loco factæ, quantumvis publicatio ex justa causa ad unum, vel alteram annum post Apostolicum Breve exhibitum differatur; nisi tamen in isto exprimat, Indulgentias ad septennium e. g. proximum valituras; tales enim ipso, quo Breve exhibitum est, anno inchoari, atque etiam, ne unus, vel alter annus intereat, publicandas monuit idem *Gobat n. 667.*

§. IV.

De Jubileo.

S U M M A R I U M.

137. Jubilei origo.
 138. Tempus, quo celebratur.
 139. Desinitio.
 140. &c. Facultates tempore Jubilei concedi solita.
 143. Ordinarium conceditur à solo Pont. in anno Sancto.
 144. Et incipit à Vigilia, Nativitatis, duratque usque ad eandem Vigiliam anni sequentis.
 145. Impediti Romam accedere lucrari possunt Indulgentias, si peragant opera prescripta.
 146. Quod etiam fit in extensione Jubilei.
 147. &c. Quenam opera prescripta sint?
 153. &c. An Indulgentias Jubilei sepius lucratur, qui prescripta opera sepius repetit?
 156. &c. An hæc peragenda sint omnia in una, eademque hebdomada?

159. &c. An qui primâ hebdomadâ omnia opera prescripta rite peregit, si in secunda commisit peccatum reservatum, aut Votum aliquod edidit, in hac secunda hebdomadâ ab illo absolvi, & in hoc dispensari possit?
 162. &c. An absolvi à reservatis, & in Votis dispensari possit ille, qui opera prescripta in Jubileo nondum peregit?
 166. &c. Quæ Indulgentiæ, suspendantur tempore Jubilei?
 172. &c. Quæ aliæ facultates?
 174. Quando incipiat, & quamdiu duret hæc Indulgentiarum, & facultatum suspensio?
 175. Quid consulendum illi, qui Jubileo sepe transiit, nondum peregit opera omnia?

137 **Q**uæritur 1. quid sit Jubileum? *q.* Jubilei, sive Jobolei nomine Hebræi denotabant annum quinquagesimum remissionis, quo in Lege veteri populus vacabat ab agricultura, & possessiones, seu prædia, agri, vineæ venditæ, Hypothecæ subjectæ &c. ad pristinos dominos sine pretio revertebantur, remittebantur debita, & delicta, exules in patriam, & servi in pristinam libertatem sine pretio redibant. *Lev. 15. à v. 10. & Num. 36. v. 4.* In nova Lege ad veteris imitationem eo significatur annus gratiæ, visitantibus Limina Apostolorum Petri, & Pauli concessus cum plenissima peccatorum, & Pœnæ pro his promeritæ remissione, aliisque favoribus. *Palao tr. 24. D. us. p. 12. §. 1. n. 1. Wiestner hic n. 177.*

138 **O**lim Jubileum concedebatur centesimo quoque anno *Extrav. antiquorum 1. int. comm. b. tit. Clemens VI. autem Extr. 2. cod. revocavit ad annum quinquagesimum; & denique Paulus II. ac post illum Sixtus IV. Extrav. quemadmodum 4. cod. reduxit ad annum vigesimum quintum: atque ita hodie servatur, ita, ut recurrente quovis anno vigesimo quinto à primis Vesperis Nativitatis Christi usque ad Vesperas primas ejusdem Festi anni sequentis per totum annum Romæ celebretur Jubileum, omnibusque Romam ad Limina Apostolorum venientibus tribuatur plenissima remissio omnium poenarum Divinæ Justitiæ debitæ. Atque ut affluxus iste ad Urbem fidelis populi major sit, eo anno, quo Romæ durat Jubileum, suspenduntur omnes*

Indulgentiæ plenariæ per totum Orbem, ut constat ex *Extr. quemadmodum cit. Const. Greg. XII. incipit Quoniam Sancti* apud Navar. *de Indulg. notab. 35. & Const. Innoc. X. incipit Cum nos nuper editâ pridie Nov. Maji 1649. apud Gobat de Jubil. in præfat.*

Definiri Jubileum cum Lezan. *Summ. 139. Q. Q. Regul. tom. 1. V. Jubileum n. 1. Wiestner hic n. 178. la Croix tom. 6. n. 1393. & aliis potest, quod sit Indulgentia plenaria, à Summo Pont. concessa visitantibus certas Ecclesias, vel certa pia opera peragentibus cum facultate abolendi à casibus reservatis, & à Censuris, vota commutandi &c. In quo differt ab aliis Indulgentiis; nam ultra remissionem poenæ pro peccatis debita continet alias præterea gratias, scilicet facultatem eligendi Confessarium, approbatum ab Episcopo quemcunque, dispensandi in Votis, absolvendi à Censuris &c. Navar. *notab. 8. §. 10. Suar. D. 50. sect. 4. n. 8. Palao §. 1. cit. n. 3. Wiestner n. 178. cit.**

139 **Q**uæritur 2. quanam facultates concedi tempore Jubilei soleant Confessario à poenitente electo? *q.* 1. potest absolvere à Censuris, & peccatis omnibus, etiam Ordinariis, & ipsi Papæ reservatis. *Excipitur 1. si is, qui absolutionem petit, sit excommunicatus à Jure. 2. si sit Excommunicatus, suspensus, aut interdictus publicè, & nominatim denunciatus. 3. si casus sit reservatus in Bulla Cœnæ; nam nisi in Bulla Jubilei hoc exprimat, potestas ab his absolvendi Confessario electo non competit, ut vult Gobat de Jubil. n. 247. quam-*

quamvis verisimiliter eam ipsi competere cum alijs affirmet Palao *tr. 24. D. un. p. 12. §. 2. n. 9.*

141 2. Potest commutare Vota, etiam Juramento roborata, in aliud opus bonum etiam valoris aliquanto minoris, quam sit actio Voto promissa. *Excipi solent quinque reservata Pontifici, Castitatis perpetuæ, Religionis, & trium peregrinationum, scilicet ad limina Apostolorum Petri, & Pauli Romam, Compostellam ad S. Jacobum, & in Terram Sanctam, 2. excipitur Votum in favorem alterius factum, & ab hoc acceptatum; quia potestas tale Votum relaxandi in generali concessione non venit, sed tacite exceptum intelligitur. Suar. de Vot. c. 15. n. 10. Gobat n. 290. Wiestner n. 179.*

142 3. Potest etiam opera, quæ in Jubilæo præscripta sunt, commutare in alia pia opera, saltem si hæc sint aliunde indebita, & æqualis valoris cum istis: non tamen respectu omnium, sed eorum duntaxat, qui claustris perpetuo, carcere, captivitate, infirmitate, aut alio quoque impedimento detinentur, & propterea ipsa opera in Jubilæi Bulla expressa, vel eorum aliquod peragere moraliter, h. e. sine notabili, aut magna difficultate non valent. Laym. l. 5. tr. 7. c. 8. n. 12. Gobat de Jubil. à n. 99. Wiestn. n. 179.

143 Quæritur 3. quis concedere Jubilæum possit, & quo tempore concedi solet? 1. Jubilæum concedit solus Pontifex, prout constat tum ex perpetua praxi Ecclesiæ, tum etiam inde, quia solus ipse concedere Indulgentias plenarias, ut dictum est n. 123. & ceteros favores de jure largiri potest c. dilectus 15. de temp. ordin. Gloss. *ibid. v. permissa*, Innoc. n. 2. Abb. n. 3. Sanctarell. de Jubil. c. 3. dub. 2. Wiestner n. 180. Ordinariè concedi solet in anno Sancto; extraordinariè, & extra annum Sanctum ob graves & publicas causas, & plerumque non multo post elevationem ad apicem Summi Pontificatus. Palao p. 12. cit. S. 3. n. 1. Wiestn. n. 180.

144 Jubilæum ordinarium, sive anni Sancti, ut n. 138. innui, inchoatur à Vigilia Nativitatis Domini, sive apertione Portæ Sanctæ, quæ eo die fit ad initium primarum ejus festi Vesperarum, & durat usque ad finem anni sequentis, sive ad Vigiliam, & primas Vesperas ejusdem Festivitatis anni sequentis, & ipsam Portæ Sanctæ reclusionem, quæ fit ad finem Vesperarum. Navar. de Indulg. notab. 24. Filliuc. tr. 8. n. 250. Wiestner n. 181. Neque obstat, quod in Bullis Apostolicis indictionis disertè asseratur, id duraturum usque ad finem anni; quia secundum Dionysium, cognomento Exiguum, annus Ecclesiasticus non R. P. Schmalzgrueber E. V. T. II.

à Calendis Januariis, sed à Vigilia Nativitatis Domini inchoatur: quod etiam insinuat in ipsa Bulla Indictionis, dum Vigilia Nativitatis, quæ Jubilæum sequitur, dicitur Vigilia anni proximè venturi. Baron. Martyrol. Cal. Jan. Navar. not. cit. Gobat n. 17. Wiestn. n. 181. Ex quo sequitur, eum, qui Confessionem, & Communionem, pro lucrando Jubilæo requisitam, differret usque ad reclusionem Portæ Sanctæ, non amplius id lucraturum. Wiestner l. cit.

Quia verò multi, ut maximè vel 145 lent, justa causa impediende ad Limina BB. Apostolorum non possunt accedere, ut sunt Sanctimonialia, Anachoretæ, Eremitæ, carcerati, infirmi, idcirco Pontifex, ipsorum etiam animabus paternè consulere volens, iisdem, qui seclusis, & cessantibus his impedimentis, eò accessuri essent, concedere solet, ut & ipsi participes fieri possint Indulgentiarum Jubilæi, & cæterarum gratiarum, juxta Bullam Innoc. X. 12. Febr. 1650. apud Gobat à n. 29. si verè pœnitentes, & confessi pia opera cujusvis statui, & conditioni cum Romæ injunctis proportionata, Romæ à Vicario de Urbe, extra eam à locorum Ordinariis, & Superioribus Regularibus præscribenda peragant.

Extra Urbem pro lucrando Indulgentiis Jubilæi tempus determinari solet ab Ordinariis post annum Jubilæi lapsum, pro quo aliquando dantur duo menses, aliquando tres, aliquando unus, communiter, præsertim in Jubilæis extraordinariis, duæ hebdomadæ, h. e. quatuordecim, imò quindecim dies, ut notant Laym. l. 5. tr. 7. c. 8. n. 7. Cottonius l. 2. contr. 12. à n. 16. Wiestn. n. 183.

Quæritur 4. quæ opera requirantur pro lucrando Indulgentiis Jubilæi? 1. in Jubilæi Bullis communiter præscribuntur sex, 1. Visitatio Ecclesiarum præscriptarum: Romæ quidem pro hac visitatione designantur Basilica S. Petri, S. Pauli, S. Joannis in Laterano, & S. Mariæ Majoris: & quidem Romani Cives, & incolæ, per longum tempus, v. g. per annum ibi degentes, visitare templa ista debent per dies 30. continuos, vel interpolatos; forenses autem, & peregrini, per breve tempus ibi moraturi, per dies quindecim. Extra Urbem visitandæ sunt Ecclesiæ, vel Capellæ quatuor, vel tres, aut etiam una, si Papæ mens, & tenor Bullæ hoc patiat: & hæc designantur ab Ordinario, qui si plures, quam quatuor præscriperit, non sunt visitandæ necessariò omnes, sed tot obire sufficit, quot præscriptæ sunt Romanis; quia locorum Ordinarii conditionibus, pro lucrando Jubilæo à Papa præscriptis, non possunt aliàs addere, Gobat n. 186. Wiest-

Wiestner n. 184. la Croix tom. 6. n. 1407.

¹⁴⁸ 2. Oratio Vocalis, & devota ad intentionem Papæ v. g. pro exaltatione Sanctæ Matris Ecclesiæ, extirpatione Hæresum, concordia Principum Christianorum, pro salute populi Christiani, pro impetranda Summo Pontifici gratia ad rectè gubernandam Ecclesiam universalem. Dian. p. 1. tr. 11. resol. 33. Card. de Lugo de Penit. D. 27. n. 85. Wiestner n. 185. cum aliis. Si exigatur in Bulla Oratio per aliquod temporis spatium, sufficiunt quinque Pater, & Ave; si præscribatur omnino inderminatè, brevior, imo minima, unius v. g. Pater, & Ave, ut volunt. Suar. D. 52. sect. 8. n. 5. Gobat de Jubil. n. 140. Wiestner n. 185. cit. quamvis meritò suadeant longiorem.

¹⁴⁹ 3. Confessio juxta Extr. cit. & Bullas alias, ibi si fuerint vere poenitentes, & confessi. Ubi ramen est distinguendum, an qui lucrari vult Indulgentias, sibi nullius peccati mortalis sit conscius, an verò talis peccati sibi conscius sit. Si primum, absque Confessione lucrari easdem poterit; quia Ecclesia, cum præscribit Confessionem, eam exigere solet à confis peccati mortalis c. omnis 12. h. tit. Dian. p. 3. tr. 4. res. 126. Averf. q. 10. sect. 2. Beilag. p. 30. sect. 7. q. 1. Viva q. 8. art. 3. Wiestner n. 186. & probabile ait la Croix tom. 6. n. 1414. quamvis addat contrariam tutiorem, & tenendam. Si secundum, ad lucrandas Indulgentias Jubilæi omnino necessaria est Confessio actualis, ita, ut non sufficiat Contritio etiam Charitate perfecta. Navar. not. 18. Bellarm. l. 1. de Indulg. c. 13. Sanctarell. de Jubil. c. 14. dub. 2. Wiestner n. 186. cit. & patet ex Bullis Pontificis, ubi particula Et poenitentiam cum Confessione conjungit, & utramque copulativè requirit. Sufficit tamen Confessio semel peracta in finem lucrandi Jubilæi: & hinc si ita confessus, antequam cætera opera perficiat, incidat iterum in peccatum mortale, Indulgentias Jubilæi lucrari poterit modò prævia Contritione perfecta, cætera opera compleat in Statu gratiæ Dei; quia Bulla Confessionem ut Summum unam præscribit. Lugo l. cit. n. 100. Gobat n. 137. Wiestner l. cit.

¹⁵⁰ 4. Sacra Communio. Hæc necessaria est etiam ad lucrandas Indulgentias Jubilæi, quamvis in Bullis Jubilæi anni Sancti non exprimat, ut post Filliuc. supponit Gobat n. 178. conf. qui propter periculum veniūs, vel aliud impedimentum non potest Eucharistiam sumere, non potest Indulgentias istas lucrari, nisi hæc sumptio Eucharistiæ in aliud opus pium commutetur. Idem dicendum de pueris: & hinc isti tempore Jubilæi facilius, quam

alio tempore ad S. Communionem admitti possunt, & debent. Laym. l. 5. tr. 4. c. 4. n. 3. Wiestner n. 187. Potest autem Sacra Communio obiri quavis die intra hebdomadas designatas, quamvis consultum omnino sit, ut illa peragatur post alia opera jam perfecta, prævia Confessione, & in Statu Gratia. Wiestner l. cit.

5. Jejunium tribus diebus, vide licet ferà 4. 6. & Sabbato eodem modo obeundum, quo exigi solet à fidelibus observatio jejuniorum præscriptorum ab Ecclesia: unde si Jubilæi Indulgentias lucrari velint, etiam pueri, & alii, qui aliàs ab observatione Jejuniorum præscriptorum ab Ecclesia quacunque ex causa liberati sunt, tri-duanum istud jejunium obire debent: quamvis in aliud opus pium ex causa notabilis difficultatis, vel detrimenti mutari possit. Laym. c. 2. cit. n. 12. Lezan. V. gubileum n. 12. Gob. n. 210. Wiestner n. 188. la Croix n. 1424.

6. Largitio Eleemosynæ: quo nomine venit præstatio cujuscunque operis ex septem Misericordiæ corporalis; cum enim quodlibet sit vera Eleemosyna, & Bullæ Jubilæi Eleemosynam generatim præscribit, cujusvis illorum exhibitione conditioni de faciendâ Eleemosyna satisfiet, ex mente S. Thom. 2. 2. q. 32. art. 5. Non refert autem, an Eleemosynam suâ, vel alienâ manu quis erogat, dummodo eam erogat de suo, & is, cui danda committitur, revera eandem det; nam si famulus e.g. cui mandatum est, ut det Eleemosynam heri nomine, eam non det, herus mandans Indulgentiam non lucratur, etiam si ipse in hoc valet omni culpa. la Croix tom. 6. n. 1301. resp. 3. coroll. 13. Circa quantitatem Eleemosynæ attendenda sunt verba Bullæ; nam si in hac Eleemosyna simpliciter, vel pro arbitrio, aut prout singulis charitas suggererit, præscripta est, sufficiet dare quamvis etiam minimam, utilem tamen arg. c. ex parte 18. de Censib. & reg. in obscuris 30. in 6. Gobat n. 219. la Croix n. 1427. Quod si verò Bulla exprimat, dandam pro cujusque facultate, danda erit pro cujusque conditione: ac proin largior dari debet à Principibus, Magistratibus, & divitibus, quam à pauperibus, sive iis, qui mendicando, aut propriis manibus laborando victum quaerunt. Gobat, Wiestner l. cit.

Quæritur 5. an Indulgentias Jubilæi sæpius lucretur, qui præscripta opera sæpius repetit? Affirmant Henric. l. 6. de Pœnit. c. 16. n. 3. & l. 7. de Indulg. c. 11. pr. Rodrig. tom. 2. Summ. q. 184. n. 14. quia sunt beneficium Principis, sine ullo cujusquam præjudicio Indulgentiam plenariam largientis ei, qui præscripta ope-

operâ quovis mense, vel hebdomada est peracturus: cujusmodi Beneficia cum largissimam interpretationem admittant, sequitur, toties quemvis Indulgentias lucrari posse, quoties præscripta opera iteraverit.

154 Sed etsi fortè discursus iste locum habeat in Indulgentiis perpetuis, sive absolutè, & sine temporis determinatione concessis, id tamen meritò negatur de Indulgentiis Jubilæi, & aliis Plenarijs temporaneis, sive cum temporis, præsertim brevibus, determinatione concessis, Navar. de Indulg. not. 31. n. 36. Suar. D. 57. sect. 1. n. 7. Sanch. l. 4. de Vot. c. 54. n. 30. Bonac. D. 5. de Pœnit. q. 7. p. 5. §. 2. n. 17. & D. 6. de Indulg. q. 1. p. 5. n. 32. Laym. l. 5. tr. 7. c. 8. n. 8. Palao tr. 24. D. un. p. 12. §. 3. n. 4. Wiestner n. 190. Ratio est, quia ipsa certi hujusmodi temporis determinatione factis indicatur, Indulgentiam semel duntaxat concedi, & verba Bullæ factis insinuant, determinationem duorum, vel plurium mensium, aut hebdomadarum tantum spectare commodum fidelium, ut qui uno tempore præscripta opera commode non possunt peragere, ea implere alio possint; unitur enim in Bulla Pontifex verbis disjunctivis in prima, vel sequenti hebdomade.

155 Ex quo cadit Argumentum contrarium. Interim tamen laudabiliter, & providè agunt, qui omnia præscripta iterant, & mense, vel hebdomade utraq; per agunt, non ut bis, sed ut semel Indulgentiam certius consequantur.

156 Quæritur 6. an præscripta opera peragenda sint omnia in una, eadèmq; hebdomada? Affirmant Henric. l. 7. c. 11. n. 2. Sanctarell. l. de Jubil. c. 7. dub. 1. Lug. D. 27. n. 205. Gobat n. 212. Wiestn. n. 191. cum alijs. Fundantur, quia concessio etiam liberalis Jure non prodest, nisi observetur forma, & impleatur conditio per eam requisita l. si ehm filius 2. & l. generaliter 3. ff. de Donat. atqui Jubilæi Indulgentia disertè conceditur omnia opera peragentibus unâ ex duabus hebdomadis assignatis, ut patet ex Bullis communiter edi solitis. Confirmat sententiam istam consuetudo, seu praxis fidelium, opera præscripta sollicitè omnia peragentium in una hebdomada, ita, ut credant, se aliter indulgentiam non lucraturus.

157 Verùm etsi securius sit, & conformius praxi, unâ hebdomadâ opera omnia absolvere, probabilis tamen etiam est sententia, quæ cum Laym. l. 5. tr. 7. c. 8. n. 10. Bonac. de Indulg. D. 6. q. 1. p. 5. n. 34. Palao tr. 24. D. un. p. 12. §. 3. n. 19. Bellag. p. 3. sect. 3. q. 3. & alijs apud la Croix tom. 6. n. 1409. dicit, quod ex causa rationabili opera possint dividi, ita,

ut unâ septimanâ Indulgentiam lucrari volens visitet Ecclesias, alterâ communicet, vel jejuset. De Confessione, & Communionem certum est, illas, factis in hebdomada priori operibus cæteris, peragi posse in Dominica immediatè sequente, ut declaravit Gregorius XIII. apud la Croix n. 1417. imò sic consultum est facere, ut ita opus ultimum sit Communio, quæ cum vim detendi peccata venialia habeat, hoc modo disponit certius ad Indulgentiam plenariam consequendam. Quod verò etiam alia opera sic dividi in duas hebdomadas possint, Palao l. cit. colligit ex modo, quo Romani obtinere Jubilæum solent, qui mos est norma cæteris partibus extra Urbem; nam Romanos Pontifex non adstringit, ut in eadem hebdomada omnia opera præstent, ergo idem possunt alii.

Quæritur 7. an omnia opera peragere debeant in uno, eodèmq; loco? quamvis securius agat, qui in loco domicilii sui, vel alio publicati Jubilæi omnia opera exequitur, verius tamen est, etiam illum Indulgentias lucrari, qui operum partem e. g. visitationem Ecclesiarum in tali loco peragit, reliqua implet in alio, ad quem negotiorum causâ se contulit, Laym. l. 5. tr. 7. c. 8. n. 11. Palao §. 3. cit. n. 12. Lugo D. 27. n. 124. Gob. n. 89. Wiestn. n. 192.

Ratio est, quia per ipsam præsentiam in loco publicati Jubilæi quilibet in eo existens, & ad eum veniens acquirit jus percipiendi Indulgentiam plenariam, hoc ipso, quod omnibus, qui Jubilæi durantis tempore præsentibus sunt, concedatur: quo jure semel quæsitio non privatur per egressum, sed id secum fert arg. reg. privilegium 7. in 6. dummodo tamen in loco Jubilæi publicati visitet Ecclesias designatas, vel si ad eas accedere nequeat, & in loco, ad quem transit, nullè sint designata, à Confessario petat commutationem Visitationis in aliud pium opus.

Quæritur 8. an is, qui in prima hebdomada omnia opera præscripta rite peragit, si in secunda commisit peccatum reservatum, aut Votum aliquod edidit, in hac secunda hebdomada ab illo absolvi, & in hoc dispensari possit? Negat Suar. D. 57. sect. 1. n. 7. Sanch. l. 4. de Vot. c. 64. n. 28. Laym. l. 5. tr. 7. c. 8. n. 8. Bonac. D. 5. q. 7. p. 5. §. 2. n. 17. & D. 6. de Indulg. q. 1. p. 5. n. 32. ex ratione, quia respectu talis Jubilæum finitum, & Indulgentia obtenta jam est; cons. respectu ejusdem etiam cessat facultas absolvendi à peccatis, & dispensandi in Votis, occasione Jubilæi indulta.

Sed respondendum est affirmative. Ita tenent omnes, qui putant posse aliquem bis, vel pluries lucrari easdem Indulgentias, & consentiunt ex cæteris Palao

lao *tr. 24. D. un. p. 12. §. 3. n. 6.* Vallens. hic §. 26. n. 4. Wiestner hic n. 193. la Croix tom. 6. n. 1450. Rationem dant, quia licet facultas hæc occasione Indulgentiæ concessa sit, non tamen restricta ad illam est, imò non erat expediens ad hanc eam restringi, quòd Indulgentiæ consecutio soli DEO sit nota, ac propterea ob incertitudinem istam præscripta opera in secunda hebdomada rectè repetantur.

161 Imò Henriq. l. 7. de Indulg. c. 11. n. 4. Sà V. Indulgentia n. 14. Sayr. *Clav. Reg. l. 6. c. 12. n. 17.* Sanch. l. 8. de Matr. D. 15. n. 17. & l. 4. de Pot. c. 54. n. 19. Palao §. 3. cit. n. 9. Gobat à n. 263. & 308. Wiestn. n. 194. docent, eum, qui tempore Jubilæi peregit præscripta opera animò lucrandi Indulgentias, posse absolvi à reservatis, & dispensationem à Votis à Confessario à se electo impetrare, etiam post tempus Jubilæi exactum; quia determinatio temporis tantum statuta est executioni operum præscriptorum, non verò etiam gratiarum perceptioni, utpote ad quas consequendas exequenti opera præscripta intra tempus præfixum sine temporis mentione indulta est.

162 Quæritur q. an à reservatis absolvi, & in Votis dispensari possit ille, qui opera præscripta in Jubilæo nondum peregit? R. si habeat animum lucrandi Indulgentias Jubilæi, posse. Suar. tom. 2. de Relig. l. 6. de Pot. c. 16. n. 6. Sanch. l. 4. de Pot. c. 54. n. 42. Palao *tr. 24. D. un. p. 12. §. 3. n. 10.* éstque hoc teste certa sententia. Difficultas est, si ita absolurus, vel dispensatus postea intentionem mutet, & Indulgentias non curet lucrari. In quo iterum certum est, non redire posse peccata semel remissa; quia in peccatis conditionata remissioni locus non est. Palao l. cit. n. 11.

163 Dubium est de eo, qui habet peccatum reservatum nondum subjectum clavis, quia dum tempore Jubilæi confessus est, ejusdem recordatus non est? Sed etiam hunc, transacto Jubilæo, à Sacerdote, qui alias Jurisdictionem absolvendi eum à mortalibus habet, absolvi posse, quin teneatur se Superiori sistere, modo Confessionem fecerit animò lucrandi Jubilæum, docet Sanch. c. 54. cit. n. 45. & Palao l. cit. n. 11. quia Sacerdos virtute Jubilæi absolvens, intendit absolvere, quantum potest, potest autem quoad peccata invincibiliter ignorata absolvere ab illorum reservatione; hæc enim absolutio non pendet ex absolute directæ quoad culpam. ergo &c. Aliud est, si habens peccatum reservatum invincibiliter ignoratum, Confessionem tempore Jubilæi non fecisset; nam talis, si Jubilæum neglexit acquirere, non acquisivit jus eligendi Confessarium, qui ipsum absolvat ab hoc re-

servato, ut bene advertit Palao l. cit. Rationem dat, quia reservatio non tollitur ipso facto per Jubilæum, sed per absolute Sacramentalem.

Similiter si quis tempore Jubilæi ab-¹⁶⁴ solutus est à Censuris, per hoc non reincidit in illas, quòd deinde mutata intentione negligat acquirere Jubilæum; nam licet redire Censuræ possint, quando eorum absolutio concessa est ad reincidentiam, quia tamen is modus concedendi absolute in Bullis Jubilæi non exprimitur, nullum est fundamentum afferendi talem reincidentiam. Navar. *Miscell. de Orat. 93. n. 2.* Henriq. l. 6. de Penit. c. 19. n. 6. & l. 7. de Indulg. c. 11. n. 4. Suar. de Penit. D. 11. sect. 4. n. 5. Sanch. l. 4. de Pot. c. 54. n. 44. Palao §. 3. cit. n. 11.

Idem ferè dicendum de eo, cui¹⁶⁵ Confessarius tempore Jubilæi Vota sua commutavit; nam horum obligatio non reviviscit, etiam si postmodum, mutata intentione penitens Indulgentias Jubilæi non curet consequi, Henriq. l. cit. Sà V. *absolutio n. 19.* Suar. l. 6. de Pot. c. 18. n. 9. Sanch. l. cit. n. 49. & 50. Palao n. 11. cit. x. quoad Votorum commutationem. Ratio est, quia esto, potuerit Confessarius vota commutare ea conditione, ut commutatio vim obtineat, peractis operibus pro Jubilæo præscriptis, & non aliter; at ex vi privilegii non cogitur hoc modo commutationem facere, imò nec expedit, censetur ergo absolute eam fecisse, & sine conditione, ut reviviscant, si opera illa non fuerint peracta.

Quæritur 10. quamam Indulgentiæ¹⁶⁶ suspendantur tempore Jubilæi? R. tempore Jubilæi suspenduntur tantum Indulgentiæ Plenariæ; non autem Partiales, prout liquet ex *Extrav. quemadmodum 4. int. comm. b. tit.* & aliis Veteribus Bullis. Neque obstat, quòd in Bullis recentioribus dicantur suspendi Indulgentiæ omnes, & singule; quia intelligendæ sunt ad sensum veterum Bullarum, ex generali principio, juxta quod, quidquid in posteriori Lege non fuit expressum specialiter, id veterum Legum, Constitutionumque Regulis relictum intelligitur l. præcipimus § 2. fin. C. de Appellat. Sanctarell. c. 5. dub. 7. Lezan. V. *Jubilæum n. 5.* Wiestner hic n. 193. la Croix tom. 6. n. 1391. Resp. 2. & n. 1401.

Ex Plenariis excipiuntur, & non sunt¹⁶⁷ suspensæ, 1. Indulgentiæ concessæ Ecclesiis, & Basilicis Urbis Romanæ, etiam extra illius moenia sitis; quia in his cessat finis intentus per Suspensionem, ne scilicet fideles à peregrinatione Romana retrahantur, si Indulgentias Romæ propositas consequi possent domi: ubi notandum, hoc non procedere de Ecclesiis, extra Romam

nam existentibus, & habentibus communicationem Indulgentiarum, indultarum uni, vel pluribus Ecclesijs Romanis, nam respectu istarum finis Suspensionis manet Zerol. *prax. Epif. V. annus Sanctus n. 3.* Gobat n. 41. Wiestner n. 195.

168 2. Indulgentiæ S. Domus Lauretanæ. la Croix tom. 6. n. 1401. & secundum Gobat B. V. Einsidensis, Item Compostellæ, ut habet Palao *tr. 24. D. un. p. 12. §. 1. n. 8.* & Portiunculæ assisij. Suspenditur tamen Indulgentia Portiunculæ alibi per Orbem. *Viva de Jubil. q. 4. art. 1. la Croix l. cit.*

169 3. Indulgentiæ concessæ per Bullam Cruciatæ; quia istius privilegia dantur per modum Contractus, cum pro iis pendendi debeant duo Regales, privilegia autem ita concessa revocata non intelliguntur per clausulam generalem, nec revocari valent, nisi facta aliqua compensatione. *Lezan. V. jubileum n. 5. Palao §. 1. cit. n. 10. Dian. p. 1. tr. 11. ref. 97. Wiestner n. 195. r. secundò la Croix l. cit.*

170 4. Indulgentiæ concessæ pro defunctis, saltem quæ extra Jubilæum applicari nequeunt vivis. An verò etiam illæ, quæ vivis applicari possunt, uti sunt, quæ proponuntur in Communione Generali Mensura in Templis Societatis JESU, suspendi intelligantur; dubitatum est sepius. *Laym. l. 5. tr. 7. c. 8. n. 3. Palao §. 1. cit. n. 7. Gobat n. 47. putarunt eas non suspendi; sed contrarium patuit in Jubilæo, quod egimus initio presentis sæculi, ubi etiam istas suspensas declaravit Innocentius XII.*

171 5. Concessæ in articulo mortis; nam licet aliqui dicant, etiam has suspendi, verius tamen negant Gobat n. 44. Wiest, n. 195. la Croix n. 1401. tum propter declarationem duorum Summorum Pontif. tum verò, quod Suspensionis ratio, ac finis in moribundis omnino cesset. Et procedit hoc non tantum de articulo mortis verò, sed etiam de probabili, & prudenter præsumpto, licet mors non consequatur, la Croix l. cit.

172 *Queritur 11. quænam aliæ facultates revocentur tempore Jubilæi? 2a. revocantur, seu suspenduntur omnes facultates, & indulta quæcunque, quæ causâ indulgentiæ plenariæ quærendæ concessa sunt: qualia reputantur illa tantum quorum mentio fit in Extr. Quænammodum 4. int. canon. h. tit. scilicet facultas eligendi Confessarium cum potestate absolvendi à reservatis, censuris, & alijs pœnis commutandi Vota, & in eis dispensandi, remittendi, seu componendi malè ablata; hæc enim frequenter concedi solent gratiâ consequendi Jubilæ-*

um, & ut fideles ad Indulgentias illius lucrandas magis invitentur. Palao *tr. 24. D. un. p. 12. §. 1. n. 9.*

*Contra non censentur suspensæ facultates eligendi Confessarium absque qualitate absolvendi à reservatis, vel etiam cum hac qualitate, si illa non à Pontifice, sed ab Episcopis, aliisque Prælatibus Ecclesiasticis, ordinaria potestate utentibus concessa sit; aut si talis facultas absolvendi à reservatis, commutandi, & dispensandi in Votis concessa quidem sit à Pontifice, non tamen intuitu Indulgentiarum consequendarum, qualem habent Regulares, & alii per privilegia Apostolica; nam his facultatibus etiam tempore Anni Sancti Romæ durantis uti possunt, ut ex communi DD. sententia docent Lugo *D. 20. n. 145. Palao l. cit. Wiestner n. 196. la Croix n. 1403.**

*Queritur 12. quando incipiat, & 174 quamdiu duret hæc Indulgentiarum, & facultatum suspensio? 2a. inchoatur ab ipsa apertione Portæ Sanctæ, & durat usque ad ejus reclusionem, quarum illa initio, ista in fine Vesperarum primarum Vigiliæ Nativitatis Domini fit: qua proinde reclusionem facta, Indulgentiæ, quæ erant suspensæ, omnes statim, & sine ulla Papæ innovatione, vel confirmatione reviviscunt, ut contra Navar. *notab. 28. à n. 27. & notab. 33. fin. Zerol. V. Annus Sanctus §. ad 9. Rodriq. in Explic. Cruciat. §. 10. dub. 6. melius, & verius docent Laym. l. 5. tr. 7. c. 8. n. 2. Palao *tr. 24. D. un. p. 12. §. 1. n. 13. Gobat de Jubil. n. 50. & seqq. König hic n. 24. Wiestner *ibid. n. 197. la Croix n. 1404. & monstrat praxis, usûsque receptus publicandi Indulgentias finito anno absque ulla Pontificis renovatione, quod nullatenus facerent viri alioquin Religiosi, & docti, si crederent suspensionem perseverare.****

Queritur 13. quid consulendum illi, 175 qui Jubilæo ferè transacto, ex mera ignorantia opera faciendâ omisit, nec tantum amplius temporis habet, ut Jubilæo durante ea peragat omnia? 2a. is posset confiteri ultimo die, & communicare; reliqua verò opera, quæ durante Jubilæo non potest perficere, posset ipsi Confessarius prorogare in sequentem septimanam post Jubilæum transactum; quia talis haberetur pro impedito. Similiter si quis opera omnia expleisset præter Communionem, & ultimo die, quo ad S. Synaxin accedere cogitabat, inadvertenter aliquid cibi assumeret, posset illi Communicatio commutari in aliud opus pium, vel differri in proximum diem, & sic ille lucrari Indulgentias.

TITULUS XXXIX.

De Sententia Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti.

Superfunt Pœnæ Medicinales fori Ecclesiastici externi, sive Censuræ: de quibus antequam agamus in specie, aliqua de illis sunt præmittenda in genere.

S. I.

De Censuris in genere.

SUMMARIUM.

1. Censuræ Definitio.
2. &c. Explicatio Definitionis.
6. &c. Divisio.
12. Potestas ferendi Censuras est penes Ecclesiam.
13. Quinam censurare possint potestate Ordinaria?
14. Qui delegata?
15. &c. Utrum potestas ista delegari etiam scemina possit?
18. &c. An competat Parocho?
21. Utrum acquiri consuetudine possit?
22. &c. Conditiones ad ferendam Censuram requisite &c.
27. &c. An & qualis monitio præcedere debeat?
30. &c. Quando speciali monitione non sit opus?
35. &c. In quos Censura ferri possit, vel non possit?
41. &c. An etiam in impuberes?
44. &c. Vel in integram communitatem?
47. &c. Utrum Episcopus Censuram ferre possit in peregrinum?
49. &c. Vel in subditum extra Diocesim ipsius commorantem?
51. &c. An possit aliquis officii duplici Censura?
56. &c. An etiam ob culpam venialem?
61. &c. Aut ob actum merè internum?
66. &c. Vel ob peccatum merè præteritum?
69. &c. An Censura imposita contra facientes comprehendat etiam mandantes, & consulentes?
72. &c. An casu, quo expressè contra mandantes, consulentes &c. lata est, eam incurrat etiam, qui mandatum, vel consilium revocavit?
75. &c. Quæ causæ excusent ab incurrenda Censura?
85. &c. Quis absolvere possit à Censura?
98. &c. Quæ formæ, ritu, & conditionibus absolutio Censuræ fit concedenda?
103. &c. Quot modis contingat absolutionem à Censura fieri?
107. &c. An Censura semel incurta non possit aliâ viâ tolli, quam absolutione?

QUæritur 1. quid sit Censura? Censura à censendo dicta, in Rep. Rom. Veteri denotabat Officium, & Dignitatem Censuræ, quæ morum correctionem, & coercitionem, spectabat, juxta illud Plinii l. 14 c. 4. Catonum ille primus triumpho, & Censurâ super cætera insignis. Aliquando significabat ipsam correctionem, & Decreta istam spectantia, juxta illud Juvenalis: Vexat Censura Columbas. Satyr. 2. Hodie dupliciter accipitur: primò latius, in quo sensu quamcunque pœnam, imò quodcumque judicium, sive sententiam Ecclesiæ correctoriam, quin etiam approbationem significat. Secundo strictè, & propriè: & tunc Censuræ nomine tantum veniunt pœnæ Ecclesiæ spirituales, & medicinales. Distinguitur in isto sensu Censura, quod sit Pœna spiritualis, seu Ecclesiastica, qua potestas Ecclesiastica exterior fideles suos delinquentes, & contumaces bonorum quorundam spiritualium usu privat ad eorum correctionem. Ita quod sensum plerique

DD. & in his Suar. D. 1. de Censur. sect. 1. n. 5. Palao tr. 29. D. 1. p. 1. n. 1. Vallens. hic S. 1. n. 2. Engl. n. 1. Pihing n. 1. König n. 1. & 2. Wiestn. n. 2. Reffenh. n. 2. & 3. la Croix tom. 8. l. 7. n. 1. Magnif. P. Schmier p. 1. de delict. c. 3. n. 83.

Dicitur 1. pœna; quia est privatio pœnalis bonorum spiritualium, quorum, seclusâ Censurâ, fidelis particeps erat. Sunt autem Bona, in quibus fideles communicant inter se, triplicis generis. Et quædam quidem interna sunt, ut Fides, Charitas, Gratia, per quam ipsi inter se, & cum Christo mysticè copulantur juxta Apostolum 1. Corin. 12. v. 11. & Ephes. 4. v. 2. &c. Alia merè externa, sive Civilia, & Politica, quæ in convictu colloquiis, & salutationibus, in contractibus, commerciis, Judiciis &c. consistunt, Alia Mixta, quæ consistunt in actionibus, & ceremoniis exterioribus interiorem, & spirituales fructum ex sua institutione operantibus, ut sunt communia Ecclesiæ Sacramenta,

menta, Sacrificia, & Officia Divina, Ecclesiae Suffragia, Satisfactio Christi, & Sanctorum, quae ex communi Ecclesiae thesauro per Indulgentias fidelibus iustis applicantur. Covar. in c. alma pr. n. 2. Suar. l. 1. cit. n. 6. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 1. n. 2. Pirhing n. 4. Wiest. n. 30. Reffent. n. 54. &c.

Dicitur 2. *Spiritualis*, & *Ecclesiastica*: Hinc solum à potestate Ecclesiastica provenire Censura potest, & nullo modo à Laicali can. cum ad verum 6. dist. 96. c. Ecclesiasticae Sanctae Mariae 10. de Constit. c. sollicitudine 6. de major. Excipitur, nisi potestatem censurandi Summus Pontifex deleget Laico; nam ex delegatione Pontificis communicari Laico potestas haec potest, sicut delegatione ejusdem Pontificis cognoscere potest de causis Spiritualibus: ita omnium sententia teste Palao D. 1. cit. p. 4. n. 3.

Dicitur 3. *Bonorum quorundam Spiritualium*; nam quamvis Censura etiam bonis temporalibus quandoque privet, ut patet in Excommunicatione, quae privat Politico, & Civili Contractu; & in Suspensione à Beneficio, quae privat Beneficiorum fructibus: primario tamen temper Censura privat actionibus Spiritualibus, secundario vero solum, & indirectè usu corporalium, & temporalium. Avil. p. 1. de Censur. dub. 4. n. 2. Suar. D. 1. sect. 1. n. 5. Palao D. 1. cit. p. 1. n. 2. Laym. tr. 5. cit. p. 1. c. 1. n. 1. Vallens. §. 1. n. 2. Pirhing n. 1. Wiest. n. 2. la Croix l. cit. Magnin. P. Schmier c. 3. cit. n. 84. Porro ex bonis coeteris, quae n. 2. retuli, solum Censura fidelem privat Bonis ultimo loco positus, nempe *Mixtis*; nam donis Grauae, & Virtutibus infusus, cum Ecclesiae Jurisdictioni non subdantur, neminem privat Ecclesia. Laym. l. cit. n. 2. Engl. n. 16. König n. 20. Schmier n. 92. cum cit.

Dixi 4. *ad eorum correctionem*: hinc fit, ut emendatione posita, itatim Censura sit auferenda, ut cum Suar. Coninck, Avila, & aliis notat Palao n. 2. cit. Neque tamen hinc sequitur, in neminem ferri eandem posse, nisi in eum, qui reputatur corrigendus; quia esto, finis eisdem sit principaliter emendare delicta, simul tamen per eam Ecclesia intendit punire: unde cessante uno fine correctionis, non cessat hoc ipso finis punitionis. Coninck D. 13. dub. 1. n. 11.

Quaeritur 2. quoruplex sit Censura? ex omnium sententia Censura triplex est, Excommunicatio, S. suspensio, & Interdictum. Constat ex c. querenti 20. de V. S. c. cum Medicinalis 1. c. statutum 13. & c. is cui 20. b. tit. in 6. His Sor. in 4. dist. 22. q. 3. art. 1. pr. addit Cessationem à Divinis, & Irregularitatem, quae ex Delicto oritur; alii tamen adiungunt Depositionem, R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

& Degradationem. Sed dicendum, tantum esse tres species Censurae, quas enarravi. Ita Navar. Man. c. 27. n. 1. Ugolin. de Censur. tab. 1. c. 26. Suar. D. 1. sect. 3. n. 1. Avil. p. 1. de Censur. dub. 5. Garc. p. 7. de Benef. c. 13. n. 2. Coninck D. 13. dub. 1. n. 3. Laym. l. 1. tr. 5. p. 1. c. 2. n. 1. Palao tr. 29. D. 1. p. 1. n. 4. Vallens. §. 1. hie n. 3. Engl. n. 26. Wiestner n. 28. Reiffenituel n. 44. & colligitur manifestè ex c. querenti cit. ubi Pontifex interrogatus de Censuris, tres tantum species enumeravit: quod manifestè indicat, alias non esse, cum illa responsio, utpote in materia doctrinali, aequivaleat universali.

Ratio est, quia nulli alteri speciei, praeter tres assignatas, Definitio Censurae convenit. Nam imprimis Cessatio à Divinis non est prohibitio usus Divinorum, ut Censurae, sed potius illorum ommissio: deinde non fertur in contumaciam, ut Censurae, sed in signum tristitiae, & mœroris Ecclesiae, ex injuria gravissima sibi illata concepti: item transgressio Censurae inducit Irregularitatem; hanc non inducit celebratio Divinorum contra Cessationem indictam: denique Censura saepe fertur à Jure; Cessatio à Divinis semper ab homine. Similiter à Censura essentialiter differunt Depositio, Degradatio, & Irregularitas; nam 1. Censurae, ut dictum est, sunt Poenae Medicinales, & delinquentè emendato, atque à contumacia recedente, auferri debent; contra Depositio, Degradatio, & Irregularitas, si ex delicto descendat, sunt poenae Vindicativae, & ex se perpetuae. 2. Depositio, Degradatio, Irregularitas dispensatione tolluntur; Censurae absolutione. 3. denique Irregularitas saepe ex defectu descendit, & propterea poena omnino non est, cum tamen Censura semper sit poena.

Porro Censura sic explicata, & in species suas divisa subdividitur diversimodè. Et 1. in validam, justam, & injustam. Valida, & Justa est, quae nullo laborat defectu. Injusta valida, quae laborat defectu aliquo accidentali, e. g. si ad eam procederet Judex ex odio, aut in propria causa, & verbotenus, nec praemissa Canonica monitione, ubi ista praemitti debet. Censura injusta, & invalida verò, quae substantialem defectum habet, videlicet si eam inferens non habeat potestatem sufficientem, si ferat ob causam non legitimam, si non servato ordine judicario &c.

2. Alia dicitur à Jure, alia ab homine inflicta. A Jure quidem inflicta dicitur illa, quae per SS. Canones, Constitutiones, & Statuta Ecclesiastica fertur; ab homine autem, quae à Jure, vel Praelato fertur per modum mandati, vel Sententiae Judicialis. Differunt à se invicem dupliciter; nam

Aa

pri

primò Censura, lata à Jure auctore, qui eam tollit, mortuo, perseverat; quia nomine DEI, seu Communitatis nunquam deficientis fertur: lata autem ab homine cum ab hujus Jurisdictione, & autoritate pendeat, & hæc cessent eo mortuo, vel ab officio remoto, etiam ipsa cessat: quod intellige, antequam incuratur, ad effectum, ut non amplius incuratur; nam postquam incurta est, perseverat. Laym. c. 2. cit. n. 2. Palao p. 2. n. 2. Wiestner hic n. 24. Alterum discrimen est, quia Censura lata à Jure nunquam ferri potest pro peccatis præteritis, sed semper pro futuris; Censura verò lata ab homine non solum pro futuris, sed etiam pro præteritis in eorum satisfactionem, & emendationem fertur. Palao l. cit.

10 3. Alia dicitur ferendæ, alia lata Sententiæ. Ferendæ Sententiæ Censura est, quæ licet Jure statuta sit, à delinquente tamen non facta ipso statim incurritur, sed per Sententiam à Jure est infligenda: cujusmodi Censura ferè denotatur per verba habentia significationem futuri temporis v. g. Excommunicabitur, suspendetur; vel excommunicetur, prohibebimus sub Excommunicatione, sub pœna Excommunicationis, volumus excommunicari &c. Lata sententiæ autem, quam delinquens ipso facto, sive criminis perpetratione sine alia Sententia condemnatoria incurrit: & hinc c. Pastoralis 33. §. verum de Appell. dicitur secum trahere executionem. Ista denotatur per verba habentia significationem præteriti, vel etiam præsentis temporis, v. g. Excommunicamus, Anathematizamus, Suspendimus, Qui hoc fecerit, se noverit excommunicatum, Excommunicationi subiaceat, vel in eam incidat, prohibebimus sub Excommunicatione ipso Jure, vel facta, aut sine alia Sententia incurrenda &c. Sylv. V. Excommunicatio 1. n. 22. Castro de Leg. Pœnal. l. 2. c. 1. Suar. D. 3. de Censur. sect. 3. à n. 1. Laym. c. 2. cit. n. 3. Valent. hic §. 2. n. 4. Engl n. 18. König n. 5. Wiestn. n. 25. Reiffentuel n. 79. & seqq. la Croix l. 7. n. 9.

Dubitarur, qualis censetur esse 11 Censura, quando dubitatur, an ferendæ, aut lata sententiæ sit? Ratio dubitandi sumitur ex c. siquem 59. b. tit. ubi Gregorius IX. declarat, sub nomine Excommunicationis simpliciter prolato, nisi contextus aliud suadeat, semper intelligi Majorem, nunquam verò Minorem. igitur à pari sub eodem nomine simpliciter prolato in dubio venietur lata, non ferendæ sententiæ Censura. Sed dicendum, in dubio censeri decretam esse Censuram ferendæ, non lata sententiæ. Sylv. V. cit. n. 21. Suar. sect. 3. cit. n. 6. Avil. p. 2. D. un. dub. 2. Laym. c. 2. n. 3. König hic n. 5. Wiestner ibid. n. 26. & hoc teste commu-

nis aliorum sententiæ. Ratio est, quia in dubiis, & in pœnis præsertim benignior interpretatio facienda est juxta Reg. 155. §. fin. ff. & Reg. 49. in 6. Ad Argumentum contrarium dico, Constitutionem c. siquem cit. esse correctoriam Juris antiqui, juxta quod sub nomine Excommunicationis simpliciter prolato aliquando intellecta fuit Excommunicatio minor, teste Palao tr. 29. D. 2. p. 2. n. 2. igitur extensionem non admittit.

Quæritur 3. penes quem sit potestas ferendi Censuras? 2. datur in Ecclesia potestas ferendi Censuras. Ita Catholici omnes, constatque ex Concil. Constant. sess. 8. error. 30. & sess. 15. error. 19. Confirmat hoc ipsum usus, & praxis totius Ecclesiæ. Colligitur ex verbis Math. 16. & 18. ubi generaliter Christus Petro, ejusque Successoribus concedit potestatem ligandi, atque solvendi. ligat autem Ecclesia per Censuras. Ratio est, quia in omni bene constituta Rep. debet esse potestas quosdam sibi noxios excludendi à suo corpore, alios male administrantes suspendendi à quibusdam Officiis, aliis interdicens certos actus, & functiones, ergo id etiam debet esse in Ecclesia: hæc autem est ipsa potestas ferendi Censuras, nempe Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti. ergo &c. Usus potestate ista est s. Petrus adversus Simonem Magum per verba, Non est tibi pars, vel fors in sermone. Act. 8. v. 21. & s. Paulus, dum 1. Corinth. 5. v. 5. hominem incestuosum, & Timoth. 12. v. 20. Hymenæum, & Alexandrum, circa Fidem naufragantes, Sathana tradidit; nam hæc traditione eos excommunicatos fuisse cum s. Chrysostomo, & Theophylacto observat Cornelius. Potestque potestas ista esse vel ordinaria, vel delegata. Hinc

Dub. 1. penes quos sit potestas ordinaria ferendi Censuras? 2. potestate ordinaria ferre Censuras potest. 1. Summus Pontifex respectu totius Ecclesiæ, ut fatentur omnes Catholici, & patet ex Extr. unam Sanctam 1. de major. in. comm. 2. Episcopus, & Archiepiscopus in sua Diocesi quoad sibi subditos c. perniciose 1. c. conquirente 16. de Offic. Ordin. c. cum Episcopus 7. eod. in 6. & c. à nobis 21. b. tit. 3. Cardinales in Ecclesiis sui Tituli c. bis, que 15. de Major. & ibi DD. communiter. 4. Legati à Latere in Provincia suæ Legationis c. novit 7. de Offic. Legat. & c. Legatos 2. eod. in 6. 5. Capitulum Sede Episcopali vacante, hujusque, vel Episcopi, aut Archiepiscopi Vicarius Generalis arg. c. un. de major. in 6. c. venerabilibus 7. b. tit. in 6. c. non putamus 2. de Consuet. in 6. ac Trid. sess. 24. c. 16. de Reform. 6. Prælati, & Præpositi Ecclesiarum Collegatarum, &

& alii obtinentes Jurisdictionem in foro Ecclesie externo *c. querenti 20. de V. S. & c. cum medicinalis 1. b. tit. in 6.* 7. Abbatibus, Priores, & similes Prepositi, ac Superiores Regularium, non solum Generales, & Provinciales sed etiam Locales, ex Privilegio Pontificis Officio, & muneri eorum perpetuo annexo *c. cum in Ecclesiis 10. de Major. c. fin. de Stat. Monach. & c. sicut tuis 33. junct. Gloss. V. Anathematizatus de Simon.* 8. Concilia Generalia, & Provincialia in sua Provincia, aut Natione, uti & Congregationes, & Capitula, Generalia, ac Provincialia quarundam Religionum. Navar. Man. c. 27. n. 5. Suar. D. 2. de Censur. sect. 2. per totam, Palao tr. 29. D. 1. p. 4. n. 2. Engl. hic n. 13. König n. 8. Pirhing n. 24. Wiestner n. 4. Reiffenstuel n. 7. la Croix tom. 8. lib. 7. n. 17.

Dub. 2. quinam Censuram ferre possint ex potestate Delegata? 1. potestate Delegata Censuras ferre possunt omnes illi, quibus predicti *n. prac.* potestatem Ordinarium habentes illud commiserint; quia Potestas Ordinaria, hoc ipso, quod Ordinaria est, delegari potest, ut constat ex *tot. tit. de Offic. Ord. & c. cum Episcopis 7. eod. in 6.* Ut vero delegari alicui potestas hæc possit, debet is, cui hæc mandatur Jurisdictio, capax illius existere. Et quidem 1. debet habere usum rationis, cum illam accipit; aliàs nulla erit acceptatio, quæ ad accipiendam Jurisdictionem requiritur ex communi sententia, 2. debet esse baptizatus; quia non potest exercere munera Ecclesie, qui intra illam nondum existit. 3. debet esse insignis saltem primæ tonsuræ; nam Laicus hujus Jurisdictionis est incapax, quæ proin ab alio, quam Summo Pont. delegari eadem non potest, ut dictum est *n. 3.* 4. non debet esse conjugatus; nam etsi iste, si Minores Ordines habeat, habitum deserat, & alicui Ecclesie deserviat, privilegio Canonis, & Fori gaudeat, Ecclesiasticæ tamen Jurisdictionis existit incapax, ut proin ab alio, quam Pont. de plenitudine potestatis committi illa ipsi non possit *c. un. de Cler. conjug. in 6.* nisi separatus ab uxore vivat, edito utrinque voto Castitatis. la Croix tom. 8. l. 7. n. 26.

Dub. 3. utrum potestas ferendi Censuras saltem de plenitudine potestatis Pontificæ possit delegari foeminae. Negat Engl. hic n. 15. cum *avila, coninck &c.* quia putant foeminas hujus Jurisdictionis esse incapaces Jure Divino, quod Christus claves Ecclesie nulli foeminae, sed soli Petro, Apostolis, & eorum Successoribus concesserit. *Conf. 1. ex illo Apostoli 1. Corin. 14. v. 34.* ubi prohibetur mulieribus, ne in Ecclesia doceant; quia id indecens est. ergo à fortiori indecens erit eas

R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

uti Jurisdictione Ecclesiastica, & superiores se Clericis ostendere. *Conf. 2. si foeminae Jure Divino non essent incapaces hujus potestatis, aliquando illis à Pontifice fuisset commissa. nunquam autem commissa legitur, ergo &c.*

Sed probabilius foemina potestatis istius solum incapax est Jure positivo humano; *conf. Pontifex ex plenitudine Jurisdictionis suæ Papalis potest ei potestatem concedere ferendi Censuras. Sayr. l. 1. de Censur. c. 5. Suar. D. 2. de Censur. sect. 3. n. 7. Laym. l. 1. tr. 5. p. 1. c. 3. n. 4. Palao tr. 29. D. 1. p. 4. n. 5. Pirhing hic n. 24. la Croix tom. 8. lib. 7. n. 19.* Ratio est, quia potestas hæc ferendi Censuras, etsi Spirituallis sit, non tamen est potestas Ordinis, sed Jurisdictionis tantum; & hinc, ut *n. 3.* dictum, absolute etiam Laico conferri potest, atqui foemina non videtur Jure Divino esse incapax Jurisdictionis Spirituallis; quia ex privilegio Pontificis potest conferre Beneficia Clericis, in Ecclesia illos instituire, ac tandem præcepta ponere, ut dicitur *c. dilecta 12. de major. quæ omnia sunt munera Jurisdictionis Spirituallis.*

Atque hinc patet ad argumentum¹⁷ oppositum; fateor enim claves Ecclesie, prout potestatem Ordinis, & Jurisdictionis continent, non posse communicari foeminae, imò nec clavem Jurisdictionis per se, & directe, bene tamen indirectè, & per accidens, in uno, vel alio casu. *Neque obstat, quod foeminae non sint successores Apostolorum; nam etiam Laicus, dum extra Clerum existit, Successor Apostolorum non est, & tamen ipsi à Pontifice committi potestas ferendi Censuras pro una, vel altera vice potest.* *Ad Conf. 1. concedo non posse foeminae ob indecentiam per se, & communiter committi potestatem ferendi Censuras, sicut nec potestatem docendi: at sicut urgente aliqua gravi causa potest Pontifex foeminae aliàs eruditæ permittere docere populum, ita potest eidem permittere, ut ferat Censuras.* *Ad Conf. 2. eo argumento solum probatur, raro, vel nunquam posse evenire casum, qui Pontificis concessionem honestet, ideoque Pontifices ab ea concessionem abstant.*

Dub. 4. utrum Potestas censurandi competat Parocho? *Affirmativa videtur supponi can. nemo 11. caus. 2. q. 1. ubi asseritur cognitio causæ præmittenda Excommunicationi ab Episcopis, & Presbyteris.* *Conf. ex c. si sacerdos 2. de Offic. Ordin. ubi potestas excommunicandi clare tribuitur Sacerdoti; & c. cum ab Ecclesiarum 3. eod. ubi sententia Excommunicationis, & Interdicti, à Plebano S. Pancratii lata in suos subditos habetur pro rata, & jubetur inviolabiliter observari.*

A a 2

Sed

19 Sed dicendum, potestatem censurandi Parocho non competere. Navar. Man. c. 27. n. 5. Suar. D. 2. de censur. sect. 2. n. 8. Palao tr. 29. D. 1. p. 4. n. 2. Valens. hic §. 5. n. 4. König n. 8. Wiest. n. 5. la Croix tom. 8. l. 7. n. 21. Magnif. P. Schmier p. 1. de delict. c. 3. n. 102. Ratio est, quia Censura ferri nequit, nisi ab habente Jurisdictionem fori externi, ut colligitur ex c. querenti 20. de V. S. & c. cum medicinalis 1. b. tit. in 6. Parochus autem jurisdictionem fori externi, nisi specialiter hæc ipsi committatur, nullam exercet can. de persona 38. junct. Gloss. V. non ab alio caus. 11. q. 1. ergo &c.

20 Ad can. nemo in contrarium allegatum, Presbyter, de quo ibi est sermo, Jurisdictionem fori externi privilegio, vel consuetudine legitime præscripta obtinuit. Ad Conf. is, qui sententiam Excommunicationis, & Interdicti in textibus cit. tulit, non fuit simplex Plebanus, sed in priori quidem casu Episcopus, in posteriori Præpositus Ecclesie Collegiatae, ut notat Avil. p. 2. c. 3. dub. 2. vel si hoc negas, pariter dicendum, ipsos potestatem hanc obtinuisse viâ præscriptionis, vel consuetudinis, ut notant Abb. in c. 3. cit. n. 3. Barbof. n. 2. Gonzal. n. 2.

21 Dub. 5. utrum potestas censurandi acquiri possit consuetudine, vel præscriptione? R. affirmativè. Ita communiter DD. & constat de consuetudine ex c. dudum 54. v. sed cum in Jure de Elect. de Præscriptione ex c. auditus 15. & c. cum olim 18. de Præscript. Ratio est, quia potestas censurandi potest acquiri privilegio Summi Pontificis, ergo etiam præscriptione, vel consuetudine modò persona præscribens sit capax possessionis.

22 Queritur 4. quæ conditiones requirantur ex parte ferentis Censuram, ut ferre eandem possit? R. 1. requiritur potestas Ordinaria, vel Delegata: unde si tempore, quo delinquens Censuram ligandus erat, tu carcas potestate, nulla erit Censuræ impositio. Palao tr. 29. D. 1. p. 5. n. 1. Estque perinde, si Jurisdictio ex parte ferentis Censuram cesset per remotionem ejus ab officio, sive alio modo. Ita cessat potestas Judicis primæ instantiæ in causa, in qua legitime appellatum est; tunc enim ea causa, in qua legitime appellatum est, à Judice, à quo est appellatum, eximitur, & ad Superiorem illius devolvitur, ita ut si ante incursionem Censuræ appelletur, Judex à quo Censuram ligare appellantera non amplius possit. Ut tamen Appellatio ita suspendere Jurisdictionem Judicis à quo possit, duo requiruntur. 1. ut sit legitima, seu ex causa rationabili facta. 2. ut incursionem præcedat; nam Censura incurta sola absolutione tolli potest, Palao D. 1. cit.

p. 8. n. 4. Engl. hic n. 104. Reiffenst. ibid. n. 36.

2. Requiritur, ut Censura imponatur voluntariè, & humano modo cum voluntate 54. h. tit. quæ voluntas aut verbis, aut signis aliis indicari debet. Dixi voluntariè; nam, an voluntas ista debeat esse libera, ita, ut interveniente gravi metu, nulla sit, difficultate non caret. Ratio dubitandi est, quia absolutio à Censura, ex hujusmodi metu facta, irrita, & nulla est, ut expressè deciditur c. un. de his, que vi, metuve causa &c. atqui idem est iudicium faciendum de impositione Censuræ, quod de absolutione can. verbum 51. de Penit. dist. 1. ibi: Dominus par jus & solvendi esse voluit, & ligandi, qui utrumque pari conditione permittit, ergo &c. Sed dicendum, quod metus non impediatur valorem Censuræ. Abb. in c. 2. de his, que vi metuve causa &c. n. 11. Hurtad. de censur. difficult. 6. n. 24. Coninck D. 13. dub. 5. n. 36. Palao p. 5. cit. n. 2. Ratio est, quia gesta per metum jure naturæ valida sunt, nisi aliunde jure positivo irritentur; metus enim, etsi minuat, non tamen tollit voluntarium, atqui jure positivo latio Censuræ metu facta non reperitur irritata. ergo &c. Ad rationem dubitandi nego paritatem; nam absolutio Censuræ, ex metu concessa, declaratur irrita ob favorem Ecclesiasticæ potestatis, ne scilicet Prælati vexarentur, at impositionem Censuræ irritam esse, non est favor Ecclesiasticæ potestatis, sed ejus, in quem fertur. Accedit, quod non tam frequenter timeri potest, vexandos Prælatos, ut Censuras imponant, quam ut ab iis absolvant, ergo irritatio absolutionis non est extendenda ad Censuræ impositionem. Quod additur ex can. Verbum cit. intelligendum est per se, & nisi per accidens impediatur; fit autem sæpe, ut habeat Prælati potestatem ferendi Censuram, & impeditus sit ab absolutione concedenda, prout patet in Incendiario, quem si Episcopus nominatim excommunicavit, non tamen potest absolvere, sed solus Papa.

3. Ferens Censuram debet existere intra proprium territorium; nam extra illud existens etiam sibi alias subditum Censuram ligare non potest, Abb. in c. novis 7. n. 3. de Offic. Legat. Navar. Man. c. 27. n. 6. Sayr. l. 1. c. 14. n. 4. Hurtad. de Censur. difficult. 6. n. 25. Coninck D. 13. dub. 5. n. 39. Palao p. 5. cit. n. 3. Valens. hic §. 5. n. 2. Pithing ibid. n. 28. & colligitur ex can. Episcopum 7. caus. 9. q. 2. & Clem. un. de for. compet. Ratio est, quia extra territorium nemini datum est Jurisdictionem contentiosam exercere, ne Judici illius loci injuriam inferat c. novis, cit. & l. omnes 2. ff. de Offic. Procons. at ferre Cen-

Censuram est actus Jurisdictionis contentioſæ, utpote quæ feruntur in invitum, & cum cognitione cauſæ, ergo &c. *Excipitur* 1. ſi notoria, & manifeſta ſit contumacia, ita, ut fieri ſententia Excommunicationis poſſit abſque cognitione cauſæ; vel ſi præmiſſa jam ſit cognitio cauſæ in territorio proprio: tunc enim ferri Censura poſteſt extra territorium proprium. Sayr. l. cit. n. 6. Palao n. 3. *Excipitur* 2. ſi Episcopus à ſuis expulſus ſit; quia eo caſu, petita licentiâ à loci Ordinario, licet non obtentâ, poterit in ſibi ſubditos Censuram ferre, ut habetur *Clem. un. cit.* & tradunt *Navar. Hurt. Coninck Pal. & alij ſuprà.*

4. Ut juſtè & licitè quis ferat Censuras, non debet eſſe ligatus Censurâ la Croix tom. 2. l. 7. n. 27. neque debet aliqua Lege, aut Superioris præcepto eſſe interdicitus, Palao n. 4. Item non debet ex pravo affectu odij, aut vindictæ duci. Palao l. cit. & hoc teſte omnes. Et hinc nemo poteſt Censuram per modum Judicij ferre in cauſa propria; quia judicans in cauſa propria præſumitur ſiniſtro affectu duci la Croix l. cit. n. 20. Dixi per modum judicij; nam per modum juſtæ defenſionis ferri Censura poteſt in cauſa propria, ut cum *Diana* advertit la Croix l. cit. ſicut enim vis vi repelli poteſt, ita licitum eſt injuſtum inſavoſorem per Censuram ab injuria arcere. Imò ſi cauſa eſt ita manifeſta, ut nec negari poſſet, nec opus eſſet examinari, in cauſa propria Censura ferri poſſet etiam per modum Judicij. la Croix l. cit.

5. Censuram debet præcedere monitio, ſaltem quoad ligamen. Itade Censura Excommunicationis expreſſè traditur, c. ſacro 48. h. tit. c. cum medicinalis 1. & c. conſtitutionem 9. eod. in 6. de Suspensione c. reprehensibilis 26. de Appellat. de Interdicto c. ſtatutum 13. h. tit. in 6. & univerſaliter pro omnibus ex omnium ſententia tradunt *Sot. in 4. diſt. 22. q. 2. art. 2. concl. 4. & 5. Navar. Man. 6. 27. n. 10. Suar. D. 3. de Censur. ſect. 8. n. 2. Coninck D. 10. dub. 9. concl. 3. n. 82. Laym. l. 1. tr. 5. p. 1. c. 5. n. 6. Palao p. 5. cit. n. 5. Pirhing n. 34. & 37. hic.* Ratio eſt, quia Censura fertur ob contumaciam, & inobedientiam actualem, at, qui monitus non eſt à ferente Censuram, non eſt illi rebellis, & inobediens. ergo &c.

Dub. 1. qualis debeat eſſe iſta monitio, ut licitè feratur censura? R. non ſufficit, ut ſit qualicumque, ſed 1. debet eſſe trina, vel una tribus æquivalens, ſive complectens intervalla temporis, inter tres monitiones interponi ſolita, niſi facti neceſſitas aliter ſuſceſerit, ut loquitur *Gregorius IX. c. conſtitutionem cit.* Ex defe-

ctu tamen trinæ monitionis (modò monitio addit) Censura non redditur nulla; ſed injuſta, prout colligitur ex c. Romana 5. h. tit. in 6. ubi caverur, ne Judices ferant Sententiam Excommunicationis, vel Suspensionis abſque competenti monitione præmiſſa, & ſi contra præſumpſerint, injuſtas noverint eſſe illas: ubi *Gloſſa* ponderat dictionem injuſtas, & advertit non dixiſſe nullas. *Excipitur*, niſi lata ſit contra participantes, & communicantes cum excommunicato ab eodem Judice; hæc enim, ut valida ſit, requirit trinam monitionem, ut expreſſè caverur c. ſtatutum 3. & c. ſtatutum 13. h. tit. in 6. Vallenſ. hic §. 2. n. 3. Engl. n. 111. Pirhing n. 35. not. 2. & n. 135. not. 1. König n. 16. Reſſentueln. 24.

2. Hæc monitio debet fieri in ſcriptis, quæ continere debent cauſam, pro qua censura imponitur, & tradi reo, cui illa imponitur: quod ſi verò Judex (niſi fuerit Episcopus) abſque urgenti cauſa ſolo verbo, & non ſcripto Excommunicationem intulerit, ab ingreſſu Eccleſiæ, & Divinis Officiis ipſo Jure ſuſpenderit per menſem, & ſi illo tempore ſe Divinis ingeſſerit, ſit Irregularis, prout habetur c. cum medicinalis 1. h. tit. in 6. Palao p. 5. cit. n. 9. Vallenſ. §. 2. n. 5. Wieſtner n. 23. Reſſentuel n. 25. cum aliis. Dixi, niſi fuerit Episcopus; nam Episcopus ſub prædicto Decreto non continetur, cùm illius non fuerit mentio expreſſè facta, juxta textum c. quia periculofum 4. h. tit. in 6. Vallenſ. l. cit. Addidi abſque urgente cauſa; nam ea ſtante, non ſolum validè, ſed etiam licitè verbotenus Excommunicatio proferri poteſt, ut colligitur ex c. cum medicinalis cit. quod requirit temeritatem, atqui ſi juſta adſit cauſa, abeſt temeritas. ergo &c. Imò etſi ſcriptura omittatur abſque legitima cauſa, & prolatio cenſuræ verbotenus fiat, propterea tamen probabilis valorem ſuum non perdet, ut contra Sayr. l. 1. Theſaur. c. 7. n. 16. docent *Coninck D. 13. dub. 9. concl. 5. n. 89. Laym. l. 1. tr. 5. p. 1. c. 6. n. 1. Palao l. cit. n. 10.* Ratio eſt, quia Jure naturæ Scriptura non eſt neceſſaria; Jure autem poſitivo, etſi ſcriptura requiratur, c. cum medicinalis cit. non tamen ſic neceſſariò requiritur, ut aliter prolata censura irritetur.

3. Fieri monitio debet coram teſtibus, qui de illa teſtari poſſint, ut traditur c. ſacro 48. pr. h. tit. ibi, *personis præſentibus idoneis, per quas (ſi neceſſe fuerit) poſſit probari monitio*: item fieri debet ad Rei personam, niſi iſte malitioſè latitet; tunc enim citatio ejus fieri poſſet ad ejus domum, aut valvas Eccleſiæ, vel in alio loco publico, ex quo in Rei notitiam venire poſſit c. quoniam 5. §. porro. Ut lit. non

contest. Clem. causam 3. de Elect. & docent Covar. in c. alma p. 1. §. 9. n. 4. Suar. D. 3. de Censur. sect. 11. n. 2. Coninck. D. 13. dub. 9. concl. 1. Laym. p. 1. cit. c. 5. n. 4. fin. Palaon. 11. Vallens. hic §. 2. n. 3. Pirhing n. 35. not. 3. König n. 16. Wiestner n. 23. Reiffenstuel n. 25.

30 Dub. 2. quando ad Censuræ legitimam prolationem exigatur monitio prævia? B. tunc solum exigitur, quando infligitur per sententiam specialem, & ut vera censura. Atque hinc 1. monitione prævia opus non est, quando non infligitur, ut vera censura, sed magis ut poena vindicativa, sicut infligitur c. cum in cunctis 7. §. fin. de Elect. c. sacro cit. pr. c. cum medicinalis. 1. §. Exemplum h. tit. in 6. Palao tr. 5. cit. n. 5. Wiestner n. 20. Reiffenstuel n. 28. Porro suspensio, & Interdictum aliquando sic infliguntur, ut patet ex textibus cit. Excommunicatio autem nunquam infligitur, nisi ut vera censura: ac proinde cum ab homine per sententiam specialem ferenda est, & causa ejus notoria non est, monitio ipsi præmitti debet c. reprehensibilis 26. de Appell.

31 2. Non est opus monitione speciali, quando censura à Jure, vel per sententiam generalem pro futuris culpis lata est; tunc enim ipso facto incurritur. textus, & Gloss. in c. reprehensibilis cit. V. ipso suo genere. Ratio est, quia ipsum Jus, seu Canon continua quædam admonitio est, & omnibus non ignorantibus loquitur, & inobedientibus poenam munitur censetur; cons. alia n. 11 est opus publicatione, vel monitione, quam quæ ad constituendam Legem, vel Statutum requiritur. Covar. §. 9. cit. n. 5. Suar. D. 3. sect. 8. n. 3. Laym. c. 5. n. 5. Palao n. 11. Pirh. n. 36. Wiestner n. 21. Reiffenst. n. 21. Excipitur, nisi aliam admonitionem accedere Jus ipsum in casu aliquo particulari velit, sicut voluisse videtur Clem. 1. de Decim. & Clem. fin. §. fin. de Stat. Monach.

32 3. Non requiritur monitio, si delictum, & ipsa etiam delinquentis non respicientis contumacia publica, & notoria foret; cum enim excessus notorius excusatione, examinatione, & probatione non indigeat can. manifesta 15. Sc. caus. 2. q. 1. c. bone 23. §. porro de Elect. c. evidemia 9. de Accusat. casu, quo delictum, & contumacia publica, & notoria est, sententia Excommunicationis &c. præviam monitionem necessariam non exposcit. Suar. D. 3. sect. 10. n. 18. Laym. c. 5. cit. n. 6. fin. Palao n. 12. Wiestner n. 22.

33 Dub. 3. an si quis commisit delictum, cui ipso Jure annexa censura est late sententia, Judex eundem absque prævia monitione declarare, & denunciare possit, tanquam ligatum Censurâ? B. posse, modò delictum publicum sit, & notorium,

neque delinquens ejusdem poenituerit. Ita Navar. l. 5. conf. 20. de Hæret. n. 5. edit. 2. Suar. sect. 10. cit. n. 18. Laym. n. 6. Palao n. 12. colligitur ex can. manifesta c. bone, & c. evidemia cit. & apertius ex c. reprehensibilis 26. de Appell. ibi, Presenti Decreto statuimus, ut nec Prelati, nisi canonica monitione præmissa. suspensionis, vel Excommunicationis sententiam ferant in subditos, nisi fortè talis sit culpa, que ipso suo genere suspensionis, vel Excommunicationis poenam inducat. Ratio est manifesta, quia denuntiatio non est novum vinculum, & Censura, ut dicitur c. Pastoralis 53. §. verum de Appell. ergo non adest causa, ob quam monitio prærequiritur.

Debet tamen delictum notorium esse vel præsentiam, vel ipso facto, ita, ut nulla tergiversatione clari possit, aut excusationem admittere; aliàs ea declaratio illicita esset contra Jus naturæ, & Juridicum ordinem procedendi. Præterea requiritur, ut reus non poenituerit; nam si absolutionem à Censura postulaverit reus, vel satisfactionem obtulerit, non est denunciandus, sed potius absolvendus juxta textum c. qua fronte 21. de Appell. cum finis censuræ obtentus sit, qui est delinquentis correctio & emendatio. Palao n. 12. cit.

Quæritur 4. in quos ferri Censura possit? B. ferri solum potest in fideles baptizatos, rationis, & dolii capaces, viatores, sive deinde sint Laici, sive Clerici, modò subiecti sint Jurisdictioni ferentis censuram. Atque hinc censuræ incapaces sunt.

1. Creaturæ irrationales, utpote quæ nec potestati Ecclesiasticæ subduntur, nec culpam committere possunt, ob quam censura fertur. Neque refert, quòd aliquando hujusmodi creaturas irrationales, si fidelibus noceant, Ecclesia suis precibus anathematizet; quia Anathema illud non punitionem, quæ culpam supponit, sed execrationem duntaxat, & detestationem quandam spectat Palao tr. 29. D. 1. p. 6. n. 1. Wiestner n. 6. hic §. primo.

2. Pagani, & Judæi, etiam si Catholici jam sint, juxta illud Apostoli: Quid enim mihi de ijs, qui foris sunt, judicare 1. Corinth. 5. v. 12. quia, ut Trid. sess. 14. c. 2. de Pen. Sacr. ait, Ecclesia in neminem Judicium exercet, qui non prius in ipsam per Baptismi januam fuerit ingressus. Secus est de Hæreticis Apostatis, & Schismaticis; quia hi per Baptismum, quem susceperunt potestati Ecclesiasticæ subiecti sunt, à qua per lapsum in crimen Hæresis, vel Apostasie eximuntur can. de Judæis 5. dist. 45. c. majores 3. §. item queritur de Bapt. Laym. l. 1. tr. 5. p. 1. c. 4. n. 1. Palao p. 6. cit. n. 1. §. secundò. Vallens. hic §. 6. n. 1. Engl

Engl. n. 3. Pirh. n. 26. König n. 10. Reiffent. 15. § 16.

38 Infantes, furiosi, & alij usu rationis carentes; quia sine isto neque delicti, & contumaciæ, neque correctionis, & emendationis capaces sunt. Quodsi tamen hujusmodi furiosus, vel amens, antequam in furorem, vel amentiam incidit, causam censuræ dedit, haud dubiè ligatus maneret censurâ etiam, postquam furiosus, vel amens effectus est; quia usus rationis, & libera voluntas solum requiruntur ad causam censuræ apponendam, non verò ad ipsam censuram contrahendam. Suar. D. 5. de Censur. sect. 1. n. 20. Laym. c. 4. cit. n. 3. Palao n. 1. cit. §. quartò, la Croix tom. 8. l. 7. n. 39. Si tamen amentia esset perpetua, à Censura antea contracta absolvi deberet, ut notat Suar. sect. 1. cit. n. 21. Laym. n. 3. cit. Palao l. cit. la Croix n. 40. §. seqq. quia Censura est pœna medicinalis: & propterea non expedit eâ ligatum esse, qui per ipsam emendari non potest.

4. Mortui, ut contra Tabien. 7. Excommunicatio n. 4. notat Sylv. Neod. 1. n. 7. Navar. Man. c. 27. n. 13. Covar. in c. alma p. 1. §. 11. n. 2. Azor p. 2. l. 5. c. 26. q. 2. Suar. sect. 1. cit. n. 3. Laym. n. 2. Palao l. cit. v. tertio, Vallens. §. 6. n. 3. Engl. n. 3. §. 4. Pirhing n. 26. König n. 10. Wiestn. n. 8. Magnif. P. Schmier p. 1. de delict. c. 3. n. 108. & constat ex can. de communiõne 1. can. legatur 2. can. nec quisquam 4. caus. 24. q. 2. Ratio est, quia si ligari Censurâ mortui possent, hoc fieret, vel quoad animam, vel quoad corpus: non ratione corporis; quia est quid inanimatum incapax subjectionis: non ratione animæ; quia hæc est quid Spirituale, in invisibile, & subijci nequit Ecclesiæ visibili. Conf. vel enim hujusmodi mortui anima est in caelo, vel in purgatorio, vel in inferno. Si in caelo, vel in purgatorio, non est in eo statu, quo affici Censurâ possit, utpote grata DEO: si in inferno, corrigibilis non est, ergo &c. Neque obstat, quòd can. fin. caus. §. q. cit. Hæretici etiam post mortem anathemate feriri, & c. à nobis 28. b. tit. excommunicati, qui cum signis Pœnitentiæ decesserunt, absolvi jubeantur. Nam quod Hæreticos atinet, ij post mortem non tam excommunicantur, quàm ut tales declarantur, ad terrorem fidelibus incutiendum, ne cum mortuis in sepultura, vel precibus publicis communicent, quibus viventibus communicare non poterant. Absolutio verò, quæ impertitur Excommunicatis, qui cum pœnitentiæ signis decesserunt, directè non ad ipsos, sed ad vivos porrigitur, quatenus isti solvuntur obligatione, ne in Excommunicatione defuncti cadaver sepeliant in loco sacro.

5. Qui Jurisdictioni Ordinariæ, vel 40 Delegatæ ferentis Censuram subiecti non sunt c. à nobis 21. b. tit. & c. cum inferior 16. de major. quia Superior Jurisdictionem, & Superioritatem in alium, quàm sibi subditum exercere non potest. Palao n. 3. & hoc teste omnes. Et hinc Censurâ nullatenus ligari potest 1. Summus Pontifex; quia Superiorem in terris non habet, & Leges ab ipso latæ eundem quoad vim saltem coactivam non obligant. Laym. c. 4. cit. n. 4. Palao p. 6. n. 3. Pirhing n. 26. Wiestner n. 9. Reiffentuel n. 18. Excipitur, si Papa deprehendatur devius à Fide; tunc enim Concilium posset eum per censuras cogere, ut pareat. can. si Papa 6. dist. 40. la Croix tom. 8. l. 7. n. 22. Videatur Bellarm. de Pontificali. 2. q. 30. quæstionem istam fusè pertractans.

2. Archiepiscopus ferre censuram non potest in subditum Episcopi Suffraganei, nisi visitet actu, vel ad ipsum devolvatur causa per Appellationem c. venerabilibus 7. b. tit. in 6. la Croix l. cit. n. 29. 3. Episcopi ex speciali privilegio Juris non ligantur censurâ Suspensionis, & Interdicti generaliter lata, nisi mentio ipsorum expressa fiat c. quia periculosum 4. b. tit. in 6. ne, ut ibidem dicitur, impediatur in exercitio Officii sui. Wiestner n. 9. Reiffentuel n. 19. Secus videtur dicendum de Censura Excommunicationis; quia de hac in c. cit. non fit mentio, nec in positivis valet Argumentum à pari. la Croix n. 34. & apud hunc Suar. Dicasti. Gibalin.

4. Rex, & Imperator ob eorum supremam dignitatem hodie censurari non possunt ab Episcopis, sed id sibi reservat Summus Pontifex Avil. p. 2. de censur. c. 4. Di. un. dub. 4. Palao p. 6. cit. n. 3. Wiestner n. 9. fin. Reiffentuel n. 20. la Croix n. 33. 5. nemo incurrit censuram à se latam; quia nemo tenetur suis Legibus, la Croix n. 35. Potest tamen quis occasione censuræ à se lata incurrere censuram ab alio latam, ut si quis converseatur cum alio à se excommunicato; nam talis incurreret Excommunicationem minorem, à Papa in communicantes cum Excommunicato latam, sicut qui celebrat in Ecclesia à se interdicta, probabilis sit Irregularis. la Croix l. cit.

Dub. 1. an ultra usum rationis ad 41 incurrendam censuram etiam requiratur pubertas? Non conveniunt satis DD. Ugolin. de Censur. c. 17. §. 3. n. 5. affirmat requiri pubertatem, eò, quòd ante illam ætatem non satis percipiunt Ordinem Judicium, neque impubes in Judicio admittatur ad se defendendum, vel agendum, juxta c. fin. de Judic. in 6.

Sed respondendum videtur cum di. 42 stinctione; nam censuræ latæ à Jure impuberes rationis compotes capaces sunt. Suar.

Suar, *D. 5. de Censur. sect. 1. n. 17.* Coninck *D. 13. dub. 6. n. 45.* Hurtad, *de Censur. diff. 7. n. 30.* Palao *p. 6. cit. n. 2.* & hoc supponit *c. super eo 1. & c. fin. b. tit.* quoad Excommunicationem Canonis ob percussionem Clerici. Ratio est, quia nullo Jure eximuntur, & cum culpam committere possint, cui annexa censura est, non est, cur à censura excusentur. Idem videtur dicendum de censura lata per Statutum, nisi contrarium constet ex consuetudine. Censuræ ab homine ferri quidem & ipsæ adversus impuberem possunt, non tamen conveniens est in eos ferri: quod etiam usus, & consuetudo satis recepta probat; nunquam enim directè Censura solet in impuberes ferri. Dixi directè; nam indirectè, & consequenter, non est dubium impuberes Censurâ ligari, ut contingit in Interdicto generali populi, quod impuberes rationis usum habentes comprehendit.

43 Neque obstat ratio *Ugolini*; est enim impubes Ordinem Judicarium ignoret, de illo tamen instrui potest, sicut alii puberes, Ordinem Judicarium ignorantes, instruuntur. Accedit, quia respondere per Procuratorem potest.

44 Dub. 2. utrum tota aliqua Communitas Censurâ ligari possit? *scilicet* cum distinctione; nam Censurâ Excommunicationis Communitas ligari nequit, sed tantum illi de Communitate, qui specialiter sunt culpabiles *c. Romana 5. §. in universitate b. tit. in 6.* sunt enim plerumque in Communitate nonnulli, qui vel planè sunt innocentes, vel minùs, quàm ceteri, nocentes: ut aded nimis asperum, & acerbum foret, si pœnam æqualem, & æquè severam cum nocentibus sustinere deberent *can. satis perversum 7. dist. 56. can. si habes 1. caus. 24. q. 3.* Navar. *Man. 6. 17. n. 13.* Laym. *l. 1. tr. 5. p. 2. c. 1. n. 6.* Palao *p. 6. cit. n. 3.* Vallens. *§. 6. n. 2.* Engl. *n. 37.* Pirhing *n. 27.* Reiffenstuel *n. 29.* Magnif. P. Schmier *p. 1. de Delict. c. 3. n. 113.* Excipitur, nisi constaret, omnes & singulas personas alicujus Collegii, aut Universitatis esse reas, aut participes alicujus delicti, & in eo contumaciter persistere; tunc enim omnes sive totum Collegium, aut Universitas excommunicari poterit. Pirhing *l. cit.*

45 Quoad Censuram Suspensionis dicendum, eam quidem in Communitatem ferri posse, & tenere, licet in hac aliqui sint innocentes: quoad effectum tamen est distinguendum; nam talis Suspendio in Communitatem lata membra innocua quidem afficit quoad functiones & jura Communitati quâ tali collectivè competentia non verò quoad functiones, & jura quæ singulis sigillatim competunt. Pal. *D.*

4. p. 3. n. 3. Wiest. *n. 11.* Magn. P. Schmier *l. cit. n. 115.*

Interdictum autem id habet singulare, quod integram Communitatem, & in hac etiam innocentes obstringat, si generale sit *c. si Civitas 17. b. tit. in 6.* Neque per hoc Censuram ferens ullius injustitiæ valet argui; quia per tale Interdictum innocentes propriè loquendo non puniuntur, sed Ecclesia justas ob causas sua beneficia, & officia subtrahit tam nocentibus, quàm innocentibus, P. Schmier *n. 116.*

Dub. 3. an Episcopus ferre possit Censuram in peregrinum, in sua Diocesi commorantem? Lugo *l. 6. Respons. mor. D. 12. 2.* & alii putant, non posse; quia non habet potestatem in personam, in quam deberet ferri sententia. Alij tamen cum Engl. *n. 35.* & la Croix *tom. 8. l. 7. n. 32.* contradicunt; quia sicuti possunt ferri Leges, quibus obligantur peregrini, v. g. de non gestandis armis, ita illis Legibus potest addi Censura, & talis peregrinus ratione delicti sit subditus tali Episcopo *c. fin. de for. comp.*

Hinc ut idem la Croix *l. cit. cum 48* Gibalino docet, & Declaratione Card. confirmat Pignat. *tom. 1. consult. 170. n. 8.* Episcopus potest ferre Censuram in alium Episcopum, imò etiam in Archiepiscopum in territorio sui Episcopi Suffraganei commorantem, & delinquentem; quia quavis sint pares, aut etiam superiores Dignitate, tamen ratione delicti sint subditi illius territorii.

Dub. 4. an Censuram incurrat, qui committit delictum extra Diocesim, vel territorium Superioris sui stantentis Censuram? *scilicet* distinguendo; nam si prohibitio facta sit per Statutum territoriale, Censura in delinquentes lata non afficit existentem extra territorium stantentis Censuram, ut expressè deciditur *c. fin. de Const. in 6.* Secus est, si Episcopus per sententiam, vel speciale præceptum alicui sub tali Censura prohibuit delictum; hanc enim incurreret absens, quamvis contra eum extra Diocesim non posset cum strepitu forensi institui actio, la Croix *tom. 8. l. 7. n. 43.*

Debet tamen ad hoc considerari non solum præsentia physica, quàm mortalis; contingit enim aliquando subditum esse corporaliter extra territorium Excommunicantis, & tamen delinquere in territorio excommunicantis, ut si lata esset Excommunicatio in Diocesi Augustana adversus Parochos ultra duos menses absentes à suis Parochiis; & hoc casu ligarentur Parochi dictæ diocesis, etsi morarentur in alia Diocesi; quia moraliter in Diocesi Augustana reputantur existere, siquidem ibi committunt delictum non residendo, ut optime no-

notant Coninck D. 13. dub. 7. concl. 6. § 7. n. 6. § 62. Palao tr. 29. D. 2. p. 3. n. 3.

51 Dub. 5. an possit quis duplici Censurâ affici, quæ ejusdem sit rationis? Ratio dubitandi est, quia privatio non suscipit magis, & minus, igitur cum quælibet ex his Censuris sit privatio Spiritualium bonorum, nequit, positâ urâ Censurâ, alia ejusdem rationis succedere, aliâ succederent dux privationes ejusdem numero formæ in eodem subjecto, quod est impossibile.

52 Sed his non obstantibus, dicendum, ob diversas causas posse aliquem diversis Censuris ejusdem rationis ligari. Ita Sylv. V. Excommunicatio 1. n. 10. Sot. in 4. dist. 22. q. 2. concl. 3. Covar. in c. alma p. 1. § 11. n. 13. Suar. D. 5. de Censur. sect. 3. n. 10. § seqq. Molin. tr. 3. D. 41. n. 3. § 7. Grac. p. 8. de Benefic. c. 3. n. 26. Dicast. D. 1. à n. 267. Palao D. 1. p. 6. n. 5. Pellizar. tr. 7. c. 1. n. 67. Reiffenstuel hic n. 85. la Croix tom. 2. l. 7. n. 47. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 3. n. 117. & colligitur ex c. cum pro causa 27. h. tit. Clem. gravis 2. eod.

53 Ratio est, quia Excommunicatio, & quævis alia censura non tam est privatio, quam vinculum morale causans privationem, atqui vinculum morale multiplicari potest, tametsi privatio non multiplicetur, ut manifestè patet in peccatis mortalibus, quorum quodlibet ita hominem privat gratiâ, ut etiam aliud, quantum est in se, privet. Hinc cadit ratio dubitandi in oppositum; quamvis enim privatio non suscipiat magis, & minus in se, bene tamen in ordine ad causam. Manifestum hoc etiam est in naturalibus; nam cubiculum privari luce potest ex multiplici ratione impediende, tametsi existat unica privatio lucis.

54 Imò probabile est, quòd possit aliquis ob eandem causam, & idem delictum ligari censurâ duplici ejusdem rationis, unâ à Jure, alterâ ab homine, item unâ ab hoc Superiore, vel Judice, alterâ ab alio, si adit respectu cujuscunque Judicis specialis contumacia, & inobedientia. Suar. D. 5. cit. sect. 2. n. 13. Dicast. n. 271. Palao n. 6. la Croix n. 82. Ratio est, quia esto, quòd eadem sit causa materialis est tamen diversa causa formalis scilicet diversa contumacia, & inobedientia. Addit Palao l. cit. roties multiplicari censuras, quoties multiplicentur transgressiones, quibus annexa censura est.

55 Quæritur 6. quam ob causam ferri in aliquem censura possit? Satis conveniunt DD. 1. censuram non posse ferri, nisi ob culpam; quia est poena medicinalis, quæ necessarîo supponit culpam corrigendam. 2. hanc culpam debere esse proportionatam. R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

tam censura; aliâ committeretur injuria; ut colligitur ex c. felicitis 5. de Pœnis in 6. ibi, *Judex pœnam metietur ex culpa.*

3. culpa illi debere accedere contumaciam in Ecclesiam aliquid præcipientem, vel prohibentem sub censura; quia ad hanc maxime puniendam, & corrigendam infligitur c. parte 23. de V. ex S. & c. cum medicinalis 1. b. tit. in 6. Hinc censura obnoxium non est peccatum, prohibitum solo Jure naturali, vel Divino. Abb. in c. qua fronte 25. de appell. n. 10. Suar. D. 4. de Censur. sect. 5. n. 6. Laym. l. 1. tr. 5. p. 1. c. 5. n. 2. Wiestner hic n. 14. Reiffenstuel ibid. n. 11. la Croix tom. 2. l. 7. n. 47. quia tale peccatum, nisi simul Lege Ecclesiastica prohibitum sit, inobedientiam, contemptum, aut contumaciam contra potestatem Ecclesiasticam nullam continet.

Dub. 1. an ob culpam venialem censura infligi possit? Rationem dubitandi faciunt textus aliqui, præsertim can. si quis 22. dist. 23. c. si quis 4. de Vt. & honest. quibus videtur ob causam levem, scilicet nutritionem comæ, ferri Excommunicatio. Conf. in casu vulgari devastatorum vineæ, in quos, licet singuli quantitatem levem duntaxat diriperint, neque unus in alterius damnificationem consenserit, Judices Ecclesiastici ad instantiam damnificati solent promulgare Excommunicationem, nisi damnum à sedatum reparent, & ablatum restituant.

Sed dicendum, Excommunicatio nem majorem, Suspensionem, & Interdictum, prout communiter feruntur, ob culpam venialem injungi non posse. Ita ex omnium sententia tradunt Navar. Man. 6. 27. n. 9. Covar. in c. alma p. 1. § 9. n. 1. Avil. p. 2. de Censur. c. 5. D. 1. dub. 2. Suar. D. 4. de Censur. sect. 4. n. 2. Sañch. l. 8. mor. c. 4. n. 55. Valq. tom. 2. D. 158. c. 5. Hurtad. de Censur. diffc. 10. n. 43. Coninck D. 13. dub. 8. concl. 2. Laym. l. 1. tr. 5. p. 1. c. 5. n. 10. Palao tr. 29. D. 1. p. 7. n. 2. Engl. hic n. 6. Pirh. n. 30. König n. 12. Wiestner n. 10. Reiffenst. n. 8. la Croix tom. 2. l. 7. n. 47. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 3. n. 125. & colligitur ex can. nemo 41. can. nullus 42. & c. caus. 11. q. 3. & Trid. sess. 25. c. 3. de Reform. Ratio est, quia sunt pœnæ gravissimæ, ac proinde importionatæ ad culpam levem.

Atque hinc etiam sequitur, casu, quo quis per ignorantiam, inadvertentiam, vel aliam causam excusatur à culpa gravi, cui Excommunicatio, Suspendio, vel Interdictum annexum est, eum etiam excusari ab his pœnis, ne illas incurrat, ut bene advertit Laym. n. 1. cit. & Palao n. 2. consonum namque est non privare subsidiis Regni Cœlestis, qui per peccatum se non privavit, ut dixit S. Thom. in addit. p. 3. q. 21. art. 3.

Bb

Dixi,

59 Dixi, Excommunicationem majorem, Suspensionem, & Interdictum, prout communiter feruntur; nam Excommunicatio minor lata à Jure in omnium sententia propter peccatum veniale incurritur: & ratio est, quia etsi maximis bonis privet, scilicet Sacramentorum receptione, facile tamen tolli potest, cum quilibet Sacerdos Jurisdictionem habens, ut n. 205. dicitur, ab ea possit absolvere. Palao n. 7. Eodem modo potest aliqua Suspendio, vel Interdictum personale purum à Jure generaliter ferri ob peccatum veniale, si talis Suspendio, vel Interdictum, quod in poenam ejusdem fertur, reservatum non sit, & minoribus commodis privet, quam Excommunicatio minor. Palao l. cit. König n. 12. Reiffenstuel n. 9. la Croix n. 47. Schmier n. 126.

60 Neque obstat Ratio dubitandi allata; nam etsi causa, in se spectata, sit levis, ex circumstantiis tamen potest fieri gravis, atque adeo capax harum poenarum. Ad Conf. quamvis non pauci cum Navar. Covar. Petr. Navar. censeant Excommunicationem prædictam nullo modo ligare eos, qui solum levem quantitatem restituere tenentur, communior tamen cum Sot. Cordub. Sayr. Henriq. Less. Suar. Barbosa. &c. quos citat, & sequitur Palao D. 2. de Censur. p. 3. n. 7. docet, singulos obligari suam quantitatem levem restituere; alias Excommunicationem incursum: in qua sententia respondendum, quod dictum est ad Rationem dubitandi; nam impossibile est damnum grave, domino vineæ minutis singulorum furtis illatum, reparare, nisi singuli ea minuta furta restituant. ergo singulorum restitutio, etsi levis quantitatis subreptæ, graviter conducit ad damni illati reparationem, at quoties finis præcepti gravis est, & res, quæ præcipitur, prædicti finis consecutioni est necessaria, gravis est obligatio illam exequendi; quia gravitas præcepti non desumitur tantum ex gravitate materiæ in se spectata, sed ex gravi, vel levi convenientia, quam habet cum fine intento.

61 Dub. 2. an ad censuram incurramdam sufficiat actus internus? Affirmat Gloss. in Clem. 1. de Hæret. & alii apud Sanch. l. 2. mor. c. 8. n. 2. quibus novissimè accedit Magnif. P. Schmier p. 1. de delict. c. 3. n. 134. & seqq. Fundantur 1. Clem. 1. cit. ubi §. verum excommunicantur Inquisitores, qui odio, vel amore ducti aliquid contra muneris sui obligationem omittunt, vel faciunt. Sed hic est actus internus, ergo &c. 2. Judex obligatus defendere Clericum à percussione, si id nolit, incidit in Excommunicationem Canonis. at hæc nolitio internum quid est. ergo &c. 3. Ecclesia actus internos præmiare potest, concedendo v. g. Indulgentias Orationi men-

tali. ergo poterit iisdem etiam statuere poenam per censuram. 4. si actus internos Ecclesia afficere censuram non possit, id proveniret ex defectu Jurisdictionis, atqui Ecclesia habet Jurisdictionem in actus merè internos, cum ejus potestas Spirituales sit, ergo &c. 5. imò potestatem istam Ecclesia quoad actus internos defacto exercet; sic enim dispensat, & irritat Votum purè mentale, absolvit, & reservat peccata interius consummata, obligat ad actum Fidei supernaturalem, quando res Fidei proponit, aut de Fide quis examinatur &c. ergo potest etiam actus merè internos punire.

Sed verior videtur negativa, scilicet actum purè internum ad censuram incurramdam non sufficere. Ita Navar. Man. c. 23. n. 38. &c. 27. n. 56. Covar. Reg. peccatum p. 2. n. 7. Suar. D. 4. de Censur. sect. 2. n. 1. Valq. 1. 2. D. 160. Coninck. D. 13. dub. 8. concl. 4. n. 71. Hurtad. de Censur. Dissic. 11. n. 49. Laym. l. 1. tr. 5. p. 1. c. 5. n. 1. Palao tr. 29. D. 1. p. 7. n. 4. Engl. bic n. 6. Pirhing n. 31. König n. 13. Wiesner n. 13. Reiffenstuel n. 25. la Croix tom. 2. l. 7. n. 47. id defumens ex can. cogitationis 14. de pœnit. dist. 1. ubi Glossa dicit, cogitationis poenam neminem pati ab homine, sed à DEO. Ratio est, quia Ecclesiæ potestas anterior, sicut præcipere, & prohibere, sic etiam judicare, & punire nequit actus merè internos, utpote non cadentes sub sensum, & cognitionem humanam c. sicut 33. fin. & c. seq. §. fin. de Simon.

Neque dicas, saltem ab Ecclesiæ 63 posse censuram ferri in actus merè internos in forma Legis, aut Constitutionis, ita, ut quia actum prohibitum sola mente commiserint, ipso facto, & jure, citra Judicium, & processum, Censuram incurram. Nam contrà est; quia ut S. Thom. 1. 2. q. 91. art. 4. docet, de his potest homo legem ferre, de quibus potest judicare. igitur cum Ecclesia de actibus merè internis judicare nequeat, nec Legem ferre de iis potest. Confirmari hæc possunt ex dictis Libr. 1. Tit. 1. n. 21. ubi negavi, actus merè internos directè cadere sub Legem humanam posse.

Imò ut incurratur censura, pecca-64 tum illud externum, ob quod censura contrahenda est, debet esse completum in suo genere secundum proprietatem verborum, quæ in præcepto, seu Lege infligente censuram continentur. Navar. l. 5. conf. 37. n. 2. h. tit. Suar. D. 4. sect. 3. n. 4. Avil. p. 1. dub. 11. Sp. 2. c. 5. D. 3. dub. 5. Sanch. l. 3. de matr. D. 2. n. 5. sub fin. Coninck. D. 13. dub. 8. concl. 7. Palao p. 7. cit. n. 10. Colligitur apertè ex c. perpetuo 7. de Elec. in 6. ubi dicitur eligentes indignum non incurrere Juris poenas, nisi adeo in eo persistant,

verint, quod ex votis eorum communis electio subsequatur. Ratio est, quia Leges poenales strictè, & propriè accipiendæ sunt.

65. Neque obstant Argumenta n. 16. in contrarium allata. Ad 1. allegatus ibidem textus intelligi debet de amore, vel odio prodeunte in actum externum vitiosum, & indicem pravi affectus interni. Ad 2. non defendere Clericum est omisso externa, & sensibus cognoscibilis. Ad 3. dum Ecclesia concessione Indulgentiarum præmiat actus internos, directè circa illos Jurisdictionem externam nullam exercet, sed eos solum ponit pro conditione, quâ positâ indulgentias vult obtineri. Ad 4. et si potestas exterior Ecclesiæ Spiritualis sit, quia tamen hominibus inest, qui corporales sunt, idcirco non extenditur ad res purè Spirituales, sed quatenus per corporales manifestantur. Ad 5. in exemplis allatis Ecclesia nulla utitur Jurisdictione in actus merè internos; nam primò dispensatio, & irritatio Voti propriè non versatur circa actum internum voti, qui transit, sed circa obligationem moralem inde resultantem, & moraliter perseverantem, quam Ecclesia nunquam solvit, nisi postquam exterius manifestata eidem est. Similiter non solvit peccata interna, nisi manifestata in Confessione; dum verò illa reservat, non tam in ipsa, quàm in Confessarium, cui potestatem absolvendi restringit, Jurisdictionem exercet. Denique dum res Fidei proponit Ecclesia, non tam Ecclesia, quàm Lex Divina, & naturalis obligat ad actum Fidei, exercendum circa rem propositam ut credendam.

66. Dub. 3. an censura ferri possit propter peccatum merè præteritum in ejus punitionem? Rationem dubitandi faciunt complures textus, in quibus videtur censura ferri pro peccato præterito. Nam 1. can. quidam 2. caus. 5. q. 1. Gregorius excommunicavit libelli cujusdam auctorem, nisi se proderet, & malitiam fateretur, aut libelli veritatem probaret. 2. can. inter querelas 27. caus. 23. q. 4. idem Gregorius reprehendit quidem Episcopum, qui in sua Excommunicationis sententiam tulit pro vindicanda injuria sibi illata, non tamen censet, sententiam istam fuisse nullam. 3. can. duo sunt 10. dist. 96. refertur Innocentius excommunicasse Arcadium, & Ambrosius Theodosium ob factum absolutè præteritum. 4. can. Guisarius 30. q. 4. cit. Sylvester Papa anathematizavit eos, qui eum comprehenderunt, & miserunt in exilium. 5. can. fin. caus. 2. q. 1. Nicolaus Papa absque ulla monitione excommunicat duos Episcopos, eodè quod Lothario in suis sceleribus faverent.

R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

Sed nihilominus dicendum, non posse infligi censuram propter peccatum merè præteritum, sive quod omnino cessat, & cum inobedientia, vel contumacia præsentè non est conjunctum. Ita Navar. Man. c. 27. n. 9. Covar. in c. alma p. 1. §. 9. n. 4. & §. 10. n. 1. & seqq. Suar. D. 4. sect. 5. n. 6. Coninck D. 13. dub. 9. n. 78. Laym. l. 1. tr. 5. p. 1. c. 5. n. 3. Palao D. 1. p. 7. n. 8. Piching hic n. 32. König n. 15. Wiestner n. 15. la Croix tom. 8. l. 7. n. 47. & sumitur ex c. ex parte 23. de V. S. c. per tuas 40. c. sacro 48. h. tit. c. cum medicinalis 1. c. Romana 5. §. porro c. constitutionem 9. eod. in 6. Ratio est, quia censuræ, tanquam poenæ medicinales, præcisè introductæ sunt, ut suæ gravitatis horrore à peccato committendo, & inobedientia continenda absterreant delinquentes. tales autem non forent, si in solius delicti perpetrati poenam respicienti, & satisfactionem debitam præstare parato infligerentur. ergo &c.

Neque obstant Argumenta proposita. 67. Ad 1. Gregorius ibi non excommunicavit libelli auctorem, sed usum Eucharistiæ sub Excommunicatione eidem interdixit, donec se manifestaret. Ad 2. Episcopus ille Excommunicationem tulit non pro injuria sibi facta, sed ut sibi fieret competens satisfactio: reprehenditur tamen à Pontifice; quia alienum est à Pastore Ecclesiæ in propria causa per modum sententiæ Censuram ferre. Ad 3. Innocentius Arcadium, & Ambrosius Theodosium excommunicarunt, nisi respicerent, & pro tanto facinore satisfactionem exhiberent: hinc illâ positâ, sunt absoluti. Ad 4. Sylvester illos excommunicavit, quia in exilio ipsum detinebant, ut constat ex textu can. cit. Ad 5. Episcopi non excommunicantur illo textu, sed deponuntur ab Officio Sacerdotali: quod ob culpam præteritam fieri potest, cum depositio censura non sit.

Dub. 4. an censura imposita contra facientes, seu committentes aliquod delictum comprehendat etiam mandantes, & consulentes committi? Affirmant aliqui cum Sylv. V. Excommunicatio 9. n. 79. & Rosell. V. eod. 1. cas. 43. n. ult. Fundantur; quia mandans, & consulens delictum, etsi physicè illud non committant, committunt tamen illud moraliter, & secundum communem æstimationem. Conf. variis textibus; nam 1. c. mulieres 6. §. illi vero h. tit. deciditur mandantes Clericum percurrere eadem Excommunicatione ligari, quâ ligantur percutientes: & redditur ibi ratio, cum is committat verè, cujus auctoritate, vel mandato delictum committi probatur. 2. c. nuper 29. §. in primo eod. inquit textus: cum facientem, & consentientem par poena confringat: & confirmatur ex

Bb a

Reg.

Reg. is damnum 169. ff. ibi, is damnum dat, qui jubet dare. 3. l. nihil interest 15. ff. ad ad Leg. Corn. de Sicar. ait textus: *Nihil interest, occidat quis, an causam mortis prebeat.* 4. c. isa quorundam 6. de Judicis excommunicantur deferentes prohibita ad Sarracenos, & c. significavit 11. eod. declarantur eandem Excommunicationem incurrere, sive propria personam, sive per nuntios deferant. 5. c. nuper 29. & c. si concubine 55. h. tit. excommunicantur participantes in crimine criminoso cum excommunicato. at mandans, & consulens delictum, cui annexa est Excommunicatio, participat in crimine, ob quod Excommunicationem incurrit illud committens, ergo &c.

70 Sed longe probabilius est, censuram, quae lata est adversus committentem aliquod crimen, non afficere mandantem, vel consulentem, nisi in Lege, vel precepto hoc exprimitur. Ita Armill. *V. Excommunicatio n. 2. Tabien. V. eod. 5. cas. 49. n. ult. Cajet. V. eod. paulo post pr. Navar. Man. c. 27. n. 51. Sanchez. l. 3. de Matr. D. 49. n. 2. Hurtad. de Censur. Diffic. 14. n. 53. Palao p. 7. cit. n. 12. Pignat. tom. 9. consult. 11. n. 2. Pithing hic n. 33. König ibid. n. 14. la Croix tom. 2. l. 7. n. 57.* Ratio est, quia Leges imponentes censuram, utpote odiosae, & poenales strictè sumende sunt. at qui mandans, & consulens delictum, propriè, & in rigore dici nequit illud delictum facere, ut docet Bartol. in l. sed si unius. §. servus n. 2. ff. de Injur. *Conf.* quia mandatum, & consilium praecedunt factum, & ad ipsum perpetrandum diriguntur, illiusque causa moralis sunt, non igitur sub facto comprehendi debent. *Excipitur*, casus, quo Lex, nisi etiam mandantes, & consulentes comprehendantur sub censura, redderetur inutilis ferme, & frustratoria; tunc enim etiam ad hos extendi deberet, ut colligitur ex c. si civitas 17. h. tit. in 6.

71 Neque obstant Argumenta opposita; etsi enim mandans, & consulens absolute dici possint delictum committere, non tamen in sensu proprio, & rigoroso; nam delictum committere in sensu rigoroso non moralem, sed physicam actionem significat, prout colligitur ex c. fin. de Cler. pugn. in duell. ubi pugil verè homicida dicitur, non autem mandans. Neque aliud probant textus allegati. *Ad 1.* etsi mandans committat in Legem, quae percussorem prohibet, non tamen verè percussit: & hinc ut comprehenderetur sub Lege statuente percussentibus censuram, opus fuit nova Legge, & Decreto c. mulieres cit. *Ad 2.* id intelligendum est non de eadem poena secundum proprietatem, sed secundum similitudinem, cum consentientes verè delinquant in Legem. Idem respondendum ad Reg. is

damnum cit. *Ad 3.* fit quidem delictum à mandante, & consulente moraliter, non autem physicè, & propriè, ut dictum est. *Ad 4.* ibi extensio censuræ fit etiam ad eos, qui deferunt arma ad Sarracenos per interpositam personam, ne Lex poenalis censuram irrogans frustratoria redderetur. *Ad 5.* excommunicantur, qui participant cum Excommunicato, postquam ut talis denuntiatus est, non verò, qui cum eo participant, antequam Excommunicationem incurreret.

Dub. 5. an casu, quo expressè censura lata est etiam contra mandantes, consulentes &c. Excommunicationem incurrat mandans, consulens &c. si hic mandatum, vel consilium revocavit, antequam mandatarius, vel consiliarius illud exequatur? *Certum est 1.* si mandans, vel consulens mandatum, vel consilium suum revocavit efficaciter, ita, ut mandatum, vel consilium causa moralis operis prudenter praesumi nequeat, mandantem, & consulentem liberum à censura esse; quia non aliter mandatum, vel consilium punitur censurâ, quam quia influit in delictum. *Certum est 2.* si mandans, vel consulens solum fide revocavit mandatum, aut consilium suum, eum censuram non effugere; quia verè adhuc in delictum influit.

Difficultas est, an incurrat censuram, qui quidem revocat mandatum, vel consilium suum, quantum potest, sed hanc revocationem mandatario, vel consiliario notam non potest facere, vel si ei notificat, rationes ad consilium à se datum revocandum inefficaces fuerunt? *Affirmant* Coninck D. 14. dub. 15. concl. 3. n. 183. Dieast. D. 1. à n. 290. & D. 2. n. 344. & alii relati à Suar. D. 44. de Censur. sect. 3. n. 7. *Moventur*; quia hæc censura lata sunt adversus eos, quorum consilio, vel mandato facinus est perpetratum: quod in presenti contingit. *Neque obest*, quòd mandati, vel consilii poenitueris; quia poenitentia efficaciam mandati, vel consilii non sustulit.

Sed melius contrarium docuerunt Innoc. in c. mulieres 6. h. tit. Tabien. *V. Excommunicatio 5. cas. 1. n. 35. Avil. p. 2. de Censur. D. 3. dub. 7. Hurtad. de Censur. diffic. 15. n. 68. Palao p. 7. cit. n. 15.* *Rationem dant*, quia post revocationem consilii, vel mandati, si delictum sequitur, mandans, vel consulens illud solum causat inculpabiliter, cum culpa per poenitentiam sit deleta. igitur non incurrit censuram, quae, utpote poena medicinalis, solum afficere potest actum delinquentes, inobedientes, & rebelles, non verò eos, qui ab inobedientia, rebellionem, & delicto recesserunt.

Qua-

75 Quæritur 7. quæ causa excuset ab incurrenda censura? *2. prima*, & præcipua, si ex parte ferentis censuram ante incursum deficiat Jurisdictio, eo quod e. g. remotus sit ab officio, vel à sententia ejus appellatum: de quo dictum est *n. 22. supra*.

76 2. Si actus, sive peccatum, sub censura prohibitum, in suo genere consummatum, seu completum non sit; requiritur enim actus consummatus, sive peccatum in suo genere completum, ita, ut effectus lege, & præcepto prohibitus reipsa consequatur. Hinc si homicida excommunicetur, non incurrit censuram, qui solum percussit, vel vulneravit; si vulnerans, non incurrit, qui conatus fuit percutere, sed erravit, vel impeditus fuit: quia qui non est perfecta causa illius actus, propter quem decreta est Excommunicatio, non incurrit illam. Tann. *D. 6. q. 10. dub. 3. n. 55. Reg. 3. Pirhing hic n. 32.*

77 3. Si consentiat is, in cujus favorem lata censura est, E. g. lata in debitorem ad instantiam Creditoris est Excommunicatio, nisi intra tres dies debitum solvat: excusatur hoc casu à censura debitor, si Creditor ei proroget terminum. Henric. *l. 13. c. 20. Suar. D. 3. scd. 6. n. 8. Hurtad. de censur. diff. 26. Palao D. 1. p. 8. n. 3.* neque eo casu opus est consensu Judicis. Ratio est, quia non censetur Judex eo casu habere voluntatem ligandi debitorem, creditore volente oppositum. Accedit, quia censuram in debitorem ferre Judex non potest, nisi quia debitor est in mora, atqui hoc casu non est in mora, nec differendo solutionem peccat, ergo ne censura dicatur contrahi absque omni peccato, dicendum est, eam incurri solum, cum transactus est terminus à creditore prorogatus.

78 4. Si ignorantiam censuræ habeat, modò hæc non fuerit crassa, & supina. Azor *p. 1. l. 1. c. 15. q. 3. Suar. D. 4. scd. 8. n. 20. Sanch. l. 9. dematr. D. 32. n. 9. Palao p. 8. cit. n. 7. Engl. hic n. 10. Reiffenstuel ibi. n. 29. & seqq. la Croix tom. 8. l. 7. n. 47. & 93. & habetur apertè c. fin. de Const. in 6.* Ratio est, quia censuræ sunt poenæ, quæ contemptum Legis virtualiter requirunt. Idem dicendum, quando dubitas, an censura adversus aliquod delictum lata sit, vel an factum tale sub censura comprehendatur, & facta aliquali diligentia, dubium vincere non potuisti; nam tunc dubitans est in possessione sui juris, quod per Baptismum acquisivit ad bona Spiritualia. Aliud dicendum, cum quis dubitat, an à censura, quam incurrit, sit absolutus; tunc enim pro censura, seu ligamine est possessio, prout apertè colligitur ex c. sicut 39. h. tit.

5. Si rem sub censura prohibita, gravi metu inductus efficis; quia regulariter timor, & periculum gravis damni à præceptorum transgressione excusat. Suar. *D. 4. scd. 3. n. 14. & D. 6. scd. 3. n. 7. Coninck D. 13. dub. 12. n. 99. Laym. l. 1. tr. 5. p. 1. c. 3. fin. Palao p. 8. cit. n. 10. Pirh. hic n. 47. Wiest. n. 16. Reiffenst. n. 33. la Croix n. 47. & 93. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. 5. 3. n. 127. & seqq.* Ratio est partim, quod sic delinquens haberi nequeat pro contumace, & Ecclesiastica potestatis contemptore, cum naturæ potius infirmitate, quam obstinacæ voluntatis malitiâ peccet; partim verò, quia ejusmodi metus plerumque excusat ab observatione Legis Ecclesiasticæ: cur non etiam à censura, Jure solum Ecclesiastico introductâ? Neque oblat c. sacris 5. de his, quæ vi, met. caus. ubi Innocentius III. obnoxium Excommunicationi minori pronuntiat, qui Excommunicato vitando metu inductus communicat, & ab ista tantum absolvit illum, qui illi communicat per coactionem, & invitus. Nam hoc procedit tum solum, quando merus non excusat à peccato; tunc enim etiam non excusat à censura, ut explicat Coninck *n. 97. Laym. n. 9. Gonzal. in c. cit. n. 9. & 10. Wiestner n. 17.* Atque hinc 1. excipitur, nisi præceptum Ecclesiasticum tanti momenti sit, ut etiam cum periculo mortis observandum sit; nam eo casu non excusaris à censura tali delicto annexa, cum non excuseris à peccato inobedientiæ, & contumaciæ. Reiffenstuel *n. 34. Excipitur 2.* si Ecclesia sub censura prohibeat, quod alias Jure naturali prohibitum est v. g. fornicationem, furtum, homicidium &c. tunc enim probabilis censuram contrahit, qui tale peccatum committit, etsi metu coactus. Hurtad. *diff. 23. n. 10 Palao p. 8. cit. n. 11.* cum enim præceptum Ecclesiæ, prohibens tale peccatum sub censura, non adstringat ad aliquid faciendum, vel omittendum, quod non, secluso eo præcepto, debebat fieri, vel omitti, non est ratio, cur dicamus illud Ecclesiæ præceptum tali casu cessare. Aliud dicendum, si Præceptum Ecclesiasticum naturali adderet aliquam circumstantiam, cui censuram adjungeret, e. g. si furtum fiat in templo; tunc enim Palao *l. cit. censet*, furtum non incurrere censuram, si metu gravi coactus furtum faceret; quia censeretur solum peccare contra Jus naturale, non autem Ecclesiasticum.

6. Denique excusatur à culpa, qui verè innocens est, cum enim censura nemini imponi possit absque culpa, qui ab hac liber est, erit etiam à censura liber. Dubium est, quando innocentia excuset; potest enim contingere, ut aliquis non

tantum in foro interno conscientiae quoad DEUM, sed etiam in externo excusetur à culpa. 2. potest contingere, ut culpam quidem habeat, illa tamen exterius non sit probata. 3. potest contingere, - ut culpa quidem non adfit, probetur tamen adesse. In primo casu conveniunt omnes, sic innocentem censurâ ligari non posse; quia eo casu Judex sua potestate abutitur, & conf. sententia illius nulla est, & non timenda *c. solet. 2. & c. venerabilibus 7. §. potest h. tit. in 6.* In secundo casu iterum affici censurâ non potest, esto crimen Judici privatim notum sit; quia censuram Judex ferre non potest ob scientiam privatam, sed publicam, utpote quæ est actus publici, & forensis Judici; aliàs nulla erit sententia. Palao *p. 8. cit. n. 12.* Intelligi autem hoc debet de censura hominis, seu ab homine per sententiam particularem lata. Aliud est, si Episcopus, vel Summus Pontifex, tanquam Pastor communis per Legem, Statutum, vel Sententiam generalem ad eradicandum aliquod vitium censuram ferat, quæ ipso Jure incurratur; tunc enim in foro conscientiae eâ afficietur, qui delictum patravit, etiam si hoc in foro externo probari nequeat. Engl *hic n. 109.*

81 Quoad tertium casum non conveniunt DD. Affirmant hoc casu innocentem ligari censurâ Gloss. *in c. 1. V. propter quam b. tit. in 6.* Durand. *in 4. dist. 18. q. 4.* Cordub. *l. 1. q. 42.* Moventur 1. *can. sententia 1. caus. 11. q. 3.* ubi Gregorius, *Sententia Pastoris, inquit, sive justa, sive injusta fuerit, timenda est.* 2. Judex procedens secundum allegata, & probata justè procedit, ergo ejus sententia valet. 3. bona, quibus fideles per censuram privantur, dispositioni Ecclesiae subduntur, ergo potest Ecclesia fidelem innocentem, qui nocens esse probatur, illis bonis privare. 4. præcepto lato à Judice, secundum Juris ordinem procedente, subditus nequit resistere, sed tenetur eidem obedire saltem in facie Ecclesiae, ut communiter notant DD, cum *S. Thom.* aliàs autoritas Judicis contemneretur, & disciplina corrueret. atqui transgressioni prædicti præcepti Judex annectit censuram, ergo validè annectit, & conf. ligat.

82 Sed dicendum, probabilis hoc casu innocentem censurâ non ligari. Ita Cajet. *Sot. Covar. Navar. Tolet. Suar. Avil. Laym.* apud Palao *p. 8. cit. n. 14.* quos etiam ipse sequitur *n. 15.* & post eum Engl *n. 107.* König *n. 11.* Reiffenstuel *n. 40.* & *segg.* Ratio est, quia præceptum illud Judicis nititur falsa præsumptione obligationis, & errore aperto, igitur cum alienum sit à benignitate Ecclesiae cogere, & obligare sub Censura ad solvendum tanquam debitum, quod nullo modo est debi-

tum, non est credendum ullam sic condemnato obligationem induci ex hoc præcepto.

Tria tamen cum Palao *l. cit.* hic ad 83 verto, 1. sic condemnatum obligatum esse Judicis præceptum exequi, quando illud absque scandalo non potest subterfugere: hoc autem non vi præcepti, quod nullum est, sed vi juris naturalis, quod obligat, ne potestati publicæ, justè, & Juridicè præcipienti, resistatur, etsi, quod præcipit, minus justum sit. Qui tamen eo casu inobediens fuerit etiam publicè, per hoc non incurret censuram; quia non delinquit adversus præceptum, cui Judex censuram annexit, sed contra præceptum Juris naturalis non resistendi potestati justè, etiam non justum, judicanti. 2. is, quem Judex hunc in modum censurâ affecit, in foro animæ, & coram DEO ob ejusmodi censuram non est privatus communionem fidelium, Ecclesiae suffragiis, Jurisdictione Spirituali &c. quia hi effectus censuræ veræ annectuntur, & non exiustimationi illius: in foro tamen externo his omnibus bonis privatus est; quia in eo foro verè censurâ ligatus reputatur. Et hinc 3. ita censurâ percussus obligatur in publico abstinere ab omnibus actibus, qui per censuram prohibentur: sed hoc ex vi præcepti naturalis, quâ, ut dixi, quisque obligatur parere Judici suo, ne autoritatem ejus videatur contemnere; non tamen vi censuræ; quia illa censura est nulla, conf. nullum ponit impedimentum.

Argumenta *n. 81.* opposita facile 84 dissolvi possunt. Ad 1. Gregorius non dixit, sententiam injustè latam servandam, sed timendam, i. e. non ex superbia contemnendam, uti contemneretur, si cum scandalo illam violares. Ad 2. ad sententiam validam non sufficit, quòd Judex justè, præcipiat, sed requiritur, quòd justum præcipiat. Ad 3. jam dixi, privationem actualem non esse necessariam ad tuendam autoritatem Ecclesiae; quia satis est, si ita Censuratus pro tali se gerat in facie Ecclesiae. Eadem responsio est ad 4.

Quæritur 8. quis possit absolvere ad 5 censuram? Distinguendum est inter censuram latam ab homine, & inter eam, quæ lata à Jure est. Et hinc

Dub. 1. quis possit absolvere à censuris specialiter latis ab homine? *h.* ab his absolvere solum potest ille, qui tulit illam, & ejus Succesor, Superior, vel Delegatus, & nullus alius. Avil. *p. 2. c. 7. D. 1. dub. 9.* Palao *tr. 29. D. 1. p. 11. §. 4. n. 1.* Vallens. *hic §. 7. n. 3.* Engl *n. 114.* Pirh. *n. 143.* König *n. 22.* Reiffenst. *n. 242.* la Croix *tom. 8. l. 7. n. 126.* & 131. Magnif. P. Schmier *p. 1. de Delict. c. 3. n. 171.* & *segg.*

Di-

86 Dixi 1. absolvere potest ille, qui tulit. Ita S. Thom. in addit. p. 3. q. 24. art. 1. S. Bonav. in 4. dist. 18. ult. part. dist. q. 6. Suar. D. 7. de censur. sect. 2. n. 2. Coninck D. 14. dub. 16. n. 254. Laym. l. 1. tr. 5. p. 1. c. 7. n. 2. Palao l. cit. & colligitur ex can. verbum 51. de poenit. dist. 1. c. pastoralis 11. S. praterea de Offic. Ordin. & favet Reg. Jur. 1. ibi: Omnis res, per quamcunque causas nascitur, per easdem dissolvitur; item Reg. 35. ff. ibi: Nihil tam naturale est, quam eo genere quidque dissolvere, quo colligatum est.

87 Extenditur 1. etiam si reus domicilium mutet; adhuc enim absolvendus est ab eo, qui tulit sententiam arg. c. proposuisti 19. de for. compet. Angel. V. absolutio 1. n. 7. Sayr. l. Theaur. c. 20. n. 4. Suar. sect. 2. cit. n. 26. Palao l. cit. n. 2. Ratio est, quia mutatione domicilii subterfugere non potest Jurisdictionem auctoris censuræ, Extenditur 2. etiam si Appellationem interposuerit; nam adhuc absolvi debet à ferente censuram, siquidem iste sit Ordinarius. Sayr. l. cit. n. 3. Suar. n. 32. Palao n. 3. & colligitur aperte ex c. si à Judice 10. de Appellat. in 6. Ratio est, quia per Appellationem interpositam Judex à quo non privatur Jurisdictione quoad ea, quæ Appellationi non obstant. at absolutio à censura non obstat, sed potius juvat Appellationem, cum sit id, quod per Appellationem intenditur. Addidi autem, si quidem sit Judex Ordinarius; nam Delegatus, etsi ante admissam Appellationem impendere absolutionem possit, non tamen eam admittat; quia eo ipso privatur jurisdictione.

88 Ut verò Author censuræ à se censuratum possit absolvere à censura, requiritur, ut absolutio non sit ipsi specialiter prohibita; nam plures sunt casus, in quibus auctori Censuræ non permittitur absolutio. 1. si fiat Excommunicatus vitandus; tunc enim privatur omni jurisdictione, quam habuit, ut infra n. 163. dicitur. 2. si censurandi potestas ipsi commissæ est absque cognitione causæ c. fin. §. fin. de Offic. Deleg. quia nudum ministerium, & executio ipsi commissæ censetur. 3. si Pontifex ex certa scientia censuram, ab Ordinario latam, confirmet; nam eo ipso absolutionem sibi reservat; quia ex confirmatione Ordinarii sententiam suam facit arg. c. si quis 1. de confirm. util. & inut. & c. si apostolice 22. de Præb. in 6. 4. si lata ab Ordinario sit in incendiarium; quia reservatur Papæ c. tua nos 19. h. tit. 5. si Papæ Delegatus excommunicarit aliquem; nam hic ab eodem Delegato post annum ab incurfa Excommunicatione absolvi nequit c. querenti 26. de Offic. Deleg.

Dixi 2. ejus successor; nam quod iste censuras, ab Antecessore suo latus, possit per absolutionem tollere, deciditur can. si Episcopus 40. caus. 11. q. 3. quia eandem cum Antecessore potestatem habet, & eadem cum ipso persona censetur. Et hoc verum est etiam in Successore Judicis Delegati c. pastoralis 28. §. praterea de Offic. deleg. Item etsi tantum sit Successor ad tempus: & hinc Capitulum Sede vacante, medio Vicario à se electo, absolvere potest excommunicatos ab Episcopo c. un. de major. in 6. Excipiuntur ij casus, in quibus Antecessor non potest absolvere à censura à se lata; quia successor non majorem, sed æqualem cum Antecessore potestatem habet. Conf. Successor non potest absolvere à censura in casibus n. præc. relatis.

Dixi 3. Superior, intellige, si pleno jure Superior sit; nam hujus potestas ab inferiore limitari, vel circumscribi non potest Clem. 2. de Elect. conf. dum absolvit à censura, per inferiorem lata, jure proprio utitur, & ideo eidem injuriam nullam irrogat. Excipitur, nisi consuetudine habeatur contrarium, sicut contingit in Regularibus subiectis Episcopo; nam hi excommunicati, vel suspensi fuerint à Prælato suo Regulari ex causa Religiosam disciplinam spectante, ab Episcopo absolvi nequeunt, nisi mediâ Appellatione interpositâ; quia prima instantia Regulari Prælato competit, juxta Gloss. in c. quanto V. si Prælati de Offic. Ordin. Nunquam tamen Superior absolvere debet Censuratos ab inferiore, etsi validè possit, quin prius satisfactionem plenam exigat, & inferiorem Prælaturum moneat, ne ejus auctoritas contemni videatur. Palao §. 4. cit. n. 6.

Addidi, Si pleno jure Superior sit: Hinc Archiepiscopus absolvere pro libitu non potest à censuris Suffraganeorum suorum, sed tantum tempore Visitationis c. cum ex officii 16. de Præscript. vel causâ ad ipsum per Appellationem devolutâ c. Romana 5. & c. venerabilibus 7. h. tit. in 6. quia non est Superior Suffraganeorum suorum pleno jure, sed tantum in certis casibus. Idem est de Patriarcha, vel Primare respectu Archiepiscoporum c. venerabilibus cit. Imò nec Legatus à Latere, quamvis omnium Prælatorum Provinciæ suæ Judex sit, & Superior, potest absolvere censuratos ab inferioribus Prælatis extra casum Appellationis. Abb. in c. pastoralis cit. §. praterea n. 1. Navar. Man. c. 27. n. 40. Suar. sect. 2. cit. à n. 2. Laym. c. 7. n. 2. Palao n. 7. Engl. n. 117. Pishing n. 154. & seqq. Wiestner n. 53. Reiffenituel n. 244. la Croix tom. 2. l. 7. n. 137.

Dixi 4. Vel Delegatus: ubi tamen est distinguendum; nam absolvere potest à cen-

cenfura lata à Delegante, fi delegatus fit cum cognitione caufa: non potest, fi absque cognitione caufa potestas ferendi cenfuras ipsi concessa est; quia tunc nudum ministerium ipsi delegatum est. Navar. n. 40. cit. Ugolin. tab. i. c. 4. §. 4. Sayr. c. 20. n. 24. Avil. p. 2. c. 7. D. 1. dub. 9. cas. 4. Suar. D. 7. sect. 7. n. 8. Laym. c. 7. cit. n. 2. §. denique. Palao n. 8.

93 Dixi §. Et nullus alius; nam prater hactenus enarratos nulli alii potestas absolvendi à cenfura specialiter lata competit. Ratio est manifesta; nemini enim alteri reperitur concessa hujus vinculi dissolutio: & merito, ne Judicum Jurisdicção turbetur, vel eorum autoritas contemnatur. Excipitur, si reus paratus fit satisfactionem prestare, sed ob infirmitatem, vel aliud impedimentum adire non possit cenfura auctorem, ut absolvatur; tunc enim ab æquali Judice, vel inferiore absolvi potest, præstito Juramento, quod, quam primum poterit, se presentabit ei, cui de jure competit absolutio, juxta c. ea noscitur 13. quod de his 26. & c. quamvis 58. b. tit. Ratio est, quia cum cenfura sit pœna medicinalis, multis Spiritualibus commodis privans, expediebat eam, posita correctione, auferri.

94 Addidi à cenfura specialiter lata; nam si generaliter lata sit, omnes possunt absolvere, qui possunt absolvere à cenfura, lata à Jure. Avil. D. 1. cit. dub. 9. Laym. n. 3. Palao n. 10. Vallens. §. 7. n. 3. Pirhing n. 143. Reiffenstuel n. 246. la Croix n. 126. & colligitur ex c. ex frequentibus 3. de Instit. Ratio est, quia ex absoluteione hujus cenfurae, ab aliis Prælati facta, non perturbatur Tribunal Judicis ferentis cenfuram, cum reus non fuerit nominatim citatus. Neque obstat c. nuper 29. b. tit. ubi dicitur, quod solum à cenfura Juris non reservata possint alii à ferente cenfuram absolvere; nam intelligendum hoc est casu, quo specialis sententia in speciales personas lata est cum earum citatione, non verò, cum per Sententiam generalem; nam cenfura lata per Sententiam generalem cenfurae Juris æquiparatur: unde qui à Juris cenfura potest absolvere, etiam ab hac potest absolvere.

95 Dub. 2. quis possit absolvere à cenfura Juris? ab hac, si non sit reservata, à quocunque lata sit, possunt absolvere sibi subditos omnes illi, qui Jurisdiccionem in foro externo habent: atque adeò non tantum Episcopi, sed etiam Abbates, Guardiani, Rectores, Priores &c. respectu sibi subditorum. Ita post Gloss. Abb. Felin. Navar. Man. c. 27. n. 39. Covar. in c. alma p. 1. §. 12. n. 4. Ugolin. de censur. tab. i. c. 10. n. 1. Henric. l. 13. c. 27. n. 3. Suar. D. 7. de censur. sect. 3. n. 2. §. 10. Palao n. 29.

D. 1. p. 11. §. 3. n. 1. Vall. hic §. 7. n. 3. Wietner n. 29. Reiffenstuel n. 246. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 3. n. 174.

Controversia est de Parocho, aliòve Sacerdote, potente absolvere à peccatis mortalibus, an etiam absolvere possit à cenfura non reservata? Negant Gloss. in c. si Episcopus V. reservantur de Penit. & Remiss. Abb. in c. s. n. 3. & in c. nuper 29. n. 6. b. tit. Covar. in c. alma §. 12. cit. n. 5. Sayr. l. 2. Thesaur. c. 19. fin. Movetur, quia ad cenfurae absoluteionem, sicut ad ejus lationem requiritur Jurisdicção fori externi, quâ Parochi, & alii simplices Sacerdotes carent. Sed hoc non obstant, dicendum, posse Parochum, & alium Sacerdotem proprium absolvere à cenfura Juris non reservata. Ita Innoc. in c. nuper cit. n. 6. Sylv. V. absolutio. n. 4. Navar. n. 39. cit. Suar. n. 2. §. 10. cit. Avil. p. 2. de Censur. c. 7. dub. 4. Coninck D. 14. dub. 6. concl. 2. n. 130. Palao §. 5. cit. n. 3. Engl. hic n. 124. Pirh. n. 141. König. n. 28. Wietner n. 29. Reiffenstuel n. 246. la Croix tom. 8. l. 7. n. 126. §. 128. P. Schmier n. 174. cit. & communiter TT. cum S. Thoma addit p. 3. q. 23. art. 2. Colligitur ex c. nuper cit. ubi quidem sermo est de Excommunicatione minori tantum, ratio tamen subjuncta generalis est, & militat pro absoluteione à quocunque Cenfura; quia nimirum Conditor Canonis ejus absoluteionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi. Ad Argumentum contrarium hic vel nulla requiritur Jurisdicção fori externi, cum absoluteio talis tantum pro foro conscientia, vel si aliqua requiritur, hæc erit extraordinaria, vel delegata à Jure. Palao n. 4. Suar. n. 29. &c.

Dixi autem n. 95. in Responfione: 97 Si non sit specialiter reservata; nam si reservata sit, nullus alius ab auctore cenfurae, vel ejus Successore, Superiore, aut Delegato potest absolvere. Suar. D. 7. sect. 5. n. 1. Avil. c. 7. cit. dub. 5. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 6. n. 1. concl. 2. Palao §. 5. cit. n. 5. Engl. n. 119. Pirhing n. 142. Reiffenstuel n. 249. la Croix n. 226. Schmier n. 177. & teste Palao tradunt omnes, Sumitur expressè ex c. nuper cit. Sunt tamen aliqui casus, in quibus Conditor Canonis hæc potestatem concedit alii. Sic enim 1. ab Excommunicatione Canonis ob percussione Clerici absolvere potest Episcopus mulieres, & impuberes, etiam postpubertatem prout dicitur infra n. 249. 2. idem Episcopus absolvere potest ab omnibus cenfuris, & pœnis, Sedi Apostolicæ reservatis, modò non fuerint publicæ, neque ad forum contentiosum deductæ, vi Trid. sess. 24. c. 6. de reform. excepto homicidio voluntario Vallens. hic §. 7. n. 6. Engl

Engl n. 120. la Croix n. 126. § 141. 3. Religiosi mendicantes, & alii, qui cum iis communicant in privilegiis, absolvere possunt ab omnibus censuris Sedi Apostolicæ reservatis, exceptis iis, quæ continentur in Bulla Cœnæ, ut habetur in *Compend. Privil. Societ. JESU V. Absolutio* §. 1. Engl l. cit. König n. 22. Wiest n. 51. *fn. la Croix n. 126. 4.* pro articulo mortis Trid. *sess. 14. c. 7. de Sacr. Pœn.* cuilibet Sacerdoti etiam Excommunicato concedit potestatem absolventi ab omni censura sive Juris, sive hominis, præstito prius juramento, quòd, quamprimum poterit, evanescente periculo, se absolutus præsentare velit Superiori, à quo de jure absolvendus erat; alioquin, si contra Sacramentum Superiori se non præsentaverit, in eandem censuram reincidet *c. eos qui 22. b. tit. in 6. Suar. D. 22. sect. 1. n. 62. Barbof. in c. nuper cit. n. 2. Vallens. §. 7. n. 2. & 4. Engl n. 115. Pirhing n. 142. v. excipitur. la Croix n. 126. § 130. Schmier n. 178. § 179.* cum reliquis *suprà. 5.* similiter cum obligatione comparandi coram censuræ auctore conceditur facultas Episcopis, imò Sacerdoti proprio absolventi quoslibet impeditos adire Pontificem, ex quacunque causa nascatur hoc impedimentum *c. ea noscitur. 15. § c. quamvis 58. b. tit. Navar. Man. c. 27. n. 81. Sayr. thes. l. 3. c. 20. n. 25. Coninck D. 14. dub. 16. n. 240. Palao p. 5. cit. n. 6. Pirhing n. 141. v. ad Parochos, Wiestner n. 50.*

98. Quæritur 9. quâ forma, ritu, & conditionibus absolutio censuræ sit concedenda? 1. forma in Jure nulla præscripta est, sed ea sufficit, quæ voluntatem absolventi declarat, ut si diceres, Ego te absolvo à vinculo Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti: potestque fieri aut verbis, aut etiam scripturis; consuetudo tamen est observanda. Neque opus est exprimi causam, ob quam est incurta censura, tamen expediens sit. Palao *tr. 29. D. 1. p. 11. §. 3. n. 1. Vallens. hic §. 7. n. 8. Pirhing ibid. n. 161. la Croix tom. 2. l. 7. n. 155.* 2. Ritus servandus in Absolutione Judiciali à censura Excommunicationis præscribitur *c. à nobis 28. b. tit. & habetur in Pontificali Romano: omisso tamen illius absolutionem non reddit invalidam, ut omnes farentur, neque illicitam graviter, etsi expediat regulariter prædictas ceremonias observari. Hurtad. D. 14. de Excomm. difficult. 4. Palao n. 4.* 3. conditiones aliæ requiruntur ex parte absolventis, aliæ ex parte absolventi.

99. Ex parte absolventis requiritur 1. potestas absolventi; nam sine hac nulla est absolutio. 2. libertas à coactione, & metu; nam coactè, & metu facta invalida est *c. un. de his, que vi met. caus. & procedit hoc, sive justè, sive injustè, va. R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.*

lidè tamen lata censura fit; quia textus non distinguit. Suar. *D. 7. sect. 6. n. 13. § seqq. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 6. n. 9. dict. 6. Avil. p. 2. c. 7. D. 2. dub. 5. Palao §. 3. cit. n. 7. Pirhing n. 165. la Croix n. 153.* 3. ne absolvens in causa principali decipiatur. Excipitur, si constaret (quod præsumi non debet) ipsum Judicem, aliàs potestate absolventi gaudentem, velle, non obstante fraude, absolvere; tunc enim tenebit Absolutio. Navar. *Man. c. 27. n. 38. Ugo. lin. tab. 1. de Censur. c. 19. §. 4. n. 4. Sayr. l. 2. c. 21. n. 26. Avil. D. 2. cit. dab. 4. Palao n. 8.*

Ex parte absolventi regulariter requiritur 1. absolutionis petitio; cum enim censura imposita sit ad delinquentis correctionem, expedit postulatione humili demonstrare se correctum esse. Hæc tamen conditio non requiritur necessariò, sed ut convenienter concedatur absolutio: hinc etiam concedi invito potest; non tamen expedit, nisi ex causa rationabili. Sayr. *c. 21. cit. n. 6. Suar. sect. 7. n. 5. Palao n. 9.* 2. requiritur, ut prius satisfecerit parti læsæ, nisi sit impotens; tunc enim, præstita cautione pignoratitia, vel fidejussoria, aut si hanc non possit, juratoria absolvi potest. Navar. *c. 27. cit. n. 48. Avil. c. 7. cit. D. 3. dub. 5. concl. 1. Sanch. l. 2. mor. c. 13. Coninck D. 14. dub. 16. n. 106. Laym. p. 2. cit. c. 2. n. 8. Palao n. 6. Pirhing n. 163.*

Si Judex absolvat eum, qui non satisfecerit parti, & potuisset satisfacere, graviter peccat, tum ob injuriam parti factam, tum quia violat Juris ordinem, præscribentis, realem satisfactionem præmitti absolutioni, si fieri potest: absolutio tamen erit valida, saltem si detur à Judice Ordinario, aliàs potente absolvere. An autem sit valida facta à Judice Delegato gravis est controversia inter DD. Communior sententia negat esse validam; quia non est censendus delegans dare potestatem absolventi contra Juris præscriptum, & interdicti præjudicium. Validum tamen esse probabiliter affirmant Sanch. *l. 2. de Matr. D. 33. n. 1. Hurtad. D. 14. diffic. 5. n. 29. Avil. D. 3. cit. dub. 1. Laym. n. 8. v. duo insuper, Palao n. 6. Pirhing n. 163. cit. v. prædictis.* Rationem dant, quia conditio illa parti satisfaciendi non aliâ cautelâ additur in Delegatione, quàm à Jure communi sit apposita. sed à Jure communi non apponitur ut conditio, cujus defectus irriter absolutionem. ergo &c. Neque inde fit, peccare delegantem concedendo facultatem absolventi validè, parte non satisfacta; nam sicut Ecclesia non peccat concedens Ordinario hanc potestatem, ita nec Ordinarius peccabit, si eo modo deleget illam, quo ipse habet: satis enim

C c juri

juri tertij cautum est, dum absolutio hujusmodi prohibetur.

102. Præsentia rei, dum absolvitur, absolute necessaria non est; quia sicut absens per litteras excommunicari potest, ita & absolvi: regulariter tamen expedit, eum esse præsentem, tum ad reverentiam censurarum, tum ad majorem humilitatem, & cautionem ipsius censurati. Sylv. *V. absolutio*. 3. n. 9. Navar. *Man.* c. 26. n. 14. Sayr. 6. 21. cit. n. 12. Sanch. l. 2. mor. c. 11. n. 14. Avil. *D. 2. dub. 1.* Laym. c. 6. n. 9. Palao n. 10. Pirhing n. 164. la Croix n. 155. § 161. Idem dicendum de absolutione medio Procuratore, scilicet regulariter non expedire, ut fiat, causa tamen urgente, concedi posse. Hic tamen Procurator speciale mandatum habere debet petendo Absolutionem, ut sic constet, censuratum recessisse à contumacia: item jurare debet, & præstare ea omnia, quæ absolvendus præstaret, si præsens adesset.

103. Quæritur 10, quot modis contingat, absolutionem à censura fieri? R. primus, & præcipuus modus absolvendi à censura est simplex & absolutus, nempe cum absolute, & simpliciter reo emendato, & à contumacia recedenti conceditur absolutio.

2. Absolutionis modus est conditionatus, cum absolutio sub aliqua conditione datur, ita, ut ea conditione deficiente, corruat absolutio. Et quidem, quod absolutio à censura dari possit sub conditione de præterito, vel de præsentem, exploratum est apud omnes. An verò dati etiam possit sub conditione de futuro, controversum est inter DD. Negant S. Antonin. 3. p. tit. 24. c. 77. S. 1. prop. fin. Angel. *V. Absolutio* 3. pr. Sylv. *V. eod.* n. 1. ea ducti ratione; quia absolutio à peccatis non potest sub conditione in futurum pendente, si illa contingens sit, dari, ergo neque absolutio à censura. Deinde actus legitimi non recipiunt conditionem *Reg. actus legitimi* 77. ff. & *Reg. 60. in 6.* talis autem actus est absolutio à censura. ergo &c. Sed standum est pro sententia affirmativa, quam etiam defendunt Covar. in c. alma p. 1. §. 11. n. 6. Navar. c. 26. n. 12. Suar. D. 7. sect. 8. n. 7. Hurtad. D. 14. diff. 2. Coninck D. 14. dub. 16. n. 218. Laym. l. 1. tr. 5. p. 1. c. 7. n. 2. Palao tr. 29. D. 1. p. 11. §. 2. n. 2. Pirhing hic n. 166. la Croix tom. 8. l. 7. n. 155. § 157. Ratio est, quia nec Jure naturali, nec positivo irritatur hic modus absolvendi. Seclusa tamen causâ necessitatis, non est expediens, absolutionem sub conditione de futuro præstare, tum quia hoc alienum est à praxi, & usu recepto concedendi absolutionem, tum quia non decet ut Judex absolutionis suæ judicem constituat ipsum-

met reum, prout constituitur, quando sub conditione ab ipso præstanda conceditur. Ad argumentum contrariam nego paritatem: nam absolutio à censuris immediate pendet à voluntate absolventis exterius expressa; absolutio autem à peccatis à voluntate Christi, qui noluit ipsam pendere à conditione de futuro contingente. Ad Conf. illi actus vitiantur die, vel tempore apposito, quia à die, vel tempore absolvuntur; at Censuræ absolutio, licet respicere nequeat diem, vel tempus determinatum, indeterminatum tamen respicere potest scilicet illud, in quo reus cessaverit à contumacia.

3. Modus absolvendi à censura vocatur ad cautelam; quia eo cavetur damnatum, quod ex censura ignota tum censurato, tum salis provenire poterat, & ideo frequenter præmittitur tum absolutioni Sacramentali ob Sacramenti reverentiam, tum Ordinum receptioni, tum Beneficiorum, aliorumque privilegiorum collationi ad vitandam eorum invaliditatem: cujus exempla proponuntur 6. *super eo* 51. & c. seq. b. tit. Hinc modus absolvendi præsupponit, censuratum vel ignarum esse suæ Censuræ, vel certe solum suspicionem illius habere, non autem certitudinem. In foro conscientie concedenda est solo testimonio absolvendi, factâ promissione, quod satisfacere velit, si constiterit de Censura. Sayr. l. 2. *Theaur.* 6. 16. n. 19. Palao §. 2. cit. n. 5. In foro externo distinguendum est: nam si generatim solum petitur absolutio à Censura, ita, ut nullius in particulari suspicionem absolvendus habeat, conceditur absolutio, nulla præmissa causæ cognitione, vel data cautione. At si specialis alicujus Censuræ absolutio petitur, probare absolvendus saltem semiplenè debet, se illâ Censurâ ligatum non esse, vel quia continet errorem, vel quia lata fuit post appellationem legitime interpositam. Insuper citandus est is, ad cujus instantiam lata est, vel Judex, qui eam tulit, si ex officio processit: qui si opponant manifestam contumaciam, concedendus est iis terminus octo dierum, ut id probent, & interim ab absolutione superferatur. Quod si in probatione defecerint, condemnandi sunt ad expensas factas, & censuratus erit absolvendus; secus verò, si intentionem probaverint: quæ omnia colliguntur ex c. *solet* 2. b. tit. in 6. Porro absolutio hæc ad cautelam præstari potest ab eo, qui potest ab ea Censura absolute absolvere. An verò cuilibet Judici delegato potestas hæc competat, variant DD. Covar. & Sayr. apud Palao n. 6. distinguunt, & negant de Judicibus delegatis ad causas cognoscendas in Curia Ro-

Romana, excepto casu referendi testimonium, nisi specialiter ea potestas commissâ fuerit; contrâ de Judicibus delegatis ad causas cognoscendas extra Curiam concedunt, & hoc per potestatem ex usu acceptam.

105 4. Modus absolvendi, & satis frequens est ad Reincidentiam, eò quòd absolutus in eam iterum incidat, si opus sub Censura præceptum non exequitur. Palao n. 7. la Croix n. 158. Hoc absolvendi modo frequenter utuntur Judices in debitis pecuniariis; absolvunt namque debitorem, consentiente creditore, ab Excommunicatione incurfa ob debitum non solutum, imposito præcepto, ut intra certum tempus fiat solutio, sin minus, eadem Censurâ ligetur. Potest autem absolutio hæc præstari tripliciter. 1. conditionatè, scilicet adjectâ conditione, ut si mandato non pareat absolutus, in eadem reincidentat. 2. pro aliquo tempore absolutè, pro reliquo sub conditione certi operis præstandi intra certum tempus, ut si hoc intra illud tempus præstiterit absolutus, in perpetuum absolutus sit. 3. ad certum effectum duntaxat, v. g. ut excommunicatus testimonium perhibere in Judicio, vel alium actum, alias Censurato non permiffum, exercere possit: quo tamen modo absolutus, non ab ipsâ Censura, sed ab aliquo tantum effectu v. g. impedimento per eam inducto liberatur. Palao n. 12. la Croix n. 158, & alij ab his cit.

Porro omnes isti modi absolvendi à censuris præstari possunt in foro interno, & externo. Si in foro interno tantum fiat absolutio, non potest sic absolutus publicè se immiscere actibus per censuram prohibitis, & si contrâ faciat, à Judice, quamvis huic constet de absoluteione, puniri poterit, tanquam transgressor censuræ, minus tamen, quam si verè transgressor esset: imò si velit, poterit prædictam absoluteionem Judex pro foro externo admittere, & à punitione superfedere, nisi à parte urgeatur. Avil. p. 2, c. 7. D. 3. dub. 12. Syr. l. 2. Thefaur. c. 20. n. 31. Laym. l. 1. tr. 5. p. 1. c. 7. n. 7. Palao n. 13.

107 Queritur 11. an censura semel incurfa non possit tolli aliâ viâ, quam absoluteione? *xy.* negativè. Covar. in c. alma p. 1. §. 11. n. 5. Palao tr. 29. D. 1. p. 11. §. 1. n. 2. Pirhing hic n. 179. *xy.* hinc colligitur. Engl. n. 17. Reiffenstuel n. 240. Ratio est, quia censura auferri nequit, nisi à potestate concessâ Petro solvendi ligatos.

sed hujus potestatis actus est absolutio, sicut potestatis actus est ligatio. ergo censura absoluteione duntaxat tolli potest: & hinc

Colligitur 1. non cessare illam ob 108 mortem auctoris; nam esto, ab eo pendeat in fieri, non tamen in conservari. Accedit, quia censura est pœna, sed pœna, Jure sic disponente, durat, usque dum tollatur legitime *can. si Episcopus 40. caus. 11. q. 3. c. pastoralis 11. §. præterea de Offic. Ord. Coninck D. 14. dub. 16. n. 198. Laym. l. 1. tr. 5. p. 1. c. 7. n. 1. Palao §. 1. cit. n. 2. Wiestner hic n. 47. Reiffenstuel n. 240. la Croix n. 127.*

2. Non tollitur plenè, & perfectè 109 morte censurati. Navar. Man. c. 27. n. 71. Covar. §. 11. cit. n. 8. Suar. D. 7. de Censur. sect. 1. n. 5. & 6. Coninck n. 201. Laym. n. 7. pr. Palao n. 3. Reiffenstuel l. cit. la Croix n. 159. & dicatur satis c. à nobis 28. c. furis 38. b. tit. & c. is, cui 20. eod. in 6. & ratio est, quia censura non tantum afficit delinquentem, sed alijs fidelibus obligationem imponit abstinendi à censurati communione; ex hac autem parte morte censurati non perit, siquidem eo mortuo nequeunt vivi ejus corpus sepulturæ Ecclesiasticæ tradere, pro ejus anima Sacrificium offerre, & preces publicas fundere.

3. Non tollitur sola satisfactione, 110 parti læsæ factâ, & emendatione delinquentis, si censura absolute sit lata. Palao n. 4. cum cæteris suprâ allegatis. Ratio est, quia esto, quòd imponatur, ut parti fiat satisfactio, & delinquens corrigatur, id solum probat, positâ satisfactione, & correctione, debere à Judice auferri, non tamen, quòd ipsa ex se cesset c. desideres 15. b. tit. c. qua fronte 25. de appell. c. ex litteris 11. de constit. Hinc Alexander VII. damnavit hanc 44. Propositionem: *Quoad forum conscientie correctio, ejusque contumacia cessante, cessant censurae.*

Dixi. Si censura absolute sit lata; nam 112 si feratur Censura, quousque satisfecerit reus verius est, posita satisfactione ipsum pro absoluto habendum Covar. n. 5. cit. Suar. sect. 1. cit. n. 11. Coninck n. 228. Laym. n. 1. Palao n. 4. Wiestner n. 48. Reiffenstuel n. 241. Sed tunc verba ipsa, quibus Censura sub tali conditione illata est, absoluteionem ab illa posita conditione, continent in se implicite, præstantque hunc sensum: *Si intra tres dies non satisfeceris, Excommunicationem incurras, à qua sis absolutus, præstita satisfactione.*

S U M M A R I U M.

112. Definitio Excommunicationis.
 113. Eius explicatio.
 114. Bona, quibus privat Excommunicatio.
 115. &c. Eius varietas.
 117. Quid sit Anathema?
 118. &c. An voce Excommunicationis simpliciter prolata intelligatur Excommunicatio major, an minor?
 121. &c. Quinam sint Excommunicati vitandi?
 126. &c. Quibus rebus Divinis, & Sacris privet Excommunicatio?
 134. &c. An & quomodo Ministri Ecclesie possint Orationes Ecclesie publicas, & Sacrificia offerre pro Excommunicatis?
 140. &c. An Sacramenta, quae Excommunicatus recipit, valida sint?
 144. &c. Quando Excommunicatus licite, & valide administrare Sacramenta possit?
 147. &c. Quomodo Excommunicatio privet Beneficiis, & Officiis Ecclesiasticis?
 149. &c. An valida sit acceptatio Beneficij, si hoc collatum sit ante Excommunicationem, acceptatum post illam?
 152. &c. Utrum Excommunicato valide possit conferri Pensis?
 156. &c. An Excommunicatio privet fructibus Beneficij?
 163. &c. An, & quomodo Jurisdictione Ecclesiastica?
 167. &c. Quomodo privet communicatione forensi?
 170. &c. Et Officiis publicis?
 174. &c. Quomodo potestate contrahendi, & obligandi civiliter?
 177. Quibus actionibus privetur Excommunicatus, dum privatur communicatione Politica?
 178. &c. Quando communicans cum Excommunicato peccet mortaliter?
 183. &c. Quibus casibus communicatio sit permessa?
 195. &c. Qui sint Effectus indirecti Excommunicationis majoris?
 198. &c. Quis sit Effectus directus Excommunicationis minoris?
 201. &c. Quis ejus Effectus sit indirectus?
 205. &c. Quis possit absolvere ab Excommunicatione minori?
 209. &c. Ex qua causa incurratur?

112 **Q**ueritur 1. quid sit Excommunicatio? *Re. communiter à DD. definiri, quòd sit censura ab Ecclesia instituta, separans Excommunicatum à communione fidelium. Ita quoad sensum Covar. in c. alna p. 1. n. 2. Suar. D. 8. de Censur. se. 1. n. 1. Palao tr. 29. D. 2. p. 1. n. 2. Vallens. hic §. 1. n. 5. Engl. n. 27. Pirhing n. 4. König n. 23. Wiestner n. 30. Reiffenstuel n. 47. la Croix tom. 8. l. 7. n. 176. Magnif. P. Schmier p. 1. de delict. c. 3. n. 185. & colligitur ex can. omnis Christianus 32. & can. canonica 107. caus. 11. q. 3.*

113 **D**icitur 1. *Censura*; quia censurat, & corrigit rebelles, & contumaces, & privatione bonorum Ecclesiasticorum: & licet aliquando feratur etiam in eum, qui non praesumitur emendandus, id eam ob causam fit, ne alij ejus communicatione inficiantur *can. refecanda. 16. & can. seq. caus. 24. q. 3.* Dicitur 2. *ab Ecclesia instituta*; quia poena Ecclesiastica est, & ex institutione Ecclesiae originem trahit, ut pluribus probat Sayr. l. 1. *Tbesaur. c. 4. n. 8.* Dicitur 3. *separans excommunicatum à communione fidelium*: quo distinguitur Excommunicatio ab aliis Censuris Ecclesiasticis; nam Suspendio solum privat Beneficij, & Officij Ecclesiastici usu, Interdictum Divinis Offi-

ciis secundum eorum naturam; Excommunicatio vero directè, & per se & illis, & aliis adhuc bonis privat.

Porro bona, in quibus fideles communicant inter se, ut n. 2. dixi, sunt triplicis generis, videlicet, Interna, merè externa, & mixta: ex his Ecclesia solum privat Excommunicatos communicatione in bonis secundi, & tertij generis ut infra fufius explicabitur à n. 126. Hinc patet, Excommunicationem esse omnium poenarum Ecclesiasticarum gravissimam, utpote quae privat maximis bonis Spiritualibus: quae causa fuit, ut Caestinus III. c. cum non ab homine 14. h. tit. dicat, Ecclesiam post poenam istam non habere, quid ultra faciat: & Trid. sess. 25. c. 3. de reform. monet, ne Ecclesiastici Judices hac Censurâ utantur, nisi quando jam nullum aliud remedium superest: & ob eandem rationem nunquam fertur in Communitatem c. Romana 5. h. tit. in 6. ne contingat innocentem aliquem ligari. Pirhing hic n. 8. not. 2.

115 **Q**ueritur 2. quotuplex sit Excommunicatio? *Re. alia est justa, alia injusta. Justa est, quae inferitur à legitimo Judice, propter peccatum contumaciae, & servato Juris ordine. Injusta est, cui aliquid horum deficit. Injusta rursus duplex est, quae*

quædam *Valida*, quædam *Invalida*, ac nulla, *Valida*, quamvis injulta, Excommunicatio est, cui tantum deest circumstantia debiti finis, vel quædam solemnitas accidentalis, ad substantiam Excommunicationis non perticiens. *Invalida* verò nullum effectum habet, nec obligat, nisi aliquando ratione scandali, ut quia fertur à non habente potestatem, vel contra alicujus privilegium, vel post legitimam Appellationem, vel quando continet errorem intollerabilem. *Avil. de Censur. p. 2. c. 6. D. 1. dub. 1. Tann. tom. 4. D. 6. q. 10. dub. 1. n. 21. Pirhing bic. n. 9.*

116 Celeberrima Divisio Excommunicationis est in Majorem, & Minorem. *Major* est, quæ Excommunicatum privat simpliciter omnium bonorum, inter fideles communium, participatione; *Minor* verò tantum privat usu Sacramentorum passivo, i. e. eorum receptione. Ex quo sequitur, quis sit Effectus utriusque Excommunicationis; nam Effectus directus Excommunicationis minoris est unicus, scilicet privatio passiva Sacramentorum; majoris verò duodecim enumerantur, qui tamen ad quatuor Classes deduci possunt, *Prima* concernit Suffragia fidelium Sacramentorum usum, & alias actiones Spirituales. 2. Beneficia, & Officia Ecclesiastica, quibus privat. 3. Officia Civilia. 4. Communicationem politicam cum Excommunicato.

117 *Dubitatur 1. quid intelligatur nomine Anathematis?* *2. Anathema* maledictionem, seu execrationem significat. In usu Ecclesiæ significatur hac voce Excommunicatio major. Usurpatur vox ista in SS. Canonibus in triplici sensu. 1. ad significandam Excommunicationem, incursum ob Hæresim, vel illius suspicionem, utpote omnimodam, & præcipuam ab Ecclesia separationem *c. cum non ab homine 14. b. tit. & Trid. sess. 25. c. 3. de Reform.* 2. ad significandas quædam Excommunicationis solennitates, videlicet cum Excommunicatio denuntiatur accensis candelis, & postmodum extinctis, aliisque ceremoniis ab Ecclesia institutis. 3. denique sumitur Anathema ad distinctionem minoris Excommunicationis, ut in *can. Engeltrudam 12. caus. 3. q. 4.* ubi prius lata fuit Excommunicatio minor, & postea major. *Palao tr. 29. D. 2. p. 1. n. 3.*

118 *Dub. 2. de qua Excommunicatione intelligenda sit vox Excommunicatio absolute prolata, de majori, vel minori?* *Rationem dubitandi* facit *c. pia 1. de Except. in 6.* ubi statuitur, eum, qui in Judicio Excommunicationem opponit, illius speciem declarare debere, quod dictum est (inquit *Glossa*) propter speciem majoris & minoris, ergo si nomine Ex-

communicationis absolute prolato non venit Excommunicatio major intelligenda; alias Excommunicationis species declaranda non foret, cum satis declarata esset.

Sed dicendum, etiam ante Gregorium 119 IX. Excommunicatio simpliciter sumpta sæpe pro minori intelligebatur, ut constat ex *can. Engeltrudam cit.* & alijs textibus, post Gregorium tamen nunquam pro minori, sed majori sumitur. *Covar. in c. alma p. 1. S. 8. n. 5. Henric. l. 13. c. 2. n. 2. Sayr. l. 1. Tbes. c. 4. n. 19. Coninck D. 14. dub. 1. circa fin. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 1. n. 1. Palao D. 2. cit. p. 2. n. 3. Vallens. hic S. 2. n. 1. Pirhing n. 7. & 8. König n. 24. Wiestner n. 32. Reiffenstuel n. 53. la Croix tom. 8. l. 7. n. 176. & 177.* & hoc ipsum declarat consuetudo, ac definitur expressè citatus Pontifex *c. siquem b. tit.*

Ad Rationem dubitandi Covar. & 120 Avil. p. 2. c. 1. dub. un. dicitur, decisionem illius textus esse specialem in favorem causarum Judicialium & Judicium, ne lites in infinitum his Exceptionibus protrahantur. *Suar. D. 8. sect. 3. n. 6. & Coninck l. cit. ajunt,* speciem Excommunicationis exprimendam, non quidem, an major, vel minor sit; quia jam supponitur majorem esse: sed ex quo delicto contracta sit, videlicet, an violatione Ecclesiæ, percussione Clerici &c. Colligitur ex verbis textus, maxime *¶. si verò*; probanda enim erat Exceptio apertissimis documentis, quod nullatenus fieri posset, allegata Excommunicatione in genere, nisi illius causæ, & circumstantiæ exponerentur.

Quæritur 3. quinam sint Excommunicati vitandi? *2. Jure antiquo* tales fuerunt quicumque majori Excommunicatione, à Jure, vel homine lata, ligati, eo solum discrimine, quòd ij, quorum Excommunicatio publica, & notoria erat, publicè; ij verò, quorum Excommunicatio publicè nota non fuit, à cæteris fidelibus ejus confijs privatim tantum vitandi essent *c. cum non ab hominis 14. b. tit. Pirhing n. 111. Wiestner n. 62. ¶. dubium nascitur.* Postea tamen ad excludenda varia scandala, & peccata, quæ conscijs timoratis accedere posse animadversum est, in *Concil. constant. à Martino V. Const. Extrav.* incipit *Ad vitanda* Christi fidelibus indultum fuit, ut nemo deinceps à Communione alicujus, quacunque Censurâ, sive à Jure, sive ab homine lata, ligati abstinere, eumque vitare teneretur, nisi sententia contra personam &c. certam à Judice specialiter, & expressè publicata fuerit, vel nisi eum per sacrilegam injectionem manuum in Clericum Excommunicationem à Canone latam aded notoriè incurrisse constiterit, ut factum non possit aliqua tergiversatione celari, aut aliquo suffragio excusari. *S. Anton.*

3. p. tit. 26. c. 3. Sot. in 4. dist. 22. q. 1. art. 4. Gutier. QQ. Canon. l. 1. c. 1. Valens. hic §. 2. n. 1. v. notandum, Pirh. n. 113. König n. 32. Wiestn. n. 62. v. cit. Reiffentl. n. 135. §. 136. la Croix tom. 8. l. 7. n. 174.

222 Dub. 1. an hac *Constit. Extrav.* non obstante, hodie vitandi sint saltem ij, de quibus notorium est, quod in Excommunicationem quacunq; de causa inciderint? Affirmant Felin. in c. *Rodulphus* 35. de *Rescript.* n. 39. Sylv. V. *excommunicatio* 5. n. 9. Navar. in can. 1. §. *laboret de Penit.* dist. 6. n. 10. Covar. in c. *almap.* 1. §. 2. n. 27. propter *Concilium Basileense*, quod sess. 20. fin. affirmat, vitandos non solum eos, in quorum personas Censura per sententiam à Judice publicata, & denunciata est specialiter, & expressè, sed generaliter, quoscumque ita notoriè Excommunicationis sententiam contulerit incurrisse, ut nulla tergiversatione celari, nullòque Juris suffragio excusari possint, cum igitur Concilium istud sit posterius Constantiensi, huic prævalebit arg. l. *sed & posteriores* 28. ff. de LL. & c. *licet* 1. de *Constit.* in 6.

223 Sed adhuc standum est Decreto *Concil. Constant.* ut notant Henriq. l. 13. c. 5. n. 1. Suar. D. 9. *sect.* 2. n. 5. Avil. p. 2. D. 2. *dub.* 2. Coninck D. 13. *dub.* 2. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 4. n. 1. Engl. hic n. 56. Pirhing n. 13. Wiestner n. 63. Reiffentuel n. 138. & confirmat consuetudo passim recepta, præsertim in partibus Septentrionalibus, in quibus Hæretici notorii, & alii Excommunicati, exceptis duntaxat notoriis Clericorum percussoribus, & dicto modo denunciatis, nequaquam vitantur. Neque obstat *Concilium Basileense*; nam hoc, tanquam Acephalum, ab Eugenio IV. revocatum, à Nicolao V. autem approbatum est quoad pauca duntaxat Decreta, spectantia Beneficiorum collationes, Dispensationes, & Censurarum absolutiones, igitur quoad cætera vim Juris non habet.

224 Dub. 2. utrum teneantur non censurati cum censuratis vitandis communicare? R. negativè; sed possunt, si velint, à communione cum ipsis privatim, imò publicè casu, quo Excommunicatio illorum publicè notoria est, abstinere: ac proinde possunt recufare imperium Prælati excommunicati, recedere à Missa Parochi censurati, opposita Exceptione declinare Judices, repellere actorem, Procuratorem, testem Excommunicatum, absque illorum injuria. Laym. c. 4. cit. n. 2. v. *tertium*, Engl. n. 54. Pirhing n. 115. König n. 32. Wiestner n. 65. Reiffentuel n. 139. la Croix n. 184. quia favore sibi indulto nemo cogitur uti arg. *Reg. invito* 69. ff. ne quod concessum est ob gratiam, in eorum d. *spendium* detorqueatur *Reg. quod ob gratiam* 61. in 6. *Excipitur*, nisi alicujus Regionis con-

fuerudo, aut foedera publica cum ejusmodi Censuratis communicationem postulerent: ex qua causa in Germania nostra Hæretici à muneribus publicis, à Contractibus, Judiciis & similibus actibus aliis excludi non possunt ab Orthodoxis. Pirh. n. 115. la Croix l. cit.

Dub. 3. an excommunicati tolerari communi fidelium se possint ultro ingerere? R. non posse, nisi à fidelibus non excommunicatis requirantur; quia à laudato *Concil.* directè nullus favor Censuratis, sed aliis duntaxat inditus est, prout patet ex cit. *extrav.* verbis, ibi *Per hoc tamen hujusmodi excommunicatos - - non intendit in aliquo relevare nec eis quomodolibet suffragari.* Valens. §. 2. n. 1. §. *notandum*, Pirhing n. 115. Wiestneri n. 164.

Quæritur 4. quibus rebus Divinis, & Sacris Excommunicatum privet Excommunicatio? R. 1. privatim communibus Ecclesie Suffragiis, quæ ex publicis Ministrorum Officiis, & Sacrificiis fidelibus provenire solent, item fructu satisfactionum, qui ex communi Ecclesie thesauro per Indulgentias, Prælatorum autoritate, applicatur. Constat ex variis textibus *relatis caus.* 11. q. 3. c. *à nobis* 28. c. *sacris* 38. b. tit. & ipso Ecclesie usu. Et hoc ita verum est, ut licet Minister Ecclesie velit Indulgentias Ecclesie applicare Excommunicatis, publicas Ecclesie Orationes pro iis fundere, Missæ Sacrificium offerre, secundum valorem ab Ecclesia proveniente, applicatio nullius sit valoris, sicut nullius valoris est distributio pecuniarum à servo facta contra domini voluntatem, & in personas ab eo exclusas. Dixi *suffragiis communibus Ecclesie*, seu quæ præstantur nomine Ecclesie; nam quæ præstantur nomine singulorum fidelium, & ab ipsis Ecclesie Ministris, ut particulares personæ sunt, iis Ecclesia Excommunicatos non intendit privare, cum Ecclesie bona non sint, nec ejusdem dispositioni subjaceant: & hinc pro Excommunicatis, etiam denunciatis, possumus proprio nomine, & privata intentione orare, bona opera pro ipsis exercere, & Sacrificii actum offerre. Sylv. V. *Excommunicatio* 1. n. 2. Navar. *Man.* c. 27. n. 36. Covar. in c. *alma* p. 1. §. 6. n. 4. Suar. D. 9. de *Censur.* *sect.* 4. n. 3. Avil. p. 2. de *censur.* c. 6. D. 4. *dub.* 1. *concl.* 2. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 1. n. 4. Palao tr. 29. D. 2. p. 1. n. 3. Pirh. hic n. 4. §. *seqq.* Wiestn. *ibid.* n. 31. Magnif. P. Schmier p. 1. de *Delect.* c. 3. n. 189.

2. Privatim *Sepultura Ecclesiastica*: ubi aliter discurrendum est de Excommunicatis denunciatis, & non toleratis, aliter de non denunciatis. *Posteriores*, siquidem decedentes signa Contritionis dederint, sepeliri in loco Sacro possunt, quamvis de-

ceat eos prius absolvi ab Excommunicatione, ut omnis dubitatio tollatur, an Officia Divina iis profint. *Priores*, etsi poenitentes obierint, sepulturâ tamen Ecclesiasticâ gaudere non possunt, sed necessariò, antequam in loco Sacro sepeliantur, absolvi debent *c. sacris 12. de Sepultur.* ubi ratio redditur, *Ut quibus non communicamus vivis, non communicemus defunctis.* Plura videri possunt *Libr. 3. Tit. 28. n. 49. & seqq.*

128 3. *Privat usu passivo Sacramentorum*, quatenus dum in excommunicatione sunt, Sacramenta ipsis non licet recipere. Extenditur poena hæc etiam ad excommunicatum non denunciatum *c. cum illorum 32. & c. si quem 59. b. tit. c. fin. de Cler. excomm. ministr.* & ratio est, quia qui contumax est Ecclesiæ præceptis, meritò repellitur ab ipsius maximorum bonorum participatione. *Excipitur* periculum mortis, mutilationis, infamiæ, gravis jacturæ bonorum; quia Lex Ecclesiastica non censetur ita rigidè obligare. Si extra hos casus necessitatis Sacramenta Excommunicatus recipit, graviter peccat, non tamen ex tali illicita receptione poenam incurrit, ut ex communi docet *Palao D. 2. cit. p. 7. n. 6.* excepto Sacramento Ordinis, quem qui excommunicatione ligatus recipit ab executione Ordinis suscepti suspenditur *c. illorum cit.* Ministri tamen Ecclesiæ, si excommunicatis vitandis aliquod Sacramentum ministrent, antequam absolvantur, præter peccatum mortale incurunt excommunicationem, & interdicuntur ab ingressu Ecclesiæ *c. Episcoporum 2. de Privil. in 6. & quidem, si à Pontifice nominatim excommunicati, & denunciati fuerint incurunt excommunicationem reservatam Papæ *c. significavit 18. b. tit. & Clem. 3. eod.* Accedit Suspendio ab Officio, si excommunicatus fuit ob Hæresim, aut quia fautor istorum fuit: nec restitutum est Officio absque Papæ dispensatione *c. excommunicamus 13. §. credentes de Heret.**

129 4. *Privat usu etiam activo Sacramentorum*, seu potestate illa conferendi, & celebrandi Missam *c. latores 4. & c. fin. de Cler. excomm. ministr.* Quodsi prohibitione hac insuper habitâ, Sacramenta administret excommunicatus, licet ea valida sint (excepto Sacramento Poenitentiae, ob defectum jurisdictionis, quam Ministro excommunicato admittit Ecclesia, extra casum extremæ necessitatis) in poenam tamen temerariæ administrationis Irregularitatem incurrit *c. fin. cit.* Et hoc verum est, etiam eum administret in excommunicatione Sacramentum Poenitentiae; nam etsi tunc ob defectum Jurisdictionis, ut dixi, non conficiat Sacramentum, in communi tamen modo loquendi Sacramentum absolutè ministrat, & hoc debet sufficere; aliàs, si ad incurrandam Irregularitatem requiretetur,

ut validè administraretur Sacramentum, etiam illam non incurreret Sacerdos, excommunicatus administans Poenitentiam indisposito, utpote qui verum Sacramentum non administrat: quod non admittunt DD.

5. *Privat Sacrificio Missæ*, ita, ut 136 nisi ob ignorantiam, vel necessitatem vitandi scandali, aut alicujus gravis damni excusetur, peccet mortaliter excommunicatus, etiam toleratus, assistens Sacrificio Missæ, vel notabili ejus parti. *Suar. D. 12. de Censur. sect. 1. n. 3. Bonac. de Censur. D. 2. q. 2. p. 3. S. 1. n. 3. Palao p. 9. n. 2. Wiestner hic n. 36.* Quodsi denunciatus etiam sit, vel manifestus percussor Clerici, monendus est, ut exeat: quodsi noluerit, incurret novam excommunicationem Pontifici reservatam, & expellendus est etiam vi, si opus fuerit. Si verò nulla ratione expelli possit, Missæ Sacrificium, si Canon nondum inceperit, abrumpendum, vel si facta sit Consecratio, subjungenda sumptio, & tum recedendum ad Sacrificium non dictis Orationibus solitis, & aliis, quæ post sumptionem dici solent *c. is cui 20. b. tit. in 6. Clem. 2. §. nonnulli eod. Sylv. V. excommunicatio 5. n. 3. Navar. Man. c. 27. n. 33. Suar. sect. 1. cit. n. 11. & seqq. Laym. p. 2. c. 2. n. 6. Wiest. n. 36. cit. la Croix n. 196.* Quodsi autem Sacerdos coram Excommunicato scienter celebraverit, ultra peccatum, & excommunicationem minorem interdicitur ab ingressu Ecclesiæ *c. Episcoporum 2. de Privil. in 6.* Fideles verò ceteri, Sacrificio assistentes, si videant Excommunicatum vitandum velle interesse eidem Missæ, coguntur recedere, ne cum ipso in eadem oblatione conveniant: si tamen non recedant, culpa ista, ut *Palao p. 9. cit. n. 3. existimat*, probabiliter venialera non excedit.

6. *Prohibetur Excommunicatus vitandus* assistere aliis *Divinis Officiis*, uti sunt Horarum Canonicarum publica recitatio, Processio publica, Benedictio Chrifti, Olei sancti, olivarum, aquæ benedictæ &c. *Ex quo sequitur*, eundem esse deobligatum à publica recitatione Horarum, si fortè ea obligatione teneatur, sicut deobligatus est audire Sacrum ob Censuræ observationem, ne cum aliis communicet. A privata tamen recitatione Horarum non eximitur, si fortè titulo Ordinis Sacri, Professionis Religiosæ, aut Beneficii obligetur. *Navar. c. 27. cit. n. 103. Saur. D. 12. sect. 2. n. 13. & seqq. Laym. n. 6. Palao p. 9. n. 7. Engl. n. 59. Pirh. n. 17. Wiest. n. 36. la Croix n. 196. & 224. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 3. n. 193.* Potèstque ad secum orandum ex aliqua necessitate, vel utilitate etiam vocare socium, præsertim si hic ei subditus sit, ut Episcopus Capellanum, Servum Dominus &c. nam hic

hic non privatur communione Domini sui, in quibus inservire eidem tenebatur, ut *infra n. 188.* dicitur. Quodsi tamen alius quispiam absque justa causa cum Excommunicato privatim recitaret Officium, is peccaret, sed probabiliter culpa hæc non excederet venialem, ut pluribus *cit.* docet Palao *l. cit. n. 9.* & rationem dat, quia eo casu Excommunicatus non se gerit ut persona publica, & Minister Ecclesiæ, cum Ecclesia nolit medio illo Oraciones fundere.

132. 7. Privatur excommunicatus, saltem si vitandus sit, facultate concionandi, legendi in Theologia, interpretandi Jus canonicum publicè. Suar. *sect. 2. cit. n. 5.* Palao *n. 10.* la Croix *n. 281.* Ratio est, quia etfi Divinis Officiis hæc non comprehendantur, proximè tamen accedunt ad communicationem in Divinis. Dixi, saltem si vitandus sit; nam Excommunicatus tolleratus, si ex Officio ei competat concionari, aut Theologiam, vel Jus Canonicum explicare, & non sit alius, qui vices ejusdem suppleat, munia ista obire potest: quia censendus est ab Auditoribus requiri; quilibet enim censetur velle, & petere, quæ sibi necessaria sunt. Addidi concionandi, legendi &c. Secus dicendum de auditore, si is sit excommunicatus; nam hic etfi probabiliter assistere Lectioni Theologicæ nequeat, permitti tamen potest, etfi Excommunicatus vitandus sit, assistere Concioni, ut colligitur ex *c. responso 43. hoc tit.* Suar. *n. 3.* Palao *n. 11.* Engl. *n. 58.* Pirhing *n. 17.* Wiestner *n. 36.* Reiffenstuel *n. 63.* la Croix *n. 281.* Magnif. P. Schmier *n. 190.* & ratio disparitatis est, quia Concio dirigitur ad ejus salutem, ad hanc verò Lectio Theologica non ita directè est necessaria. An verò, eo casu, Excommunicato non recedente, teneantur Auditores cæteri à Lectione Theologicæ recedere, & ipse Lector ab ea cessare, dubium est inter DD. & in utramque partem stat authoritas. Palao *l. cit. n. 13.* putat, per se loquendo Lectorem teneri desistere, & auditores recedere eo casu ob rationem datam; quia est communicatio in re proximè accedente ad Divina; addit tamen, frequenter excusari ob bonum publicum, cujus interest, ne Auditores re tantopere utili priventur, maximè cum hæc communicatio levis sit.

133. 8. Prohibetur Excommunicatus ab ingressu templi tempore, quo Divina ibidem celebrantur; tunc enim per Ostiarios debet expelli. Aliis tamen temporibus optimè potest ibidem assistere, & privatim, ac separatus ab aliis fidelibus preces ibidem fundere, ut cum communi docet Covar. *c. alma p. 1. §. 3. n. 7.* Navar. *c. 27. n. 17.* Suar. *D. 12. sect. 4. n. 1.* Coninck *D. 14. dub. 7. n. 58.* Bonac. *D. 2. de Censur.*

q. 2. p. 3. §. 2. n. 8. Palao *p. 9. cit. n. 14.* Wiestner *n. 36.* la Croix *n. 280.* Similiter permittitur Excommunicato, & conveniens est usus SS. Imaginum, Reliquiarum, aquæ benedictæ, & reliquorum Sacramentalium. Palao *l. cit.* la Croix *n. 211.* Neque obstat, quòd aqua benedicta, & similia habeant valorem ex Orationibus Ecclesiæ, quibus privatur excommunicatus; nam festo, quòd iis uti non possit, ut effectus provenientes ex Orationibus Ecclesiæ ipsi applicentur, uti tamen illis potest in illarum venerationem, & honorem, & ut se illarum memoriâ, & fructûs recordatione, quo per excommunicationem privatur, ad penitentiam excitet;

Dub. 1. an, & quomodo Ministri Ecclesiæ possint Orationes Ecclesiæ publicas, & Sacrificia applicare, & offerre pro excommunicatis? Certum est, illicitè eos agere, saltem si in particulari publicas preces pro Excommunicato fundant. Palao *D. 2. p. 6. n. 4.* Ratio est, quia Ecclesia, privans ipsos his Spiritualibus bonis, consequenter fidelibus interdicit ne ea ipsis applicent, maximè cum hæc applicatio inutilis sit, atque frustranea.

Difficultas est, an in genere, & in communi licitum sit, pro his Orationes publicas, & Missæ Sacrificium offerre? Variant DD. in suis Sententiis. Solvi difficultas potest ope distinctionis inter excommunicatos vitandos, & non vitandos. Pro Vitandis Orationes publicæ, & Missæ Sacrificium etiam in genere, & in communi licitè offerri nequeunt, ut contra Sylv. *V. Excommunicatio 1. n. 2.* Marian. Socin. Senior. *in c. sacris n. 242. b. tit. Covar. in c. alma p. 1. §. 6. n. 3.* melius docent Sayr. *l. 2. Thefaur. c. 4. n. 4.* Vafq. *de Excomm. dub. 2. Avil. p. 2. c. 6. D. 9. dub. 3.* Palao *D. cit. p. 6. n. 6.* Ratio est, quia Ecclesia bona sua propriis membris dispensare intendit, non verò iis, quos à se abjecit. Conf. nam si subsidia Ecclesiæ excommunicatis prodesse saltem in genere, non magis essent exclusi à Suffragiis Ecclesiæ, quàm alii fideles non excommunicati; nam etiam pro his speciali intentione non offeruntur. Neque obstat, quòd Ecclesia in die Parasceves publicè oret pro Hæreticis, & Schismaticis; nam id facit eo die, ut significet, Christi Passionem tunc representatam, quantum ex se est, ad omnes se extendere: imò quòd eo die pro illis oret publicè, & nullo alio, clarè indicat, se aliis temporibus nolle pro ipsis preces directè fieri. Interim tamen pro Hæreticis, & quibuscunque Excommunicatis preces fieri possunt indirectè, dum Orationes publicæ instituuntur ad extirpationem Hæresum. Fidei dilanationem, unionem Ecclesiæ, Palao *n. 6. cit.*

Ex-

136 Extenditur Responsio data etiam ad casum, quo hujusmodi Excommunicatus contritus est, & per ipsum non stat absolvi, ut contra Sayr. c. 2. cit. n. 7. & alios rectius docent Sor. in 4. dist. 22. q. 1. art. 1. §. *atamen*; Suar. D. 9. sect. 3. n. 2; Coninck D. 14. dub. 7. diff. 2. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 7. Palao p. 6. cit. n. 8. Pirhing n. 16. la Croix n. 207. & sumitur ex c. à nobis 23. & c. sacro 28. h. tit. Ratio est manifesta; quia Excommunicatio non pœnitentiâ, sed absolute tollitur. atqui excommunicatione manente, manet etiam illius effectus. ergo &c. Neque hoc est contra Ecclesiæ benignitatem, cum cedat ad majorem Censuræ reverentiâ, & timorem, ut non cesset aliter, quam authentica absolute. Neque obest, quod Excommunicatus per contritionem fiat membrum vivum Ecclesiæ; hoc enim solum probat, quod communicet cum aliis fidelibus in Orationibus, & Suffragiis particularibus, ob quam communicationem orationes ejus redduntur gratiores DEO, & facilius exaudiuntur.

137 Quoad Excommunicatos non vitandos non pauci cum Sor. in 4. dist. 22. q. 1. art. 2. concl. 2. §. hoc supposito. Bellarm. l. 2. de Miss. c. 6. Suar. D. 9. sect. 2. n. 18. Valq. de excomm. dub. 2. Avil. p. 2. c. 6. D. 9. dub. 3. putant, nec pro ipsis offerri Sacrificium Missæ, aut publicas preces posse. Rationem dant 1. quia Concilium Constant. communicationem cum Excommunicatis non denuntiatis indulsit, quæ cedere in fidelium utilitatem posset, atqui offerre Orationes publicas, & Sacrificium pro Excommunicatis in horum, & non aliorum fidelium utilitatem cedit. 2. idem Concilium expressit, nolle se ob id eam communicationem à se permissam favere Excommunicatis, faveret autem, si Orationes publicas, & Sacrificium pro ipsis offerri permitteret. 3. ipsa Excommunicatione excluduntur Excommunicati à communibus Ecclesiæ Suffragiis, Oblationibus, & Sacrificio. ergo contra Ecclesiæ intentionem facit, qui in his illos participes facit. Hæc sententia licet admodum probabilis sit, & teste Suar. l. cit. vera loquendo defacto, quidquid sit de absoluta Ecclesiæ potestate.

138 Nihilominus non improbabiler alii cum Henriq. l. 13. c. 11. n. 2. Ugolin. 1. de censur. tab. 2. §. 2. n. 3. Coninck D. 14. dub. 6. n. 10. Hurtad. D. 2. de excomm. diff. 4. n. 10. Palao p. 6. cit. n. 10. Wiestner hic n. 32. docent, permissum esse fidelibus pro Excommunicatis toleratis Orationes publicas, & Sacrificium offerre. probant 1. ex Conc. Const. cit. quod permittit fidelibus communicationem cum Excommunicatis non denuntiatis tam intus, R. P. Schmalsgrueber L. V. T. II,

quàm extra h. e. tam in communicatione externa humana, & Divina, quàm in communicatione interiori Orationum, & oblationum: & hoc ad tollendos scrupulos ob dubium, an hi, vel illi excommunicati sint. 2. Excommunicatis occultis Jure antiquo denegari non poterant Suffragia publica, ut colligitur ex c. cum non ab homine 14. h. tit. & fatetur Suar. l. cit. n. 19. & Jure novo à communicatione publica, & secreta fidelium solum exclusus est Excommunicatus denuntiatus & manifestus percussor Clerici. 3. sic facilius salvatur usus, & consuetudo piorum virorum, offerentium Missæ Sacrificium pro reductione Hæreticorum, & excommunicatorum pœnitentiâ.

Neque obstant Rationes allatæ in 130 oppositum. Ad 1. & 2. nego, hanc in suffragiis communicationem non cedere in favorem fidelium; cedit enim ad sedandas eorum conscientias, ad gratiæ augmentum, ad commodum illorum etiam temporale, dum pro Sacrificiis, in hunc finem oblatis, stipendia Sacerdotes accipiunt. Ad 3. dico Excommunicatum toleratum excludi ab Ecclesiæ communibus Suffragiis, quamdiu fideles nolunt cum ipso communicare; secus verò, si velint, non ob favorem excommunicati, sed suum.

Dub 2. an Sacramenta, quæ Excommunicatus extra casum n. 122. relatos recipit, valida sint? R. esse valida; quia Sacramentorum valor non ex Ecclesiæ voluntate, sed Christi institutione pendet. Excipitur Sacramentum Pœnitentiæ; nam cum valor istius Sacramenti à dispositione suscipientis pendeat, is verò, qui absque gravi causa contra prohibitionem Ecclesiæ absolvi à peccatis vellet, antequam absolveretur à Censura, non sit dispositus, sequitur Sacramentum invalidum esse.

Controversia est, an casu, quo Excommunicatus ex ignorantia, vel oblivione non manifestaret Censuram, nec Sacerdos ab ea absolveret, valida sit absolutio, si nullus in alio sit defectus? Negant validam esse Sylv. V. Confessio 1. q. 3. cas. 3. & V. Confessor 2. n. 12. Sor. in 4. dist. 22. q. 1. art. 1. fin. Valq. de excomm. dub. 4. Hurtad. de excomm. D. 2. diff. 3. n. 28. Fundantur 1. c. fin. de Cler. excomm. miss. ubi de Clerico Excommunicato Excommunicatione minori dicitur, si Sacramenta conferat, non carere virtutis effectu, cum non videatur à collatione, sed participatione Sacramentorum (quæ in sola consistit perceptione) remotus, atqui ligatus majori, Excommunicatione à receptione, & collatione Sacramentorum remotus est, ergo Sacramenta ab ipso recepta, & collata virtutis effectu carent. 2. Ecclesia per excommunicationem Excommunicatum separam à participatione Sacramentorum, quàm

tum potest, potest autem separare à Sacramento Poenitentiae, ita, ut quamvis illud recipiat, nullius effectus sit, sicut faceret, si Excommunicatum à Jurisdictione Sacerdotis excluderet. 3. Ecclesia vult, ut ab Excommunicati, maximè denunciati, communione abtineamus, sicut si Ethnicus esset, vel Publicanus. ergo intendit, ut bona Ecclesiae ipsi denegentur, sicut denegantur Ethnico, & Publicano. at Ethnicus, & Publicanus est incapax recipere Sacramentum Poenitentiae. ergo &c. 4.

absolutio data ab Excommunicato est omnino irrita. ergo & absolutionis receptio.

142 Sed his non obstantibus, dicendum, eo casu probabilius valere absolutionem. Ita Covar. in c. alma p. 1. §. 6. n. 7. Navar. Man. c. 9. n. 7. Henric. l. 13. c. 12. n. 2. Suar. D. 10. de censur. sect. 3. n. 9. Coninck D. 4. dub. 3. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 1. Palao tr. 29. D. 2. p. 7. n. 4. Pirhing hic n. 15, la Croix tom. 2. l. 7. n. 196. & 200. Ratio est, quia nullo Jure cavetur, irritum, & inane reddi Sacramentum ab Excommunicato susceptum, si nil aliud desit; quòd enim Jura Excommunicatum excludant à Sacramento, solum probat eum indebitè illa recipere, si sit Censura memor, & ab hac antea non absolvatur. Conf. quia nihil est, quod absolutionem irritet, & nihil deest, quod ad valorem ejus requiratur; adest enim sufficiens dispositio ex parte poenitentis, ut ponitur: & adest Jurisdictio ex parte absolventis; hac enim nullo Juris textu privatur absolvens, cederetque privatio haec in poenam innocentium Praelatorum, si ob Excommunicationem subditorum privarentur Jurisdictione antè in ipsos habita. Et esto, daretur hujusmodi privatio in Praelatis inferioribus, quòd Jura Jurisdictionem eorum quoad absolutionem Excommunicatorum suspendent, certè doctrina Adversariorum non procederet in Pontifice, si is aliquem Excommunicatum, non praemissa absolutione ab excommunicatione, abolveret; nam hujus Jurisdictionis excommunicatione poenitentis suspendi non potest.

143 Neque Argumenta in oppositum allata sunt efficacia. Ad 1. dico, eo Argumento probari nimium; probaretur enim, excommunicatum minori excommunicatione, si Sacramentum Poenitentiae inculpabiliter ab excommunicatione sua non absolutus, reciperet, invalidè illud recipere; quia per Censuram Sacramentorum receptione privatur, sequela autem est falsa. Ad 2. Ecclesia per excommunicationem non separat, quantum potest; aliàs non permetteret communicare cum non denunciato, & pro denunciatio preces privatas dicere. Ad 3. illud consilium est, non praecipuum, & intelligi debet, quantum fieri com-

modè potest; Ad 4. absolutio data ab Excommunicato vitando, extra articulum mortis, invalida est ex defectu Jurisdictionis: haec non deest in nostro casu, ut est ostensum.

Dub. 3. quando Excommunicatus licitè, & validè administrare possit Sacramenta? R. imprimis hoc potest in casu extremae necessitatis, cum absolvendus est moribundus, & copia alterius Confessarii deest. Extra hunc casum distinguendum est inter excommunicatum toleratum, & non toleratum. Ut toleratus licitè ministraret, sufficit sola fidelium petitio, quando ille in statu gratiae est, & absolutionem à Censura prius obtinere non potest. Rariùs excusatur non toleratus, & tum solum, quando si Sacramentum non ministraret, incurreret periculum mortis, mutilationis, infamiae, gravis jacturae honorum: tum enim, nisi in contemptum Censurae comminatio ista fiat, potest Sacramenta ministrare licitè, quae validè ministrare potest; quia non praesumitur Ecclesia, quae est pia Mater, velle suis Legibus cum tanto dispendio obligare.

Idem excommunicatus in eadem extrema necessitate potest periclitanti conferre Sacramentum Baptismi; quia hic omnibus necessarius est. De caeteris Sacramentis, praesertim Eucharistiae, & Extremae unctionis controvertunt DD. Satis convenit inter eosdem, Eucharistiam, vel extremam unctionem posse, & debere conferri etiam ab excommunicato in eo articulo, quando moribundus Sacramentum Poenitentiae non potest suscipere; quia cum quodlibet Sacramentum ex attrito facere possit contritum, continget aliquando, ob receptionem Eucharistiae, vel Extremae unctionis obtineri salutem, quae non obtineretur, praedictis Sacramentis non receptis.

Difficultas est, cum Sacramentum Poenitentiae aegroti ministratum est. Negant, eo casu aliud Sacramentum aegroti ab excommunicato vitando posse conferri, Avil. p. 2. de censur. c. 6. D. 3. dub. 3. concl. 4. Hurtad. D. 4. de censur. diff. 2. n. 22. Rationem dant, quia haec Sacramenta per se non sunt necessaria ad salutem, cum non sint per se instituta ad peccati mortalis remissionem. Alii cum Suar. D. 11. sect. 1. n. 17. §. 23. & Palao tr. 29. D. 2. p. 8. n. 7. §. 8. distinguunt, & concedunt, ab Excommunicato vitando eo casu ministrari aegroti posse Eucharistiam; quia licet non sit necessaria necessitate mediè, est tamen maximè necessaria, ut adjuvetur aegrotus, & vires recipiat ad suggestiones Daemonis in illo articulo superandas; quo Beneficio meritò praesumitur Ecclesia non velle privare aegrotum; si enim ab excommunicato vitando

vitando licet tibi cibum corporalem sumere, cum is vitæ corporali est necessarius, cur non liceat ab eodem sumere cibum Spiritualem? Accedit, quia contingere potest ægrotum in Confessione non accepisse gratiam, sed hanc accipere per Eucharistiam bona fide acceptam. At Sacramenta Extremæ Unionis, & Confirmationis ægroti, qui Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ jam recepit, nequaquam ab excommunicato vitando conferri debent; quia non reputantur Sacramenta necessitatis.

147 Quæritur 5. quomodo excommunicatio privet Beneficiis, & Officiis Ecclesiasticis? *Et quidem 1. dubium est, quomodo privet Beneficiis?* 2. per excommunicationem excommunicatus fit incapax consequendi aliquod Beneficium Ecclesiasticum: & conf. Electio, Præsentatio, Nominatio, quæ excommunicatis ad Beneficium tale promovetur, omnino nulla, & irrita est. Navar. *Man. c. 27. n. 21. Covar. in c. alma p. 1. §. 7. n. 1. Garc. p. 7. de benef. c. 13. n. 1. Suar. D. 13. de censur. sect. 1. n. 2. Coninck D. 14. dub. 9. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 8. Palao tr. 29. D. 2. p. 10. n. 1. Vallens. hic §. 3. n. 3. §. 4. Engl. n. 60. Reiffensl. n. 65. la Croix tom. 2. l. 7. n. 196. §. 218. & deciditur c. postulatis 7. de cler. excomm. ministr. ibi, *Nec illi valent ea (Beneficia) retinere licitè, nisi cum ea non fuerint licitè consecuti.* Ratio est, quia excommunicato prohibitum est Officium Ecclesiasticum exercere, & cum fidelibus communicare meritò igitur à Beneficio Ecclesiastico excluditur, utpote quod exigit Officii Ecclesiastici usum, & communicationem.*

148 *Extenditur 1. etiam ad excommunicatum toleratum; nam etsi hunc fideles vitare non teneantur, idèoque quantum ex parte sua, possent illi Beneficium conferre, ipse tamen Excommunicatus nequit se fidelium communioni ingerere, & conf. nec Beneficium sibi collatum, quamdiu Excommunicatus est, acceptare.* Palao l. cit. n. 3. cum DD. relatis. *Extenditur 2. quamvis Excommunicatus sit ignarus Censuræ, Gloss. in c. pen. de cler. excomm. ministr. Covar. l. cit. n. 3. Suar. n. 3. Palao n. 4. la Croix n. 219. cum reliquis suprâs quia ignorantia, etsi excuset à culpa, inhabilitatem tamen, à Censura provenienteam, non tollit, cum nec Censuram tollat.* *Extenditur 3. ut excommunicatus sit incapax cujusque Officii, muneris, seu Dignitatis Ecclesiasticæ, & Regularis.* Henric. l. 13. c. 13. n. 1. Garc. l. cit. n. 22. Suar. n. 6. Laym. n. 8. Palao n. 9. quia cum exclusus sit ab exercitio horum Officiorum, consequenter censendus est exclusus ab ipsis Officiis. *Extenditur 4. ut vera sit* R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

Responsio n. præc. data, etsi Beneficium, tempore excommunicationis tibi collatum, acceptes postea, cum ab excommunicatione libereres. Garc. c. 13. cit. n. 43. Less. l. 2. de Just. c. 34. n. 119. Bonac. de censur. D. 2. q. 2. p. 4. §. 1. n. 10. Hurtad. de excomm. D. 6. diff. 3. fin. Palao p. 10. cit. n. 20. Ratio est, quia collatio, quæ ob incapacitatem subiecti nulla est, nequit, sublata incapacitate, convalescere ex eo solum, quòd collator in pristina voluntate perseveret: unde opus erit nova collatione, ut validè Beneficiarius acceptet Beneficium. Contrarium tamen non improbabilius docent Navar. conf. 53. h. tit. n. 3. §. 4. Henric. c. 13. cit. n. 3.

Dub. 2. an valida sit acceptatio Beneficii, collati Excommunicato tempore habili, seu quo liber ipse erat ab Excommunicatione, si ipsa acceptatio fiat tempore inhabili, seu quo acceptans ligatus fuit Excommunicatione? Negant validam hoc casu acceptationem esse Suar. D. 13. sect. 1. n. 17. Valq. de Benef. c. 4. §. 2. dub. 2. n. 245. Coninck D. 14. dub. 9. n. 78. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 9. Hurtad. D. 6. de excomm. diff. 3. n. 8. Fundantur 1. quia c. postulatus 7. de cler. excomm. ministr. intenditur, ne excommunicatus Beneficium acquirat, tanquam indignus, at Beneficium immediatè acquiritur acceptatione, quàm collatione: & hinc si cui Beneficium à Curia Rom. collatum est, & ille moriatur ante acceptationem, non dicitur Beneficium vacare denuo. 2. si Episcopus electus, & confirmatus, antequam consecratur, inhabilis fiat, repellendus est à consecratione, ut docent Abb. in c. ex parte de cler. ægrot. Navar. in c. si quando de Rescript. c. 10. n. 18. ergo similiter inhabilis factus ad acceptandum, repellendus debet. 3. Excommunicatio reddit excommunicatum inhabilem ad Beneficium, ergo ad acceptandum Beneficium, cum sit acceptatio personæ indignæ, & de persona indigna.

Fateor hanc sententiam admodum¹⁵⁰ probabilem esse, nihilominus probabilis credo ejusmodi acceptationem valere. Ita Covar. in c. alma p. 1. §. 7. n. 4. Azor p. 2. l. 6. c. 7. q. 9. Garc. p. 7. de Benef. c. 13. n. 35. Valq. de excomm. dub. 6. sibi contrarius, Syx. l. 2. Theaur. c. 5. n. 11. Bonac. D. 2. de censur. q. 2. p. 5. §. 1. n. 9. Palao p. 10. cit. n. 27. Reiffensluel hic n. 65. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 3. n. 202. & teste Palao magis communis DD. & quia benignior, meritò amplectenda. Ratio est, quia jura solum irritant id, per quod jus in Beneficium acquiritur, atqui acceptatione non acquiritur jus in Beneficium; quia nemo sibi ipsi Beneficium confert: sed est conditio, ut in Beneficium sibi collatum Collatarius

jus perfectum habeat, ergo &c. *Conf.* à pari: nam si Beneficii rite sibi collati possessionem excommunicatus accipiat, vel alium mittat in possessionem possessio, & in possessionem missio valida est, ut ex communi testatur Azor *l. cit. q. 10.* quia tam possessio, quam in possessionem missio est quid facti, non juris.

¹⁵¹ Neque obstant Argumenta contraria. *Ad 1.* Beneficium per collationem acquiritur primo, & per se, per acceptationem verò minus principaliter, & quasi defacto: ad primum inhabilitant Jura, non ad secundum, Beneficium collatum, si Collatarius moriatur ante acceptationem, non vacat denuo, quia nondum plene, & perfecte illud acquisivit. *Ad 2.* Episcopus eo casu repellitur, quia per Consecrationem confertur jus; at per acceptationem Beneficii aliunde oblatum acceptatur. *Ad 3.* Excommunicatus est persona indigna ad acceptandum Beneficium tempore excommunicationis collatum, non verò ad acceptandum Beneficium, collatum tempore, quo nondum erat excommunicatus: aliàs etiam non posset retinere Beneficium, quod habuit ante excommunicationem.

¹⁵² Dub. 3. utrum excommunicato valide possit conferri Pensio? *Certum est,* non valere collationem Pensionis Ecclesiasticae, quæ datur Clerico ob aliquod munus Spirituale exercendum, uti est, quæ designatur Vice Rectori; Vicario Episcopi &c. Palao *p. 10. cit. n. 6.* estque eadem ratio, quæ de Beneficio; nam ob excommunicationem est incapax exercere munus illud, ob quod datur Pensio; igitur etiam est incapax pensionis.

¹⁵³ Major difficultas est de Pensione, quæ datur Clerico resignanti Beneficium, permutanti illud, lite cedenti, sustentationem non habenti, Communis sententia teste Palao *n. 7.* docet, collationem hujusmodi Pensionis, excommunicato factam, esse irritam. 1. quia naturam Beneficii imitatur, & loco illius succedit, cum non detur, nisi Clericis. 2. quia Clericus excommunicatus est incapax cujusvis Clericalis privilegii. 3. quia in collatione hujus Pensionis solet Pontifex absolutionem à Censuris præmittere: quod frustraneum esset, si Censuræ prædictam collationem non impedirent.

¹⁵⁴ Sed probabilitate non caret, ejusmodi Pensionis collationem excommunicato factam validam esse. Ita Sa *V. Homicida n. 21.* Suar. *D. 44. de Censur. sect. 3. n. 7.* Laym. *l. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 3.* Palao *l. cit. n. 8.* Wiestner *hic n. 38.* la Croix *tom. 2. l. 7. n. 220.* & facit Declaratio S. Congr. ad *ss. 14. c. 7.* dicens, hoc Decretum de incapacitate Homicidæ ad Beneficia, non extendi ad Pensionem, Ratio est, quia nulli-

bi habetur, Pensionem excommunicato collatam nullam esse.

Neque urgent Argumenta in oppositum. *Ad 1.* sola Pensio, quæ Practimonium est, vel quæ ob exercitium Spirituale conceditur, perfecte naturam Beneficii imitatur: unde satis est, Decretum pœnale, & irritativum Beneficii ad hanc extendere, quæ purè Spiritualis est, talis autem non est, de qua hic est sermo. *Ad 2.* Pensio hæc non est privilegium merè Clericale, cum sit temporalis duntaxat. *Ad 3.* absolutionem concedit Pontifex, tum ne illius Rescriptum invalidum sit *c. ipso Jure 1. de Rescript. in 8.* tum ne repellatur excommunicatus in Judicio à petenda Pensione.

Dub. 4. quomodo excommunicatio privet fructibus, & provenibus Beneficii Excommunicatum? & distinguendum, quo tempore Beneficium acquisierit excommunicatus, an tempore excommunicationis, an ante illam. Si tempore excommunicationis, cum acquisitio Beneficii nulla fuerit juxta dicta *n. 147.* etiam nullum acquiratur jus ad fructus ejusdem nisi excuset bona fides; tunc enim, si putet, se verò titulo Beneficium possidere, fructus, tali bona fide consumptos, non tenetur restituere, nisi in quantum factus est ditior, ut tenent Suar. *D. 13. sect. 1. n. 3.* Coninck *D. 14. dub. 9. n. 71.* Laym. *l. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 8.* Palao *D. 4. cit. p. 11. n. 13.* cum aliis. At si Beneficium legitime obtinuit, & postea in excommunicationem incidit, difficultas est, an ante Judicis sententiam ipso jure excommunicatus privetur fructibus Beneficii.

Ipso Jure Beneficii sic obtenti fructibus privatum esse docuerunt post *Imolam, Decium, Francum, Covarruviam Sayr. de Censur. l. 2. c. 5. n. 24. § 30.* Suar. *D. 13. sect. 2. n. 2.* Gutier. *l. 1. q. 99. can. c. 1. n. 70.* Garc. *p. 7. de Benef. c. 13. n. 90.* Monnet. *de Distrib. p. 2. q. 15. concl. 1. n. 18.* Moventur 1. per textum *c. pastoralis 53. §. verum de Appellat.* ubi subtractio fructuum denuntiationi æquiparatur, igitur sicut Excommunicatio post se trahit denuntiationem, ita etiam subtractionem fructuum. 2. per *c. cit.* sicut non obstante Appellatione interposita, excommunicatus denuntiaripotest, ita etiam privari fructibus. Prius autem ideo, quia excommunicatus per Denuntiationem amplius non ligatur, ut ibidem dicitur, ergo nec per privationem fructuum, ligaretur autem denuo, si sententiã ad hanc inducendam foret opus, ergo &c. 3. in eodem cap. dicitur, *illi proventus Ecclesiæ merito subtrahuntur:* quod verbum *Subtrahuntur* indicat sententiam latam, non ferendam; nam explicari potest, *Subtrahuntur per Legem, non per Judicem,* cum

cum nullius iudicis fiat mentio. 4. idem textus subtractionem fructuum comparat privationi communicationis cum fidelibus, atqui hæc privatio ipso jure inducitur per excommunicationem, ergo & fructuum subtractio.

158 Sed verius excommunicatum ipso jure & ante sententiam privatum esse fructibus, & proventibus Beneficii rite acquisiti, negant Gloss. in c. cit. V. *subtrahuntur*, Navar. de Restit. l. 2. c. 2. n. 243. Valq. de Benef. c. 3. §. 3. dub. 4. Cornick D. 14. dub. 9. diffi. 3. concl. 2. Hurrad. D. 8. de excomm. diffi. 1. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 9. Bonac. p. 2. §. 2. n. 2. Palao D. 2. cit. p. 11. n. 4. Englbic n. 61. Wiestner n. 20. Reiffenstuel n. 67. Magnif. P. Schmier p. 1. de delict. c. 3. n. 206. Ratio est, quia poena privationis fructuum, utpote gravissima, adtruenda non est absque expresso textu. atqui textus c. *pastoralis* cit. eam poenam non infert, sed verbum *subtrahuntur* potius actionem spoliationis significat, quæ fit ab homine, non à Lege. *Conf.* quia excommunicatio non affert secum denuntiationem, sed constituit excommunicatum dignum, ut denuntietur, appellatione remota, ergo similiter non inducet secum ipso jure privationem Ecclesiasticorum proventuum, sed constitueret excommunicatum dignum, ut ei fructus subtrahantur.

159 Dixi 1. fructibus Beneficii; nam ipso Beneficio, ante excommunicationem oborto, ob excommunicationem non privatur excommunicatus, licet privari possit, si forte in excommunicatione inordefcat, & contumacia gravis sit. Engl n. 60. hic, Wiestner *ibid.* n. 37. Fructuum autem nomen hic accipi debet specificè, & prout fructus contradistinguuntur à Distributionibus quotidianis; nam Distributionibus quotidianis ipso jure privati excommunicatio. Ratio est, quia dantur pro præsentia, ita, ut absentes à Divinis Officiis eas non percipiant. atqui excommunicatus nequit interesse Divinis Officiis, ergo &c. Garc. p. 7. de Benef. c. 13. n. 8. Monnet. de distrib. q. 15. n. 18. Wiestner n. 39. Reiffenstuel n. 66.

160 Dixi 2. ipso jure, & ante sententiam; nam post sententiam condemnatoriam ad restituendos fructus obligatur fructibus cedere. *Excipitur* 1. si pauper sit? nam cum prædicti fructus Ecclesiæ, vel pauperibus sint applicandi, excommunicatus potest etiam eos applicare sibi, nisi forte certo operi pio justus sit applicare. *Excipitur* 2. si iniuste, & invalide sit excommunicatus, & condemnatus; nam eo casu nulla est excommunicatio, atqui, ut Regula communis ait, quod nullum est, nullum producit effectum. Idem dicendum pro-

babiliter putat Palao p. 11. cit. n. 9. casu quo excommunicatio est injusta, sed tamen valida, dicitque eo casu excommunicatum posse recuperare fructus non solum à Judice, sed ab iis, quibus applicati sunt; quia esto, validè sint applicati, sunt tamen reparabiliter applicati: & ratio est, quia Lex Justitiæ obligat revocare sententiam injustam, & ejus effectus, atque in statum pristinum omnia, quoad fieri potest, reducere. *Excipitur* 3. casu, quo excommunicato petenti absolutio negatur injustè. Palao n. 12. ratio est, quia eo casu injustè impeditur, ne Choro assistat, vel officium suum præstet.

Si justè negetur absolutio, Decius 161 Ugolinus, Sayrus, Henriquez, Layman, & alii putant, fructus correspondentes Officio, eo tempore exhibendo, excommunicatum obtinere; quia tunc non præstat Officium, eò quod sit impeditus, sicut si ob infirmitatem, cujus tu causa fuisti, impediaris; nam obinde non amittis Beneficii tui fructus. Sed melius id negant Suar. D. 13. scilicet, 2. n. 17. Bonac. D. 2. de Censur. q. 2. p. 4. §. 2. Palao l. cit. n. 14. Ratio est, quia poenitentia non tollit excommunicationem, neque sententiam justam infirmat, tamen moveat Judicem, ut absolutionem præstet. Unde disparitas est cum infirmitate; nam infirmitas ex se non est impedimentum culpabile Officii Ecclesiastici exequendi, neque ex se est impedimentum: secus verò excommunicatio quæ ex se est culpabile impedimentum.

Ad Argumenta n. 157. allata responderi facile potest. *Ad* 1. ut denuntiatio indiget Officio Judicis, ita etiam subtractio fructuum. *Ad* 2. Pontifex diversa ratione in c. *pastoralis* cit. movetur, ut possit excommunicatus, non obstante Appellatione, denuntiari, & ut possit privari fructibus: ad primum movetur, quia denuntiatio non est novum vinculum; ad alterum, quia excommunicatione communio Ecclesiæ subtrahitur. *Ad* 3. jam dictum est, verbum *subtrahuntur* significare actionem spoliationis, quæ fit ab homine. *Ad* 4. subtractio fructuum ex privatione communionis oritur, sed non ipso jure, sicut nec denuntiatio.

Dub. 5. quomodo excommunicatio privet jurisdictione Ecclesiastica? *Certum est*, quemlibet excommunicatum privatum esse jurisdictione Ecclesiastica, ita, ut licitè eam exercere non possit. Colligitur ex *can. audivimus* 4. *caus.* 24. q. 1. c. *ad probandum* 24. de Sent. *Et* re jud. c. *Romana* 1. de suppl. negl. Prælat. in 6. c. *Romana* 1. de Offic. Vicar. in 6. c. *si is cui* 10. de Offic. Deleg. in 6. Ratio est, quia Jurisdictionis Exercitium est præcipua cum fidelibus communicatio. Et id verum est

est etiam de excommunicato tolerato; nam hic mortaliter peccat, si exerceat actum Jurisdictionis Ecclesiasticæ, nisi fuerit à fidelibus ad hoc requisitus.

¹⁶⁴ *Difficultas est*, utrum excommunicato, durante excommunicatione, Jurisdictio sit omnino adempta, an solum prohibitus illius usus? Conveniunt DD. omnes, Jurisdictionem Ecclesiasticam excommunicato vitando esse omnino ademptam. Atque hinc invalida 1. est Sententia ab eo lata *c. ad probandum cit.* 2. Absolutio dispensatio, facultatis concesso pro Sacramentis administrandis; quia sunt actus Jurisdictionis. 3. Delegatio Jurisdictionis pro foro externo alteri non excommunicato facta: secus est de Jurisdictione fori interni; hæc enim, quia est gratia facta, ob excommunicationem postmodum incursum à Delegante non suspenditur etiam re integra. Palao *D. 2. p. 13. n. 10.* & ab hoc *cit.* 4. collatio Beneficii *c. un. ne sed. vacin 6.* sub quo nomine etiam venit Electio ad Beneficia, Præsentatio, Nominatio, Postulatio, Institutio, possessionis concessio, si hæc fieri debeat per actum aliquem Jurisdictionis; quia si hunc non requirit, ut plerumque contingit, valida est possessionis concessio, tamen ab excommunicato vitando fiat, cum non sit aliquid Juris, sed facti tantum. Palao *l. cit. n. 11. & seqq.* & apud hunc *cit.* 5. Resignatio Beneficii facta in favorem tertii, ut volunt Covar. in *c. alma p. 1. §. 7. n. 9. Suar. D. 14. de Censur. sect. 2. n. 35. Filiuc. de excomm. c. 6. q. 9. n. 163.* quia ita resignans videtur actum Jurisdictionis exercere, & Beneficium aliquo modo Resignatorio conferre, sicut eligens, & præsentans. Sed Bonac. *D. 2. de Censur. q. 2. p. 9. n. 7.* Palao *l. cit. n. 26.* & alii existimant, hujusmodi resignationem esse validam; quia ultra Beneficii cessionem solum continet designationem personæ in Beneficium providendæ, ex cujus designationis vi nullum jus designato conceditur, cum integrum jus in Beneficium retineat designans, quousque designatus provifus sit à Pontifice. ergo &c.

¹⁶⁵ *Controversia moveri posset* quoad Excommunicatum toleratum, an iste Jurisdictionem Ecclesiasticam exerceat validè, quando à fidelibus contra ipsum exceptio non opponitur. *Ratio dubitandi est*, quia in Concil. Constant. *Extrav. ad evitanda* excommunicato tolerato tantum factus est favor, quatenus fideles eorum communicationi volunt uti. *Sed dicendum*, excommunicato tolerato nullatenus ademptam esse Jurisdictionem, sed illius actus ipsum validè exercere, quamdiu à fidelibus contra ipsum non excipitur. Navar. *Man. 4. 27. n. 21.* Covar. in

*c. alma p. 1. §. 7. n. 9. Suar. D. 11. sect. 4. n. 9. & D. 14. sect. 2. n. 3. Gutier. l. 1. can. 99. c. 1. n. 82. Less. l. 2. de Just. c. 29. dub. 7. n. 17. Coninck D. 14. dub. 10. pr. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 13. Bonac. D. 2. de censur. q. 2. p. 5. n. 3. Palao p. 13. cit. n. 3. Vallens. hic §. 3. n. 4. Pirhing n. 12. Reiffenstuel n. 70. la Croix tom. 8. l. 7. n. 196. & n. 217. & sumitur ex *c. exceptionem 12. de except. & c. pie 1. eod. in 6.* Ratio est, quia cum Ecclesia permittat fidelibus communicationem cum Excommunicatis toleratis tum in Divinis, tum in humanis, acti excommunicati non essent, conservare in illis Jurisdictionem debet, ut apti, & expediti sint ad hanc cum fidelibus communicationem.*

Ex quo sequitur, si fideles excommunicationem objiciant, & ob illius causam contra excommunicatum excipiant, eumque à se repellant, nullius valoris esse actum ab excommunicato factum. Ut verò exceptio hujusmodi teneat, excipiens excommunicationis speciem, & ejus authorem manifestè debet probare intra octo dies *c. pie cit.* Si non probet excipiens, vel si nullus excipiat, excommunicatus toleratus Officium tam Judicis, quam Parochi validè exercere potest, atque aded lites decidere, causas judicare, absolvere, dispensare &c. Et extenditur probabilius hoc etiam ad exercitium Jurisdictionis coactivæ, ita, ut possit præcepta dare, & excommunicationem ferre in subditos. Gutier. *v. 1. cit. n. 81. Coninck dub. 10. cit. n. 11. Bonac. n. 4. Palao n. 6.* Idque verum est, non tantum, quando excommunicatio est occulta, sed etiam, quando non est occulta, quia post *extrav. ad evitanda cit.* quilibet excommunicatus toleratus eodem jure censetur, quo jure censebatur jure antiquo occultus. isto autem jure excommunicatus occultus retinebat Jurisdictionem, quousque per exceptionem elideretur *c. exceptionem, & c. pie cit.* ergo &c.

Quæritur 6. quot modis excommunicatio fidelium communicatione privet in Civilibus? 2. modi sunt tres, 1. privat excommunicatum communicatione forensi. 2. usu quocunque Officii politici. 3. quacunque obligatione Civili, & Contractu.

Dub. 1. quomodo excommunicatio privet communicatione forensi? *n.* exploratum est apud omnes excommunicatum privari omni actu pertinente ad iudicium. Quapropter 1. nequit esse Judex, de quo dictum est *Libr. 1. Tit. 32. n. 3. 7. Lege prohibentur*: quod extenditur etiam ad Arbitros, secundum dicta *Libr. 1. cit. Tit. 43. n. 12.* 2. nequit esse actor, prout dictum est *Libr. 2. Tit. 1. n. 32. & seqq.* 3. pro-

3. prohibetur ab advocando. *Libr. 1. Tit. 38. n. 7.* 4. non potest constitui Procurator. *Libr. 1. Tit. 38. n. 9.* 5. non admittitur ad testimonium dicendum in judicio. *Libr. 2. Tit. 20. n. 26. § 27.* 6. interdicitur Officio Tabellionis. *Libr. 2. Tit. 22. n. 5. §. quartus.*

168 Quæ omnia intelligenda sunt de Excommunicato vitando; nam si toleratus sit, acta, quæ fiunt à tali Judice, valorem habent, licet excipi contra ejusmodi Judicem possit. 2. potest esse actor, nisi pars adversa ab agendo eundem repellat opposita Exceptione. 3. si à fidelibus ad postulandum pro se invitetur, nec à Judice repellatur, licet, & validè exercet Officium Advocati. 4. constitui Procurator potest: imò etsi vitandus sit, constitutio ejus illicita quidem, valida tamen est probabilius, cum nullibi reperitur irritata, §. si pars adversa contra eum non excipiat, aut Judex ipsum non repellat, licet, & validè testis est in Judicio; quia actus testificandi ex natura rei in favorem alterius ordinatur. 6. Si sit Tabellio, ad petitionem aliorum validè & licetè conficit Instrumenta, & Scripturas sui Officii. *Exspicitur*, quando ad valorem actus, & obligationem inducendam Scriptura requiritur, ut in Testamento contingit, in Sententia definitiva Judicis, & similibus; quia actus ille firmitatem, & perpetuitatem expostulat irrefragabiliter, quam tamen dare eidem excommunicatus non potest, cum possit contra eundem excipi. *Laym. l. 1. tr. 6. p. 6. c. 2. n. 15. Palao tr. 29. D. 2. p. 14. §. 2. n. 20. Pirhing hie n. 20. §. præterea.*

169 Reus non arceatur à Judicio, esto, sit Excommunicatus vitandus, prout dictum est *Libr. 2. Tit. 1. n. 33.* Unde 1. trahi ad Judicium potest *c. intelleximus 7. de Judic. no.* ut ibi dicitur, *videatur de sua malitia commodum reportare.* 2. positâ præsentia in Judicio, potest respondere ad omnia sibi objecta, testes, & instrumenta in sui defensionem producere, Judicem, Advocatum, Scribam, & Procuratorem eligere: quin imò etiam Exceptionibus Dilatoris uti, si hæc ad defensionem illius dirigantur. Item potest appellare; nam Appellatio est quædam Juris defensio ad gravamen removendum, est autem Excommunicato Jure naturæ permessa omnis defensio *c. dilecti 8. c. dilectæ 10. & c. seq. de except.* 3. etsi convenientissimum sit causam suam agere per Procuratorem, ut hoc modo Excommunicationis effectus rectius observetur, nihil tamen impedit, quo minus citatus ad Judicium per seipsum ibi comparere possit, *Palao n. 26. Vallens. §. 3. n. 6. la Croix n. 273. & dictum est Libr. 2. Tit. 1. n. 36.* Ratio est, quia *c. dilecti 8. & c. fin. eod.* permittitur

Excommunicato absolute potestas respondendi in judicio. non igitur permissio ista restringi debet.

Dub. 2. quomodo excommunicatio privet Officiis publicis? *Certum est* his privari excommunicatum, utpote qui à communione fidelium separatus est. Difficultas tamen quadruplex moveri potest. Et 1. quidem, an excommunicatus prohibetur etiam exercere Officium Tutoris, Curatoris, Hospitalarii, & similibus? Putant aliqui, non solum illicetè, sed etiam invalidè hæc Officia exerceri; quia Officia ista, etsi Jurisdictionem non habeant, tamen autoritate publica constituuntur. Rectius tamen Suar. *D. 16. de censur. scilicet. 2. per totam, Palao D. 2. cit. p. 15. n. 1.* & alii tenent contrarium; nam esto, Tutor, Curator, Hospitalarius autoritate publica constituantur, non tamen in utilitatem publicam, sed privatam, quæ autem in utilitatem privatam constituuntur, etsi autoritate publica, irrita non sunt, nisi excipiantur; aliàs etiam irrita essent acta à Procuratore, Actore, Advocato &c. excommunicatis, contra communem sententiam, quippe cum etiam istorum Officia autoritate publica sint constituta.

Difficultas 2. est, an valida sit assistentia Parochi excommunicati in contractu Matrimoniali? Ad quam difficultatem *libr. 4. Tit. 3. n. 173. §. quod, seqq.* respondi, validam esse, etiam si Parochus talis sit excommunicatus non toleratus; quia hæc assistentia, etsi fiat autoritate publica, non tamen est actus Jurisdictionis, cum etiam ab invito sufficienter præstetur, sed est executio cujusdã conditionis à *Juri.* requisitæ pro valore matrimonii.

Difficultas 3. an valida sit licentia à Parocho excommunicato data alteri Sacerdoti ad assistendum Matrimonio? Ad hanc *Tit. 3. cit. n. 184.* respondi affirmative: quod procedit, etiam si talis licentiam dans sit excommunicatus non toleratus; quia concessio hujus facultatis non est actus Jurisdictionis, sed domini, sicut est qualibet Procuratoris constitutio, cum Parochus dans hanc licentiam nihil faciat, quam quoddã potestatem assistendi, quam habet, in alterum subroget, atqui hæc potestas, in Parocho residens, non est Jurisdictio, ergo nec illius in alterum subrogatio.

Difficultas 4. an admissio, seu receptio Professionis Religiosæ, facta à Prælate excommunicato, sit valida? *v. valere, Sanch. l. 5. mor. c. 2. n. 78. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 13. fin. Palao p. 15. cit. n. 4. la Croix n. 214.* Ratio est, quia admissio hæc non est actus Jurisdictionis propriæ, sed cujusdã Superioritatis usus, competens Prælato ratione sui Officii; aliàs

foemina, & Laicus, qui Jurisdictionis Ecclesiasticae incapaces sunt, non possunt admittere Professionem. Ob eandem rationem etiam valida est commissio admittendi Professionem facta à Praelato excommunicato.

174 Dub. 3. quomodo excommunicatio privet potestate contrahendi, & obligandi civiliter? *Certum est*, interdictum excommunicato quemlibet cum fidelibus contractum inire; quia contrahendo cum illis communicat. *Difficultas est*, an casu, quo contractum inire excommunicatus cum non excommunicato, contractus iste sit firmus, & obligationem utraque inducat? *Hofstiensis*, & alii quidam relati à Socin, in c. sacris n. 438. h. tit. censent esse validos, si facti sint in favorem aliorum contrahentium non excommunicatorum; secus verò, si in favorem excommunicati. *Rationem dant* 1. quia Legibus prohibentur, atqui quod Legibus pugnat, æquum non est, ut Legibus ipsis subveniatur; & hinc l. non dubium §. C. de LL. Imperatores, Generaliter, inquirunt, imperamus - ut ea, quae Lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur. 2. si excommunicatus petat in Judicio executionem Contractus in excommunicatione initi, non auditur, sed repellitur, ij verò, qui cum ipso contraxerunt, audiuntur, & agere contra ipsum possunt; pia 1. de except. in §. ergo signum est, contractum in excommunicationi favorem non tenere, bene tamen in aliorum commodum. 3. specialiter videtur irritus esse contractus Matrimonii ab excommunicato initi; nam per hunc contractum obligant se conjuges ad mutuum communicationem, atqui excommunicatus non potest se obligare ad communicandum alteri; quia omnis communicatio est ipsi prohibita, ergo &c.

175 Sed melius validos esse Contractus, ab excommunicato tempore excommunicationis initos, docent Abb. in c. ad probandum n. 2. de sent. & rejud. Covar. in c. alma p. 1. §. 1. n. 9. Sayr. l. 2. de excomm. c. 9. n. 11. Vasq. de excomm. dub. 8. Conn. k D. 14. dub. 12. n. 119. Palao D. 2. cit. p. 16. n. 3. la Croix tom. 8. l. 7. n. 280. Magnif. P. Schmier p. 1. de delict. c. 3. n. 208. Ratio est, quia nullus reperitur textus, ex quo hæc irritatio possit colligi; nam esto, interdicatur Legibus, non tamen hoc ipso irritatur. Atque hinc 1. valet Emptio Venditio, Locatio Conductio &c. ab excommunicato facta, ut colligitur ex can. quoniam multos 103. caus. 11. q. 3. & c. si verè 34. h. tit. 2. valet donatio tum ab excommunicato, tum ipsi excommunicato facta c. inter dilectos 8. de Donat. 3. quamvis excommunicatus vitandus illicitè

conficiat testamentum vocando testes, & cum illis, ac Notario communicando, ita tamen confectum valet, cum nullo Jure sit irritatum; aut excommunicato adempta factio Testamenti. 4. à fortiori sequitur, excommunicatum vitandum heredem institui posse; minus enim requiritur ad capiendum ex Testamento, quam ad Testamentum conficiendum, cum plurimi incapaces sint testandi, non tamen, ut hæredes instituantur.

Neque contrarium evincunt Argumenta opposita. Ad 1. Lex illa intelligi debet, quod pro infectis, & irritis haberi debeant, quæ sunt contra Jus irritans, & annullans, non verò illa, quæ sunt duntaxat contra Jus prohibens. Ad 2. Excommunicatus non repellitur eò, quod contractus, quem in excommunicatione inijt, invalidus sit, sed quia, donec absolvatur à Censura personam standi in Judicio non habet; hinc ubi ab ea est absolutus, agere in Judicio potest pro obligatione sibi excommunicato facta, ut alii cit. notat Palao n. 3. cit. Ad 3. Excommunicati, contrahentes Matrimonium, obligari possunt ad mutuam cohabitationem absolute, quod sufficit, ut Matrimonium subsistat, quamvis forte obligare se nequeant ad cohabitationem, stante Excommunicatione, Accedit, quia excommunicatio non impedit conjugalem convictum, postquam contractum est Matrimonium, igitur etsi excommunicati contrahendo peccent, contractus tamen validus, & firmus est.

Quæritur 7. quibus actionibus privatur excommunicatus, dum privatur communicatione Politica? 1. ista Versu hoc comprehenduntur.

Os, orare, vale, communiò, mensa negatur.

Oris nomine intelligitur osculum pacis, & inde DD. extendunt ad amplexus, missionem, & receptionem munerum, & generaliter ad quodlibet benevolentiae signum maxime verò ad collocationem cum Excommunicato, sive deinde illa fiat palam, sive clam, sive verbis, sive scripto, seu litteris, nutibus, vel aliis signis. Per verbum Orare intelligitur prohibita quælibet participatio cum excommunicato tum in Sacramentis, tum in Sacrificio Missæ, tum in Officiis Divinis, tum in aliis precibus, & Orationibus: de quo supra à n. 126. Per verbum Vale prohibetur quælibet honorifica salutatio, utpote quæ Excommunicatus indignus est. Probabile tamen est licitum esse assurgere excommunicato, caput illi aperire, locum concedere; licet enim hæc sint quædam exterior salutatio, consuetudine tamen videntur habere rationem salutationis non tam voluntariæ, quam necessariæ, non ut

per ista excommunicatus honoretur, sed ne inhonoretur, & contemni videatur: quod a fortiori procedit, si excommunicatus teprius saluet; tunc enim refutatio videtur debita ob priorem excommunicati salutationem. Nomine *Communis* & *Mensa* prohibetur quilibet Societas, & communicatio in negotiis peragendis, in habitatione, in convictu, in itinere, in mensa, & similibus. Debet autem participatio ista esse formalis, i. e. per modum unius; secus, si casu in eadem domo, itinere, vel mensa excommunicatus cum non excommunicato incidat. *Suar. D. 15. sect. 1. n. 6. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. q. 2. n. 16. Palao D. 2. cit. p. 17. n. 5. Pirhing hic n. 21. not. 3. Engl. n. 47. Reiffenstuel n. 142. & seqq.*

178 Dub. 1. sub qua culpa fidelibus communicatio cum excommunicato, & excommunicato cum fidelibus non excommunicatis prohibita sit? *¶* mortaliter peccari in sequentibus casibus. 1. si cum Excommunicato non excommunicatus, aut vicissim communicet in rebus Divinis, & Officio Divino saltem publice dicto. *Palao D. 2. cit. p. 18. n. 1. Wiestner hic n. 62. Reiffenstuel n. 148. la Croix tom. 2. l. 7. n. 196.* Ratio est, quia hæc communicatio, utpote maxima, directe prohibetur ex vi Excommunicationis. *Dixi saltem publice dicto*; nam communicatio in Officio Divino privatim dicto probabilius per se non est culpa mortalis, utpote quæ non primo, & per se ex vi Excommunicationis, sed secundario solum prohibita est, & propterea in materia communicationis non videtur esse res gravis. *Palao n. 2. & apud hunc Covar. Vassq. & c.*

179 2. Si communicetur cum excommunicato à Summo Pontifice; tunc enim communicans, præter peccatum mortale, incurrit etiam Excommunicationem majorem, ut colligitur ex *c. significavit 18. h. tit.* & notant *Sylv. V. Excommunicatio 5. n. 22. Navar. Man. c. 27. n. 98. Henricq. l. 13. c. 8. n. 2. Avil. p. 1. de censur. c. 6. D. 10. dub. 2. Palao p. 18. cit. n. 4. Pirhing n. 96. Wiestner n. 62. Reiffenstuel n. 148.* Requiritur tamen ad hanc Excommunicationem, & peccatum mortale incurrendum plures conditiones, ut cum *Henricq. Avil. Palao, Pirhing l. cit.* advertit *la Croix n. 192.* nam communicans debet esse Clericus, & debet communicare in Divinis non utcumque, sed admitendo Excommunicatum spontè, liberè, & voluntariè sciensque, à Papa esse Excommunicatum nominatim, & insuper denunciatum.

180 3. Siquis cum Excommunicato communicet in crimine criminoso *c. nuper 29. v. in secunda, c. si concubine 55. h. tit. & c. statumus 3. eod. in 6.* Censetur *¶ P. Schmalzgrueber L. V. T. II.*

autem communicare in crimine criminoso, seu in crimine, ob cuius causam aliquis Excommunicatione percussus est, si consilium, auxilium, vel favorem præstet, ne ab eo delicto resipiscat. Talis præter peccatum mortale incurrit etiam Excommunicationem majorem, si sciat hanc pœnam communicantibus esse impositam, & is, cum quo communicat, sit excommunicatus nominatim; non enim sufficit, etsi sit Clericus percussor manifestus: imò nec sufficit esse excommunicatum nominatim, nisi etiam sit denunciatus; nam post *Extrav. ad evitanda cit.* solos denunciatos vitare tenemur. *Palao p. 18. cit. n. 5. Barbof. in c. nuper cit. n. 3. & 5. Pirh. hic n. 128. not. 1. & n. 129. not. 2. Reiffenstuel n. 149. la Croix, n. 283.*

4. Si communicet aliquis cum Excommunicato post latam sententiam contra participantes; nam hic, præterquam quòd peccet mortaliter, etiam incurrit Excommunicationem majorem, uti constat ex *c. quod in dubiis 30. v. secus autem h. tit. Abb. ibid. n. 3. Barbof. n. 4. & 5. Pirhing n. 133. not. 2. & n. 136. not. 5.* Ut tamen hanc Excommunicationem communicans incurrat, debet 1. moneri, non quomodocumque, sed monitione trina *c. statumus cit.* 2. moneri debet speciatim, & figillatim; nam ex sola generali relatione contra participantes, ut solent iudices frequentè uti, nullo modo communicans ligatur excommunicatione majori; quia *c. statumus cit. c. constitutionem 9. & c. statutum 13. h. tit. in 6.* expressè deciditur, ferendam esse excommunicationem hanc adversus personas singulares, & expressas.

Extra hos casus solum sub culpa veniali prohibetur communicatio cum Excommunicato, incurritque communicans tantum Excommunicationem minorem. *Navar. Man. c. 27. n. 29. Bonac. tom. 1. D. 2. de excomm. p. 6. n. 5. Wiestner hic n. 62. Reiffenstuel ibid. n. 148.* Neque obstat *can. Excommunicatos 17. caus. 11. q. 3.* ubi asseritur, communicantem cum Excommunicato simili Excommunicationi subjacere. si igitur simili Excommunicationi, ergo majori: conf. peccat mortaliter. Nam, ut bene advertit *Covar. in c. alma p. 1. §. 3. n. 3.* textus ille non est intelligendus de similitudine omnimoda, & æquali, sed secundum proportionem, ita, ut sensus sit, sicut ille est excommunicatus Excommunicatione majori, sic communicans cum illo innodatur Excommunicatione minori.

Dub. 2. quibus casibus licita sit communicatio cum Excommunicato denunciato? *¶* hos sequenti versu comprehendendi.

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse,

Ec

Igi-

Igitur **I.** excusat *Utilitas* tam Spiritu-
alis, quam corporalis. Ob Spiritualem
utilitatem excommunicati licet Excommu-
nicato consilia salutaria præbere, concio-
nem coram illo facere *arg. c. responso 43. b. tit.* ob spiritualement utilitatem fidelium autem
licet istis consilium ab Excommunicato pe-
tere, si alius non adit, qui æquè bene
date possit. Similiter ob utilitatem
temporalem licet Excommunicato Eleemo-
synam facere, & ab ipso recipere, debitum
ei solvere, & ab ipso exigere. *Suar. D. 15. de censur. sect. 4. n. 8. Avil. p. 2. c. 6. D. 11. dub. 3. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 16. Palao tr. 29. D. 2. p. 19. n. 2. Vallens. hic §. 2. n. 1. §. dixi. Engl. n. 48. Pirhing n. 116. & seqq. Reiffentuel n. 151. la Croix n. 196.* Ratio est, quia Lex Ecclesiastica benigna est, ideoque illius obligatio cessat, si gra-
vis jactura ex ejusdem observatione se-
quatur.

183 **I.** Excusat Lex Matrimonii, seu
Conjugii, ob quam conjux communica-
re cum marito excommunicato potest non
tantum in debito, sed etiam in mensa, gu-
bernatione domus, colloquiis, aliisque
domesticis obsequiis *c. inter alia 31. b. tit.* Lex enim absolute concedit uxori fa-
cultatem communicandi cum marito ex-
communicato, ut patet ex *can. quoniam
multos 103. caus. 11. q. 3.* & hæc facultas
est favorabilis, igitur ad solum debitum
conjugale restringi non debet. Idem di-
cendum de marito non excommunicato,
ut possit communicare cum uxore sua ex-
communicata, ut bene advertunt *S. Thom.
p. 3. q. 23. art. 22. Sylv. V. excommunicatio
5. n. 4. Covar. in c. alma p. 1. §. 1. n. 8. Navar. Man. c. 27. n. 26. Suar. D. 15. sect. 4. n. 14. Sanch. l. 9. de matr. D. 14. n. 16. Avil. p. 2. c. 6. D. 11. dub. 1. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 16. Palao p. 19. n. 5. Pirhing n. 120. Engl. n. 48. Wiestn. n. 70. Reiffent. n. 152. la Croix n. 196.*

185 Ratio est, quia dispositum de uno
correlativo censetur dispositum etiam esse
de alio, ubi eadem est ratio. at in præ-
senti est eadem ratio; nam uxori concedi-
tur ob periculum animarum, quod peri-
culum æquè procedit in viro. *Conf.*
1. quia licet communicare cum Socio in
contractu Societatis, ante Excommunicatio-
nem inito *arg. c. si verè 35. b. tit.* ergo à
fortiori licebit communicare marito cum
uxore excommunicata in Contractu Ma-
trimonii. *Conf. 2.* Vir Excommunicatus
melioris conditionis esset, quam non ex-
communicatus; quia ille posset obsequiis
uxoris frui, quod non posset vir non excom-
municatus. *Neque obstat,* quod *can. quoniam
cit.* solum excipiantur uxores; nam id fa-
ctum est, quia frequentius viri, quam uxo-
res in Excommunicationem incidunt,

Dubitant hic aliqui, an pars Excom-
municata possit à non excommunicato etiam
debitum petere? *Ratio dubitandi est,*
quia excommunicatis nunquam intendit fa-
vere Jus. *Sed respondendum est* affirma-
tivè. Ita Cajet. *V. excommunicatio c. 81. §. illicita. Sayr. l. 2. c. 14. n. 4. Avil. p. 2. de censur. c. 6. D. 11. dub. 5. concl. 1. Suar. D. 15. sect. 4. n. 2. Coninck D. 14. dub. 12. n. 123. Palao p. 19. cit. n. 7.* Ratio est, quia communicatio inter conjuges Excommuni-
catis permessa est ad vitandum periculum
incontinentiæ *can. quoniam cit.* atqui hoc
periculum nullo modo vitaretur, si conjux
excommunicatus obligatus esset à com-
munionem alterius conjugis se separare, ergo
&c. *Conf. juxta n. 183.* potest ex-
communicatus exigere debitum pecunia-
rium, igitur & debitum conjugale.

Excipitur, si excommunicatio lata
fuisse in causa Matrimonii, de cujus valore
lis pendet; cum enim hoc casu Matrimonii
ulus viro, & mulieri interdictus sit ob
periculum fornicationis, debiti petitio,
& redditio, tanquam communicatio in cri-
mine criminoso, & utriusque animæ peri-
culosa, neutri permessa foret *c. inter alia
cit. fin. Sylv. V. excommunicatio 5. n. 4. Sanch. D. 4. cit. n. 9. Wiestner n. 70.*

3. Excusat *Humilis*, i. e. humili-
tas subjectionis *can. quoniam cit. & c. si
verè 34. b. tit.* Proceditque hoc, etsi
post excommunicationem contracta fuerit
hujusmodi subjectio, si contracta fuerit
sine culpa excommunicati *can. quoniam
& c. inter alia cit.* Ex quo capite exemuntur
1. filii comparatione parentum, etiam
naturales, & adoptivi, & probabiliter,
etiam si sint emancipati; nam etiam filius
emancipatus verè filius est, ac proinde
gaudere debet favore concessio filiiis, **2.**
Nepotes, Pronepotes, Affines, uti Gener,
Nurus, Privignus, & Privigna, pupilli, &
minores comparatione Tutoris, & Cura-
toris; hi enim omnes nomine filii in hac
concessione favorabili veniunt intelligendi
l. filii 84. & l. liberorum 220. ff. de V.S. 3.
Servi, & ancillæ; & ex his non tantum illi,
qui propriè servi, & mancipia sunt, sed
etiam illi, qui vel gratis, vel pro pretio Ex-
communicato serviunt *can. quoniam cit.*
4. tota familia ejusdem; quia regulariter
nequeunt absque gravi jactura ab ejus
consortio discedere *c. si verè cit.* **5.**
Clerici, si communicent cum Episcopo ex-
communicato, in cujus sunt famulatu.
Sylv. V. Excommunicatio 5. n. 4. 6. Reli-
giosi communicantes cum suis Superiori-
bus excommunicatis; quia strictius,
quam famuli subiecti sunt, neque ab ea sub-
jectione recedere possunt. **7.** milites, si
communicent cum suo Duce excommuni-
cato, eumque in bello justo sequantur.
Sylv.

Sylv. l. cit. Sayr. l. 2. de Excomm. c. 14. n. 19. 8. Addunt aliqui Vasallos, si communicent cum suis dominis excommunicatis. Sed rectius contrarium tenet. Bonac. D. 2. de excomm. q. 2. p. 6. §. 2. n. 40. Hurtad. D. 9. diffc. 4. n. 15. Palao p. 19. cit. n. 20. quia Vasalli nec sunt famuli, nec de familia domini, ut ad ejus communicationem adstricti videantur.

189 Potro quod dictum est de filiis, servis, subditis respectu parentum, dominorum, Superiorum excommunicatorum, à paritate rationis etiam extendendum est ad parentes, dominos, Superiores, ut communicate possint cum suis filiis, servis, subditis excommunicatis. Navar. Man. c. 27. n. 27. Suar. D. 15. sect. 5. n. 21. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 16. Avil. p. 2. c. 6. D. 11. dub. 6. Palao p. 19. cit. n. 21. Pirh. hic n. 223. extens. Wiestn. n. 71. Reiffenstuel n. 153. Ratio enim, cur hoc permittatur inferioribus respectu Superiorum excommunicatorum est periculum animæ, quod adesset, si ipsi prohibita esset hæc communicatio cum suis Superioribus, quorum societatem vitare moraliter nequeunt, atqui hæc ratio æquè procedit in Superioribus comparatione subditorum, ergo etiam ad hos facultas concessa extendi debet.

190 4. Excusat Ignorantia: estque perinde, sive sit ignorantia Juris, sive facti, hæc, sive quis ignoraverit Legem prohibentem ejusmodi communicationem cum excommunicato, sive ignoraverit illos, quibuscumque communicat, excommunicatos denunciatos esse; nam cum textus can. quoniam cit. generaliter ignorantes excuset, intelligi debet de qualibet ignorantia, Engl. hic n. 48. Pirh. n. 125. Wiestner n. 67. Reiffenstuel n. 154.

1 An verò excuset Ignorantia solum invincibilis, vel etiam vincibilis controversum est inter DD. Aliqui volunt, necessarium debere esse invincibilem. Sed Suar. D. 15. sect. 3. n. 3. Coninck D. 13. dub. 11. §. D. 14. dub. 12. n. 124. Hurt. D. 9. de excomm. diffc. 4. n. 26. Laym. l. 1. tr. 5. p. 1. c. 4. n. 2. Palao D. 2. cit. p. 19. n. 24. Engl. n. 48. Pirhing n. 118. Wiestner n. 67. rectius existimant, excusare etiam ignorantiam vincibilem, modò non sit affectata, quippe quæ scientiæ æquiparatur. Colligitur ex can. quoniam cit. ubi Pontifex intendit, ignorantibus aliquem favorem concedere. atqui nullus concessus est favor, si solum exciperet ignorantes invincibiliter excommunicationem, seu Legem excommunicationis; nam hi per ipsum Jus naturale à culpa, & poena exempti sunt. Conf. 1. ex eodem can. nam ibi dicit Pontifex, se moveri ad prædictam indulgentiam concedendam, quia multi occasione excommunicationis perirent tum ignorantia, tum nimia

R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

simplicitate. atqui ignorantia invincibili nemo perit. Conf. 2. quia ignorantia vincibilis vera est ignorantia. atqui Pontifex absolute ignorantibus indulgere vult.

Quare ut quis teneatur abstinere à communicatione cum excommunicato, debet ipsi certò moraliter constare, quòd ille excommunicatus vitandus sit; quia stante dubio de excommunicatione, & Denuntiatione, iniquè judicaretur esse excommunicatus. Porro moralem hanc certitudinem præstare potest 1. fama publica, à viris fide dignis orta. 2. testimonium duorum, vel trium afferentium, ipsum Excommunicatum denunciatum esse. 3. Parochi id ipsum attestantis litteræ: secus si ore tenus tantum affirmaret; nam uni testis, quantumcumque fidei digno, non teneor credere, etsi possim arg. c. cum à nobis 28. h. tit.

Postquam verò quis agnitus est ut excommunicatus vitandus, in dubio non debet præsumi esse absolutus; nam juxta vulgatam Regulam Semel malus semper præsumitur malus, & absolutio est quid factum, quod non præsumitur, nisi probetur, Probatur autem absolutio sufficienter tum famâ publicâ, tum testimonio alicujus viri fide digni, vel ipsius excommunicati confessione, si talis ille sit, ut spectata conditione personæ, & negotii, prudenter credi eidem possit; & sufficiet aliquando confessio tacita, quæ inducitur, quando aliquis longo tempore pro Excommunicato se gessit; præsumitur enim ex hoc talis esse, si aliàs conscientie timorata sit. Palao l. cit. n. 27. & apud hunc Navar. Suar. Bonac. Hurt. Laym. Avila.

5. Denique excusat necessitas fig. 194 nificata per vocem *neesse can. quoniam, & inter alia l. c. si verè cit.* Perinde autem est, sive necessitas hæc Spiritualis, sive temporalis, sive ipsius Excommunicati, sive aliorum, modò sit gravis, & ab alio non excommunicato non æquè bene auferri possit. Sayr. l. 2. de excomm. c. 14. n. 29. §. seqq. Henric. l. 13. c. 23. Suar. D. 15. sect. 5. n. 8. Bonac. D. 2. de excomm. q. 2. p. 6. §. 2. n. 57. Palao p. 19. cit. n. 28. Engl. n. 48. Pirhing n. 126. Reiffenstuel n. 155. Ab hac doctrina Sayr. l. cit. n. 30. Bonac. n. 59. excipiunt Prædicatores, & Confessores, qui Eleemosynam ab excommunicatis vitandis petere possunt, tamen si æquè bene, & commodè ab aliis possint has obtinere; quia illorum curam gerunt, & favet c. cum voluntate 54. b. tit.

Queritur 8. quinam sint Effectus remoti excommunicationis? n. triplex est; nam 1. Excommunicatus, si per annum perseveret in excommunicatione, specialiter lata ab homine, sit suspectus de

Ee 2

Hæ-

Hæresi, eò quòd præsumatur malè sentire de potestate Ecclesiæ. *Trid. sess. 25. c. 3. de reform. Vallens. hic §. 7. n. 9.* Hæc tamen suspicio levis est; sufficit tamen ad indicendam Purgationem: quam si subire noluerit, citari iterum debet sub pœna excommunicationis; si verò post hujusmodi citationem adhuc parere neglexerit, & in contumacia per annum perseveraverit, nullo allegato impedimento, ut Hæreticus condemnari debet *c. cum contumacia 7. de Hæret. in 6.*

196 *Secundus* effectus est probatio delicti, seu causæ, ob quam lata est excommunicatio; nam qui ob causam civilem, vel criminalem à Judice excommunicatus est, & in ea excommunicatione per annum perseverat, nullo ostenso impedimento, aut satisfactionis signo, pro convicto, & confesso haberi debet *can. rursus 26. & can. seq. caus. 11. q. 3.* quia ea contumacia Juris fictione reputatur confessio. Permittitur tamen ipsi, ut allegare & probare innocentiam suam possit. *Palao p. 20. n. 3.*

197 *Tertius* est privatio Beneficiorum; nam excommunicatus triennio perseverans in excommunicatione indurato animo, à Judice privari debet Beneficiis omnibus; quia indignus est, ut fructibus Ecclesiæ gaudeat, qui adversus illam ita rebellis existit, & ita fecit Pontifex *c. cum bone 8. de stat. & qualit.* Ob annalem perseverantiam, nisi possint Judices hanc pœnam privationis Beneficiorum irrogare, non tamen tenentur; quia nuspam in Jure cavetur hæc obligatio. *Palao l. cit. n. 4.*

198 *Quæritur* 9. quis sit effectus excommunicationis minoris? *1.* effectus directus excommunicationis minoris unicus est, scilicet privatio passiva Sacramentorum *c. à nobis 2. de except. c. fin. de Cler. excomm. ministr. c. siquem 59. h. tit.* Hinc graviter peccat, qui excommunicatione minori innodatus Sacramentum suscipit. *Suar. D. 24. sect. 3. n. 3. Coninck D. 14. dub. 17. n. 260. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 3. n. 4. Palao tr. 29. D. 2. p. 21. n. 5. Vallens. hic §. 4. n. 1. Pirhing ibid. n. 23. la Croix tom. 3. l. 7. n. 189.*

199 Sacramenta tamen à tali excommunicato suscepta valida sunt secundum omnes DD. excepto Sacramento Poenitentiae, quod secundum aliquos ab excommunicato minori excommunicatione susceptum invalidum est. Sed longè verius etiam ipsum est validum, si nullam ille in ejus receptione commisit culpam, quia v. g. nescivit, se hac Censura ligatum esse, vel si scivit, postulavit prius ab ea absolvi, quàm à peccato, quod tamen Sacerdos vel ex malitiâ, vel ex ignorantia non præstitit. *Ugol. tab. 2. de Censur. c. 7. §. 8. n. 6. Henriq. l. 13. de excomm. c. 3. n. 3. Sayr. l. 2. de excomm.*

c. 22. n. 14. Bonac. D. 2. q. 3. n. 3. Palao n. 7. Ratio est 1. quia Ecclesia talem Excommunicationem solum removet à Sacramentis Ecclesiæ, illorum perceptionem prohibendo, non tamen irritando. 2. hujus irritationis nullum in Jure est fundamentum. 3. etiam expediens non fuit hanc irritationem facere, utpote cum fidelibus maximè necessarium sit hoc Sacramentum.

Dixi *Privatio passiva sacramentorum*; nam activam Sacramentorum privationem post se excommunicatio minor non trahit: unde poterit hujusmodi excommunicatus administrare Sacramenta, licet indecens sit, ut is conferat aliis Sacramenta, quibus ipse tanquam indignus privatus est. Indecentia tamen hæc probabilis non attingit peccatum mortale *arg. c. fin. de Cler. excomm. ministr. ubi Pontifex de eo, qui in Excommunicatione minori celebrat, dicit eum graviter peccare; de illo autem, qui confert in ea excommunicatione Ecclesiastica Sacramenta, tantum dicit eum peccare, omittens adverbium graviter, quasi manifestè indicans, in collatione Sacramentorum grave peccatum non esse. Vallens. §. 4. n. 3. la Croix n. 190.*

Quæritur 10. quisnam sit effectus indirectus excommunicationis minoris? *1.* est privatio Electionis ad Beneficia *c. fin. de Cler. excomm. ministr.* quod communiter DD. extendunt etiam ad Præsentationem, & Collationem, utpote quæ Electiones vocari possunt. *Pirhing hic n. 23. la Croix tom. 3. l. 7. n. 193.* Ratio est, quia Beneficium ex intentione Ecclesiæ confertur Beneficiato, ut Ordines Sacros suscipiat, & Missæ Sacrificium celebret: quod cum stante minori excommunicatione, non possit, sequitur, indirectè etiam tali excommunicato prohibitam esse Electionem, collationem, præsentationem ad Beneficium.

Atque hinc sequitur, eum, qui Beneficium tali excommunicato confert, vel ad illud præsentat, aut eligit, graviter peccaturum; quia in re gravi violat præceptum Ecclesiæ. Pœna tamen sic eligentibus in Jure nulla statuta est; nam effi *Gloss. in c. fin. cit. videatur affirmare, sic eligentes suspensos esse per triennium, & inhabiles factos ad electionem juxta c. cum in cunctis 7. & t. scriptum 40. de Elect. verius tamen est, eum prædictâ pœna non affici; quia textus cit. tantum loquuntur de eligentibus indignum ob defectum scientiæ, honestatis morum, ætatis: quæ dispositio extendi non debet ad eligentes indignum ob minorem excommunicationem, cum hæc indignitas facillè auferri possit, & Beneficii collationem non reddat ipso Jure nullam.*

203 An verò hujusmodi Electio, Præsentatio, Collatio sit irrita ipso Jure, vel per sententiam irritanda veniat, controversant DD. Host. in c. fin. cit. Covar. in c. alma p. 1. §. 8. n. 3. Ugolin. tab. 3. de censur. c. 6. §. 3. n. 2. Navar. Man. c. 27. n. 24. censent irritam esse ipso Jure, utpote factam personæ indignæ, & inhabili. Sed rectius contrarium docent Gloss. in c. fin. cit. V. eligere. Sayr. l. 2. de excomm. c. 22. n. 23. Suar. D. 14. sect. 2. n. 22. Coninck D. 14. dub. 17. n. 62. Bonac. D. 2. de excomm. q. 3. n. 7. Filiuc. tr. 13. c. 2. q. 8. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. 6. 3. n. 5. Hurad. D. 16. diff. 1. fin. Palao tr. 29. D. 2. p. 21. n. 15. Barbof. in c. fin. cit. n. 3. Gonzal. ibid. n. 7. Vallens. hic §. 4. n. 2. Pirhing n. 23. Wiefner n. 60. & colligitur ex c. fin. cit. ubi dicitur, ejusmodi Electionem esse irritandam? quæ verba etsi Adversarii explicent de declaratione irritationis Jure inductæ, intellectio tamen ista impropria est, cons. vitanda, quoad fieri potest, præsertim cum hic versetur in materia penali.

204 Porro ut irritatio hæc locum habeat, requirunt aliqui scientiam in Electoribus, & colligunt hoc ex textu c. cit. ibi, Si tamen scienter talis electus fuerit, ejus electio est irritanda. Sed meo judicio vox scienter male applicatur ad Electores; nam quando Electores ignari ad Beneficium eligunt excommunicatum excommunicatione minori, electio aliàs irritanda venit ob subreptionem, igitur nihil speciale constituitur hic textus, si constituit irritandam electionem factam ab electoribus scientibus. Quare melius Palao l. cit. n. 19. la Croix n. 195. vocem scienter applicent ad electum, ita, ut sensus sit, irritandam electionem, si facta sit de excommunicato suæ excommunicationis conscio; secus, si facta sit de ignaro excommunicationis suæ; & Ratio est, quia stante ignorantia excommunicationis in electo, iste, licet in re privatus sit Sacramentorum participatione, ab hujus prohibitionem ob ignorantiam excusatur, merito igitur electio ejus sustinetur.

205 Queritur II. quis possit absolvere ab excommunicatione minori? R. absolvere ab ea in foro externo potest, qui Jurisdictionem in eo habet. In foro interno poenitentia absolvere ab ea potest Episcopus, vel proprius ipsius excommunicati Sacerdos c. nuper 29. §. in secundo verò casu h. tit. Nomine Proprii Sacerdotis autem hic intelligitur non solum, qui ordinariam potestatem habet, ut Parochus, sed etiam, qui delegatam c. omnis 12. de Pen. & remiss. Et hinc fit, ut cum delegatur alicui potestas absolvendi à peccatis, hoc ipso e videatur concessa facultas absolvendi ab excommunicatione minori, utpote quæ absolutioni peccatorum est præmit-

tenda; concessio enim uno, concessum censetur etiam alterum, sine quò commodè illud unum præstari non potest. Palao tr. 29. D. 2. p. 21. n. 21. Quin imò ab hac Excommunicatione absolvere etiam potest Parochus etiam si Sacerdos non sit; quia hæc absolutio non est actus Ordinis, sed Jurisdictionis, quæ Parocho non Sacerdoti competit. Neque obstat, quòd in c. nuper cit. dicat, hanc absolutionem præstandam esse à proprio Sacerdote; quia id dictum est, non quia necessarium, sed quia frequentius Parochus Sacerdos est, sicut etiam sub nomine Episcopi non solum consecratus, sed etiam non consecratus, & qui Jurisdictionem quasi Episcopalem habet, intelligitur.

Dubatur, utrum ab excommunicatione ista absolvere possit etiam Sacerdos simplex, qui solum absolvere potest à venialibus? Affirmant Navar. Man. c. 27. n. 25. & 39. Vivald. Candel. p. 2. tr. de excomm. n. 12. Tolet. l. 1. Summ. c. 17. n. 7. Vallens. hic §. 7. n. 1. Moventur, quia hæc Excommunicatio regulariter incurritur ob culpam venialem, ergo qui potest absolvere à venialibus, videtur hoc ipso posse absolvere ab hac Excommunicatione, cum hæc absolutio absolutioni peccatorum sit præmittenda.

Sed potestatem istam simplici ejusmodi Sacerdoti probabiliter negant Cajet. V. absolutio fin. & V. Excommunicatio minor. Covar. in c. alma p. 1. §. 12. n. 7. Sot. in 4. dist. 22. q. 2. art. 3. §. secundum membrum, Henric. l. 13. c. 18. n. 5. Sayr. l. 2. de excomm. c. 23. n. 9. Suar. D. 7. de Censur. sect. 4. n. 27. Coninck D. 14. dub. 17. fin. Avil. p. 2. c. 7. D. 1. dub. 2. Filiuc. tr. 13. c. 7. q. 3. Bonac. D. 2. de excomm. q. 3. n. 15. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 3. fin. Palao p. 21. cit. n. 23. Pirhing hic n. 144. la Croix n. 189. Colligitur ex c. nuper cit. ubi Pontifex interrogatus, an simplex Sacerdos ab hac censura possit absolvere, respondit absolvere posse proprium Episcopum, vel Sacerdotem proprium: atqui si simplex Sacerdos quicumque haberet potestatem absolvendi ab hac Censura, non expressisset proprium Episcopum, vel Sacerdotem proprium; quia etiam alienus Episcopus, vel Sacerdos impertiri posset absolutionem istam, ergo &c. Conf. ex ratione; quia hæc potestas absolvendi ab Excommunicatione minori est distincta à potestate absolvendi à peccatis. & per se pertinet ad Jurisdictionem contentiosam: igitur nemini competit, nisi cui vel à Jure, vel ab homine fuit concessa. non invenitur autem concessa Sacerdoti simplici, sed proprio, seu illi, qui absolvere poenitentem potest etiam à mortalibus. ergo &c.

Ad Argumentum allatum in oppositum negatur Conf. quia, ut dixi, hæc absolutio

lutio Censuræ ab absoluteione à peccatis venialibus latè differt. Deinde si ex eo, quòd quis potest absolvere à venialibus, sequeretur, quòd etiam absolvere possit à minori Excommunicatione, alius inferet, eum, qui absolvere potest à mortalibus, absolvere etiam posse ab Excommunicatione majori; sicut enim Excommunicatio minor incurritur ob peccatum veniale, ita major ob mortale.

209 Quæritur 12. ex qua causa incurritur Excommunicatio minor? R. olim fuerunt plures: hodie solum est unica, propter communicationem cum Excommunicato vitando, sive deinde is vivus sit, sive mortuus, ut si e. g. talis Excommunicatus comiteris ad sepulchrum; nam quibus in vita communicare non possumus, neque in morte permillum est communicare *cf. sacris 12. de Sepult. Vallens. hic §. 2. n. 1. Excommunicatio, König ibid. n. 25, la Croix tom. 8. l. 7. n. 189.*

Et quamvis ferri possit ab homine Jurisdictionem habente in foro contentioso, usu tamen receptum est, ut feratur solum à Jure ob dictam communicationem cum Excommunicato vitando. Ob hanc incurritur ipso Jure sive communicetur cum illo in Divinis, & Spiritualibus, sive in aliis rebus merè Politicis, puta in Contractibus, Judiciis, conviviis, conversatione. Excipiendi sunt tres casus relati à n. 179, in quibus ob communicationem incurritur Excommunicatio major.

Excommunicatio hæc minor dicitur, non quòd res levis sit, sed comparatione majoris tantum, seu gravioris Excommunicationis, partim quòd ob minorem, quàm ista, & aliquando ob venialem duntaxat culpam incurritur, partim quia, licet non paucis, minoribus tamen bonis, quàm major privat, & facilius quàm ista, tollitur, cum ab ea in foro interno absolvere quis Parochus, & ab isto delegatus possit, ut dictum est n. 205.

§. III.

De Excommunicatione in particulari, & præcipuè de Excommunicatione Canonis.

S U M M A R I U M.

2. Excommunicationes reservatæ Episcopis?
 213. Reservatæ Pontifici in Bulla Cœne.
 214. 215. Reservatæ eidem extra illam.
 216. Quo textu Juris sit introducã Excommunicatio canonis?
 217. &c. Quinam Clerici gaudeant privilegio Canonis?
 219. Quinam sub nomine Monachi eo privilegio gaudeant?
 220. Quæ personæ illam Excommunicationem incurrant?
 221. &c. An omnes consentientes, mandantes &c. incurrant semper hanc Excommunicationem?
 224. Quid requiratur, ut Excommunicationem Canonis incurrat, qui ratam habet percussione Clerici?
 225. An eam incurrat etiam Clericus, qui seipsum occidit, mutilat, vulnerat; aut

- qui, ut ab alio occidatur, percutiatur &c. mandat, vel consentit?
 226. &c. Quid requiratur, ut quis incurrat hanc Excommunicationem?
 230. &c. Quenam causæ excusent ab ea incurrenda?
 240. &c. An pater, aut alii propinqui, vel consanguinei Ecclesiasticos sibi subditos punire possint?
 243. &c. Quotuplicis generis sit percussio Clerici?
 246. Quam potestatem absolvendi ab Excommunicatione Canonis habeat Legatus Pontificius?
 247. &c. Quam Episcopi, & Archiepiscopi?
 255. &c. Quam Prælati respectu subditorum suorum Regularium?
 260. &c. Quinam alii absolvere possint ab hac Excommunicatione?

Excommunicationes in particulari variaz sunt: reduci tamen commodè in quatuor classes possunt; nam aliæ nulli, aliæ Episcopo, aliæ Pontifici per Bullam Cœnæ, aliæ eidem extra Bullam Cœnæ reservantur. De non reservatis nihil hic attinet dicere; quia passim in decursu sunt explicatæ. Hinc

212 Quæritur 1, quæ Excommunicationes sint reservatæ Episcopis? R. P. Busenbaum, & ex hoc P. la Croix tom. 8. l.

7. n. 296. sequentes refert. 1. quæ contrahitur ex levi percussione Clerici, vel gravi si sit mulier: de quo n. 249. 2. lata in eos, qui postquam in articulo mortis à Censura, vel peccato habente Censuram annexam ab aliquo, qui aliàs non poterat, absoluti sunt, postquam convalescunt, Superiori se non presentant. 3. lata in Fratres minores, si admittant in suis Ecclesiis ad Officia Divina Fratres tertii Ordinis. 4. in procurantes abortum

fectus animati, effectu securo. 5. in eos, qui communicant in eodem crimine cum Excommunicatis ab Episcopo. 6. ea omnes, quas ferunt Episcopi per Statuta propria, & sibi reservant: de quibus videnda Statuta cujuslibet Diocesis.

313 **Quæritur 2.** quæ Excommunicationes sint Papæ reservatæ in Bulla Cœnæ? **R.** in hac Excommunicationem reservatam incurrunt 1. Hæretici, & Schismatici, illorumque credentes, defensores, receptatores, legentes libros Hæreticos. 2. qui ab ordinationibus, seu mandatis Papæ appellant ad futurum Concilium universale, vel appellationi hujusmodi auxilium, vel favorem præstiterint. 3. Piratæ, seu qui ex intentione depradandi discurrunt per mare Pontificium, & horum receptatores, ac fautores. 4. furripientes bona naufragorum, 5. imponentes in terris suis nova pedagia, vel antiqua augentes, præterquam in casibus permissis. 6. Falsarii Litterarum Apostolicarum. 7. deferentes arma, & alia usui bellico idonea ad infideles. 8. impediens, ne Romanæ Curie deferantur victualia, vel alia necessaria. 9. qui offendunt accedentes, vel recedentes à Romana Sede, vel in Curia commorantes. 10. qui Offendunt Romipetas, & peregrinos accedentes ad Urbem, vel in ea commorantes, aut ab ipsa recedentes. 11. qui interficiunt, mutilant, vulnerant, percutiunt, capiunt, carcerant, detinent S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedis Apostolicæ Legatos, vel Nuntios. 12. qui offendunt recurrentes ad Curiam Romanam pro suis negotiis. 13. appellantes à gravamine, & executione Litterarum Apostolicarum ad potestatem Laicam. 14. qui causas à Judicibus Ecclesiasticis avocant, vel earum cursum, & executionem Litterarum Apostolicarum impediunt. 15. qui trahunt, vel procurant trahi personas Ecclesiasticas ad Tribunal Sæculare, & qui condunt Statuta libertati Ecclesiasticæ præjudicantia, eisque utuntur. 16. qui impediunt, ne Prælati Ecclesiastici sua Jurisdictione utantur. 17. usurpatores, & sequestratores reddituum, fructuum, & proventuum, ad Pontificem, Sedemque Apostolicam, vel alias personas Ecclesiasticas pertinentium, si hoc fiat sine legitima Superiorum licentia. 18. imponentes Decimas, Collectas, & alia onera personis Ecclesiasticis. 19. Judices Sæculares, qui causis capitalibus, seu criminalibus Clericorum se interponunt. 20. occupantes bona, & terras Ecclesiæ Romanæ, ejusque supremam Jurisdictionem usurpantes. De quibus latè Palao *tr. 29. D. 3. p. 2. & seq.*

314 **Quæritur 3.** quæ Excommunicationes sint Papæ reservatæ extra Bullam Cœ-

næ? **R.** harum aliqua specialiter latæ sunt contra Clericos, & Religiosos; aliæ contra omnes. *prioris generis præcipuè sunt septem.* 1. lata in participantes in Sacris cum Excommunicato à Papa. 2. in procurantes alienationem Ecclesiarum. 3. in Concionatores, qui Scripturæ sensum, à Doctorum interpretatione alienum, circa tempus Antichristi, & extremi Judicii, aliæque similia revelata prædicant. 4. in Parochos non implentes Juramentum de fidelitate factum. 5. in Mendicantes transeuntes ad alium Ordinem, præter Carthusiam. 6. in Moniales exeuntes ex claustro sine licentia. 7. in Religiosos, qui sine Privilegio, vel speciali licentia Parochi Clericis, aut Laicis Sacramentum Eucharistiæ, vel Extremæ Unctionis ministrare, vel Matrimonium solemnizare præsumunt.

Contra omnes latæ magis obvia: 1. apud *Busenbaum*, & la *Croix tom. 8. l. 7. n. 298.* referuntur viginti, & una. Et in specie Excommunicationem Pontifici reservatam incurrunt 1. Incendarii. 2. habentes Litteras Apostolicas falsas, & non destruentes. 3. effringentes, & spoliantes Ecclesias. 4. communicantes in eodem crimine cum excommunicato à Papa. 5. vexantes eos, qui Censuram tulerunt in alios. 6. absoluti ab excommunicatione sub conditione, & non implentes. 7. violantes Interdictum Papale. 8. dantes, & recipientes aliquid ex pacto ob admissionem ad Religionem. 9. Simoniaci reales circa Ordinem, vel Beneficium. 10. committentes Simoniam confidentialem. 11. impediens executionem Litterarum Sacræ Pœnitentiariæ. 12. dantes, & recipientes aliquid pro gratia, aut justitia apud Sedem Apostolicam. 13. committentes Duellum, atque ad id cooperantes suadendo &c. 14. mulieres ingredientes Monasteria Regularium. 15. impugnantes Institutum Societatis JESU. 16. facientes jurare illicita, & contraria libertati Ecclesiasticæ. 17. rapientes bona Ecclesiastica: item exigentes Tributa ab Ecclesiasticis. 18. violantes libertatem Ecclesiasticam quoad fugientes ad Ecclesiam. 19. docentes posse fieri Confessionem in absentia. 20. damnantes peccati mortalis, vel Hæresis alterutram opinionem de Conceptione B. Virginis: item ij, qui in Concionibus, aliisque publicis actibus, ut Læctionibus, Conclusionibus, asserunt B. Virginem conceptam in Originali. 21. percussores Clericorum. Hæc ultima cæteris est celebrior, & Antonomastice *Excommunicatio canonis* appellatur: de qua ulterius.

Quæritur 4. quò textu Juris introducta sit excommunicatio Canonis? **R.** introduceta est *can. si quis suadente 29. caus. 17.*

q. 2. cujus tenor est, *si quis suadente Diabolo, hujus sacrilegii reatum incurrerit, ut in Clericum, vel Monachum violentas manus injecerit, Anathematis vinculo subjaceat: Et nullus Episcoporum illum presumat absol- vere (nisi mortis urgente periculo) donec Apostolico conspectui presentetur, Et ejus mandatum suscipiat.*

217 Dub. 1. quinam hic veniant nomine Clerici? R. nomine Clerici veniunt, & hujus Canonis privilegio gaudent, quicunque aliquo, etiam minori Ordine, & primâ solum tonsurâ sunt initiati *can. clerici 1. dist. 21. & c. cum contingat 11. de etat. Et qual. Proceditque hoc 1. etiamsi Beneficium Ecclesiasticum nullum habeant, neque condiciones pro privilegio fori à Trid. requisitas impleant, gestando habitum, & tonsuram &c. prout dictum Libr. 3. Tit. 1. n. 39. Procedit 2. etsi Censurâ aliquâ irreati, Irregulares, aut verbaliter depositi sint. Tolet. l. 1. Summ. c. 31. n. 5. Sayr. thesaur. l. 3. c. 26. n. 8. Et 9. Suar. D. 22. de Censur. sect. 1. n. 6. Coninck D. 14. dub. 15. n. 157. Palao tr. 29. D. 2. p. 23. §. 1. n. 1. Illung tr. 5. D. 2. n. 266. Engl. hic n. 126. Et 127. Pirh. g. n. 49. Wiefn. n. 72. la Croix tom. 8. l. 7. n. 300. cum aliis. Procedit 3. quamvis sint conjugati, sicut unica, eaque virgine contraxerunt, & deferant habitum, ac tonsuram Clericalem *c. un. de Cleric. conjug. in 6. & dictum est Libr. 3. cit. Tit. 3. n. 39. Et seqq.**

218 Excipiuntur tamen, & canonis privilegio non gaudent 1. Clerici degradati realiter *c. degradatio 2. de Pen. in 6. 2. conjugati non deferentes habitum, & tonsuram c. un. cit. & dictum est Tit. 3. cit. n. 40. 3. Bigami bigamiâ verâ, aut interpretativâ in Minoribus constitui c. cit. & c. un. junct. Gloss. V. bigamos de Bigam. in 6. 4. Clerici in minoribus constitui, si dimisso habitu, & tonsurâ, arma militaria portent, aut aliis negotiis Sæcularibus se immisceant, & ter specialiter, ac nominatum moniti non respiciant *c. in audientia 25. Et c. contingit 45. h. tit. & dictum est Libr. 3. cit. Tit. 1. n. 45. 5. Clerici quicunque, si habitu Clericali dimisso enormitatibus, h. e. tyrannidi, seditionibus, latrocinis, assassinis, aliisque enormibus criminibus se immisceant *c. cum non ab homine 14. c. perpendimus 23. h. tit. & c. pro humani 1. de Homic. in 6. 6. Clerici joculariter, Goliardi, Buffones, post trinam Episcopi admonitionem non respicientes *c. un. de Vit. Et Honest. & dictum est Tit. 1. cit. n. 45. 7. publicè exercentes Officia lanionum, macellariorum, cauponum, si tertio moniti non desistant, aut ea reassumant: conjugati quidem, etiamsi habitum ferant; non conjugati verò, si eo****

dimisso, ut Laici, incedant. *Clem. 1. de vit. Et Honest. quo tamen, uti & c. un. cit. textu de Clericis solum minoribus agi, aliqui volunt apud Laym. l. 1. tr. 5. §. 2. c. 5. n. 3. fin. Videantur dicta n. 45. cit.*

Dub. 2. quinam intelligantur nomine Monachi? R. Monachi nomine hic intelliguntur, & propterea privilegio Canonis gaudent. 1. quicunque utriusque sexus Religiosi, Conversi, & Novitii *c. ex tenore 10. c. de monialibus 33. Et c. b. tit. & c. Religioso 21. §. fin. eod. in 6. Navar. Man. c. 27. n. 79. Clar. §. fin. q. 77. n. 5. Molin. tr. 3. de J. Et J. D. 50. n. 4. Tolet. l. 1. summ. c. 31. n. 5. Illung tr. 5. D. 2. n. 267. Engl. hic n. 129. la Croix n. 300. 2. FF. Tertiarii S. Dominici, & S. Francisci, si voto aliquo edito, gerant habitum Religionis & in commune vivant: sicut & Eremitæ, qui edito Voto Paupertatis, vel alia suscepta obligatione, sub aliqua Regula, & Superiore vivunt, vel Ecclesiæ alicujus servitio specialiter sunt addicti. *Suar. D. 22. sect. 1. n. 20. Et 22. Bôniac. D. 2. de excomm. q. 4. p. 3. n. 8. Et p. 4. fin. Palao D. 3. p. 23. §. 1. n. 14. cum cit. Aliter res se habet cum Eremitis non adstrictis Voto, vel alia obligatione, & de FF. Tertiariis, qui habitant in propriis suis domibus; nam hi Canonis privilegio non defenduntur, ut cum cit. advertit Rodriq. tom. 2. Regul. q. 65. art. 5. 3. denique Equites Melitenses *c. canonica 50. h. tit. uti & Equites S. Mariæ Teutonicorum, quia sunt veri Religiosi. De Equitibus S. Jacobi, S. Lazari, & aliis, an Canonis privilegio gaudeant, ut eorum percussione Excommunicatione reservata incurrant, controversia est inter DD. in qua particularibus privilegiis, & consuetudine standum erit, ut monent Molin. D. 50. cit. n. 5. & Palao §. 1. n. 16.***

Quæritur 4. quamnam persona comprehendatur hac Lege, ut incurrant Excommunicationem Pontifici reservatam? R. comprehenduntur omnes, & singuli fideles utriusque sexus, quavis autoritate fulgentes; si suadente Diabolo manus violentas injecerint in Clericum, vel Monachum. Patet ex ipso textu, ubi adhibetur vox *si quis*, quæ universalis est, & omnes comprehendit. Adeoque Excommunicationem istam incurrunt 1. etiam pueri, & in minori ætate constituti, modo rationis usum perfectum habeant, ut colligitur ex *c. mulieres 6. & c. fin. h. tit. 2. qui percussit Clericum, hoc committitur; quia Clerico, si delinquat, poena ab Ecclesiastico, suoque Magistratu est infligenda. Barbol. in can. si quis suadente cit. n. 47. Wiefn. hic n. 79. Reiffent. n. 115. la Croix n. 300. 3. qui talem Clericum, vel Religiosum percussit, etiam consentien-*

tem

rem in sui percussione; quia privilegium hoc non tam personæ privatæ Clerici, quam ipsi Ordini Clericali datum, consilii favor publicus est, cui à privatis renuntiari nequit *c. contingit 36. b. tit. Pirh. n. 52. Engl. n. 134. Wiestn. n. 80. & 81. la Croix n. 300. & alii passim.* 4. qui ejusmodi actionem graviter injuriosam exercet in defunctum; quia injuria etiam defuncto, & Clericali Statui in ipso fieri potest. *Felin. in c. à nobis n. 4. b. tit. Graff. de Effect. cleric. 9. n. 40. Barbof. l. cit. n. 47. Wiestner l. cit. la Croix n. 319.* 5. qui actionem injuriosam in Clericum alii mandat, vel propositis rationibus suadendo consulit, si inde sequatur percussio *c. mulieres cit. §. fm. item* qui pereventi favet, & consentit *c. quantæ 47. b. tit. vel eam in gratiam sui factam aliquo signo externo ratam habet c. cum quis 29. eod. in 6. uti etiam, qui cum sine gravi incommodo possit, & ex officio, sive Justitia teneretur, non impedit c. quantæ cit. ibi Eos delinquentibus favere. Navar. c. 27. n. 78. Molin. D. 52. à n. 27. Palao p. 23. §. 2. à n. 5. Pirhing n. 53. & Reg. Engl. n. 135. Wiestn. n. 78. Reiffenruef à n. 111. la Croix à n. 303.*

Dub. 1. an omnes ejusmodi consentientes, mandantes, consulentes &c. incurrant semper hanc Excommunicationem? *¶* negativè. Sed 1. ut sub Excommunicatione hac comprehendantur, opus est, ut percussio ipsa subsequatur, & quidem, ut subsequatur ex vi mandati, consilii, vel favoris ad scelus dati; nam si vel actio ipsa subsecuta non fuerit vel subsecuta non fuerit ex vi mandati, consilii &c. immunis est mandans, consulens &c. ab Excommunicatione. *Molin. tr. 3. D. 52. n. 2. §. 9. Coninck D. 14. n. 175. Palao §. 2. cit. n. 6. & colligitur ex c. mulieres cit. ibi, Cum is committat verè, cujus auctoritate, vel mandato delictum committi probatur: ex quo patet, requiri, ut mandatum, consilium &c. sit causa delicti.*

2. Pariter non obstringitur Excommunicatione hac, qui consilium, vel mandatum, quod scelus patranti dedit, ante delictum patratum sufficienter revocat, & hanc revocationem notam facit mandatario, vel consiliario, licet iste dein peragat destinatum scelus: & ratio est, quia tum non amplius vi, consilii, aut mandati, sed ex propria agentis malitia scelus patrat. Dixi autem, si hanc revocationem notam faciat &c. nam si nota non sit mandatario, aut consiliario revocatio consilii, vel mandati, consilium, & mandatum adhuc erit causa delicti, & consilii obstringetur mandans, vel consulens non aliter, ac si revocationem non posuisset. *Molin. l. cit. n. 3. Coninck n. 176. & 183. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 5. n. 7. Palao §. 2. cit. n. 7. Ne-R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.*

que obest, quod revocato per poenitentiam veram consilio, aut mandato, consulens, & mandans existat fortè jam in gratia, cum scelus peragitur à mandatario; nam ut contrahatur Excommunicationis poena, sicut etiam Irregularitatis, non requiritur delictum formaliter committi tempore contractionis, sed sufficit commissum fuisse antea; quia poenæ istæ stare simul possunt cum gratia.

3. Notandum, quòd ad evitandam²²³ hanc Excommunicationis poenam non sufficiat, ut consilium, vel mandatum revocetur quomodocunque, sed requiritur, ut revocatio sit efficax, & mandati, seu consilii positi virtutem influendi in actum alterius tollat: in quo ipso diversa est ratio inter mandantem, & consulentem; nam mandatum tum censetur sufficienter revocatum, cum verbo, Epistolâ, aut per internum mandans revocationem suam mandatario significat seriò; imò ut post *Innoc. Abb. &c. notat Tolet. l. 1. Summ. c. 24. n. 1.* si mandans facit pacem, amicitiam, aut parentelam contrahit cum eo, cui per mandatum suum damnum parabat, modò hoc mandatario innotescat sufficienter; tunc enim jam virtualiter revocat. Plus requiritur in consulente; nam hic, ut sufficienter revocet suum consilium, præter significationem mutatæ voluntatis, tenetur etiam proponere rationes suadentes contrarium: etsi hæc quidem prudentis iudicio existimentur sufficientes ad consilium iniquum removendum, non amplius consulens censetur esse delicti causa; erit autem adhuc delicti causa, si rationes hæc novæ tales non sint, ut consiliarium amovere à delicto sufficienter possent. Ratio autem, quòd hoc requiratur, est, quia in consilio non tantum auctoritas consulentis, sed etiam rationes ab ipso allatæ influunt: unde si posita hac revocatione, consiliarius adhuc pergat in scelere, eò quòd putet consulentem, non seriò revocare, vel rationes non æquè efficaces esse ad contrarium persuadendum, probabilis consulens adhuc Excommunicationem, & alias poenas incurret, ut *Palao l. cit. n. 9.* putat, quamvis ibidem existimet etiam probabile esse contrarium.

Dub. 2. quid requiratur, ut Excom-²²⁴ municationem Canonis incurrat etiam ille, qui percussione, suo nomine factam, ratam habet? *¶* juxta *Tolet. l. 1. c. 31. n. 6. & 7.* quinque hæc requiruntur. 1. ut delictum nomine illius factum sit, 2. ut sit tale delictum, quod per alterum possit committi; secus, si non potest. 3. ut ratum habeatur; nam qui dicit, *Do-leo, quòd factum sit meo nomine, sed gaudens, quòd sit factum*, non videtur ratum habere factum alterius. 4. ut

percutio fiat eo tempore, quo posset illam mandare: & hinc si eo tempore, quo fit percutio, rationis usum non habeas ob infamiam, vel amentiam, etsi deinde percutionem, in gratiam tui factam, ratihabeas, in Excommunicationem per hoc non incidis. Qui tamen eo tempore, quo delictum in gratiam sui factam est, somno, aut ebrietate detentus est, non excusatur ab Excommunicatione, si postea ratihabeat; quia somnus, & ebrietas rationis usum non tollit permanenter: quod sufficit, ut retrorahi possit ratihabitio. 5. denique requiritur, ut rata habeatur percutio per aliquod signum externum; quia actus merè internus non subjacet potestati Ecclesiæ, & conf. etiam puniri Censurâ nequit.

225 Dub. 3. an Excommunicationem Canonis incurrat etiam Clericus, qui seipsum occidit, mutilat, vulnerat, aut qui, ut ab alio occidatur, percutiatur &c. mandat, vel consentit? 1. probabilis neutro casu excommunicationem incurere. Et quidem quoad 2. Casum satis conveniunt DD. & colligi videtur ex c. *contingit* 36. b. tit. nam ibi Pontifex solum decernit, quod Clericus consentiens in percutio- nem sui excommunicandus sit, si post prohibitionem hujusmodi sponte se subjecerit. igitur supponi videtur, ipso Jure excommuni- catum non esse. Neque obstat, quod agentes, & consentientes pari poena plectantur; quia hoc verum est solum, ubi aliud ex Jure fundamentum habetur nullum. Suar. D. 22. de Censur. sect. 1. n. 57. Quoad priorem casum contrarium affirmat Abb. in c. *contingit* cit. Navar. Man. c. 27. n. 78. Sayr. Theaur. l. 3. c. 26. n. 20. Molin. D. 51. n. 4. Suar. sect. 1. cit. n. 59. Coninck D. 14. dub. 15. n. 170. Bonac. D. 2. de excomm. q. 4. p. 2. fin. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 5. n. 5. Pirh. n. 52. Reiffenstuel n. 116. Negativam tamen defendit Barbof. in c. *contingit* cit. n. 7. & probabile censent Suar. Bonac. Palao &c. quia Pon- tifex can. si quis suadente videtur requirere distinctionem personarum inter eum, qui violentas manus injicit, & eum, cui illæ injiciuntur. Neque obstat can. si non licet 9. caus. 23. q. 5. quia in isto tantum dicitur, quod Suicidio non minus com- mittatur homicidium, quam alterius vio- lenta interemptione, non tamen dicitur, quod Excommunicationem Canonis in- currat Clericus sibi manus violentas infe- rens.

225 Quæritur 5. quid requiratur, ut quis incurrat Excommunicationem can. si quis suadente cit. 1. quatuor vi cit. can. re- quiruntur. 1. ut sit manu injectio: hinc Excommunicationem istam non in- currit, qui solum verbis contumeliosis Cle-

ricum, vel Religiosum afficit; vel qui citra manuum injectionem, aut detentio- nem corporalem Clericum cogit, ut se redimat, vel aliquid ei tribuat: item qui vibrat hastam, baculum, gladium, volens eum percutere, non tamen percutit, quia v. g. Clericus ictum, sibi intentatum declinavit, aut lædere volens ab eo aberravit. Suar. D. 22. sect. 1. n. 23. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 5. n. 6. Barbof. in can. si quis cit. n. 50. Engl. hic n. 133. Wiestn. ibidem n. 83. Per ma- nuum injectionem autem intelligitur quæcun- que actio, & effectus violentus in perso- nam, vel adhaerentia personæ, ut si per in- juriam aquam, salivam, pulverem in Cle- ricum projicias, si violentè illum detineas, etiam sine læsione, si aliquid ei per vim eripias è manu, vel corpore, si ad frenos equi manum adhibeas, aut præscindas Ep- hippij cingulum, si cibum, vel potum ve- neno infectum porrigas, quo moriatur, si furiosè eundem persequaris, ut cogatur se præcipitare in flumen, aut aliud discrimen ad se liberandum pati &c. Navar. Man. c. 27. n. 77. Molin. D. 51. n. 8. Suar. sect. 1. cit. n. 27. Laym. n. 6. Engl. n. 133. Pir- hing n. 51. Wiestner n. 76. la Croix tom. 8. l. 7. n. 300.

2. Debet esse manuum injectio vio-²²⁷ lenta; nam quando casualis est, etsi sit ho- micidium, & hoc peccaminosum mortali- ter, Excommunicatio non incurritur. Ex eodem capite non incurrit Excommunica- tionem, qui Clerico nummos tollit ex lo- culo penes se gestato, aut qui cingulum, quo actu incingitur, eidem aufert, etsi præ- ciso interveniat; quia actiones istæ vio- lentæ non sunt. Sayr. l. 3. Theaur. c. 26. n. 16. qui addit, neque eum excommu- nicatum esse, qui exilium præcipit Cle- rico, aut confinia, intra quæ se conti- neat; quia can. si quis suadente sub Excom- municatione prohibetur sola violentia exte- rioris manûs, quæ tali casu non interve- nit, sed sola vis præcepti.

3. Debet fieri suadente Diabolo, si-²²⁸ ve ex affectione animi interna lædendi Cle- ricum injectione manûs sacrilega, & gra- viter peccaminosâ; quia Excommunica- tio major quæcunque, tanquam poena gravissima, ut delicto improporionata non sit, gravem, & lethalem culpam præsup- ponit. Hinc si percutio sit tum secundum se, tum respectivè levis, & talis, ut peccatum veniale non superet, percutiens immunis est ab Excommunicatione.

4. Debet esse facta in Clericum, vel²²⁹ Monachum. Unde non sufficit violentas manus inferre personis conjunctis, fa- miliaribus &c. E contrario ab Excom- municatione non liberat error, quo quis vo- lens percutere Titium Clericum, percu- tiat Caium Clericum, putans esse Titium; quia

quia sufficit voluntas percutiendi, secuta percussione, licet non secuta fuerit in persona existimata, seu propofita. Sayr. l. 3. *Thef.* c. 27. n. 4.

230 Dub. 1. quænam causæ excusent ab hac Excommunicatione incurrenda? 1. varias esse causas, præcipuè verò duas considerari in hoc circumstantias oportere, personæ percussæ scilicet, & modi percussionis, ratione quarum excusatur ab Excommunicatione, uti etiam à peccato mortali plerumque percutiens, si his consideratis, non censetur esse graviter injuriosa Statu Clericali.

231 *Ex circumstantia persone percussæ excusatur* 1. qui percutit Clericum realiter degradatum, aut aliàs exutum privilegio Canonis, juxta dicta n. 218. 2. excusantur plerumque pueri Clerici rixantes, & se invicem percutientes pugno, etiam in templo, quamvis etiam sanguis effluat è naribus; quia plerumque injuria hæc inter ipsos levis censetur, Dixi plerumque; potest enim etiam inter ipsos percussio, & injuria gravis esse: unde, ut bene Palao p. 23. §. 3. n. 2. cum aliis notat, ex circumstantiis colligendum hoc est. 3. excusatur, qui ex mandato Prælati mittit violentas manus in Clericum eum capiendi, nisi modum excedat; nam, ut Sayr. l. 3. *Thefaur.* c. 27. n. 25. notat, si Clericus quietè se permittit capi, aut duci, capiens, vel ducens, eundem non resistentem calce, pugno, vel alio modo percutiens, excommunicatur: imò si Clericus cautionem fidejussoriam daret Episcopo de parendo Juri, capi, aut detineri non posset, nisi aut delicti enormitas, aut alia rationabilis causa hoc suaderet. 4. excusantur Officiales, qui reperientes Clericum de nocte, quem probabiliter timent commissurum delictum, eundem capiunt, ut præsentent Prælato; quia hic non potest notari Diabolica persuasio, cum id fiat ad obviandum delicto, & præsumptio mala sit contra incedentes de nocte. Sayr. l. cit. n. 28. 5. excusatur, qui Clericum excommunicatum, nolentem ab Ecclesia egredi, dum ibi Sacra peraguntur, leviter percutit. Victorell. in not. ad Tolet. l. 1. c. 33. citans Philiarc. Sayr.

232 *Ex modo percussionis à Censura excusatur* 1. qui ex subita passione, animo non plenè adverte, e. g. in ludo socium suum Clericum percutit, maxime si ab hoc prius percussus fuerit. Tolet. l. 1. *Summ.* c. 33. n. 1. Suar. D. 22. *sect.* 1. n. 50. Molin. tr. 3. D. 51. n. 7. §. 8. Coninck D. 14. dub. 15. n. 150. Bonac. D. 2. de Censur. in partic. q. 3. p. 6. n. 4. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 5. n. 8. Palao tr. 29. D. 3. p. 23. §. 3. n. 3. Engl. n. 136. Pirhing n. 42. Wiestner n. 83. Reiffenstuel n. R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

117. la Croix n. 300. Ratio est, quia inconsultus calor calumniæ vitio caret. Et hoc modo, ut bene Sayr. l. cit. n. 34. notat, excusari possunt percussiones tum defensivæ, tum correctivæ, quando modicum excessivæ sunt; quia excessus ille non ex deliberatione, sed passione contingit.

2. Excusatur, qui Clericum percutit, probabiliter ignorans esse Clericum, e. g. quia habitum, & tonsuram non detulit, vel etsi hunc deferret, noctu deprehensus fuit ab ignorante, quòd esset Clericus, quia signa Clericatus non vidit. Et hoc verum est, etsi percussio gravis sit contra Justitiam; quia non propter percussione in justam, sed propter percussione sacrilegam, & Statu Clericali injuriosam Excommunicationis poena statuitur. atqui stante ignorantia probabilis Status clericalis, cessat injuria, ut manifestè colligitur ex c. si verò 4. b. tit. ubi excusatur ab excommunicatione percussor Clerici comam nutrientis, quia probabiliter existimare poterat non esse Clericum. Sanch. l. 9. de Matr. D. 32. n. 41. Palao l. cit. n. 4. Dixi probabiliter ignorans; nam si crassa ignorantia foret, ut si tonsuram videns, tamen putaret, non esse Clericum, ab excommunicatione non excusaret. Quod si dubitetur, an percutiens probabiliter ignoraverit, proprio Juramento purgare se potest: si jurare noluerit, contra eum præsumitur, & ideo tanquam excommunicatus vitandus est, donec per Sedem Apostolicam absolvatur. Sayr. l. 3. *Thefaur.* c. 27. n. 2.

3. Excusatur, si quis volens percutere Titium Clericum, aberret ab illo, & casu, five præter intentionem percutiat alium Clericum ponè adstantem. Suar. *sect.* 1. cit. n. 54. Coninck n. 197. Laym. n. 8. Ratio est, quia talis non percutit voluntariè hominem, quem scit esse Clericum; ponitur enim, quòd à Clerici intenta percussione aberraverit, & alterum hominem, qui fortè adstant, & Clericus erat, involuntariè, & præter intentionem percussit. Unde discrimen est cum eo, qui Cajum Clericum percussit, putans esse Titium Clericum; nam iste ex destinato percutit hominem, quem scit esse Clericum, in quo tota consistit ratio, ob quam Excommunicatio lata est. Palao n. 4. cit.

4. Excusatur Prælati, qui Clericum, vel Monachum subditum, & Magister, qui discipulum correctionis, aut disciplinæ causâ percutit, quamvis iste in Sacris sit constitutus c. ex tenore 10. c. Ff 2 uni-

universitatis 24. c. cum voluntate 54. S. fin. b. tit. Magistri autem nomine, ut Molina, & ex hoc Palao l. cit. n. 6. advertunt, venit etiam Pædagogus, & quicumque alius, qui ad honestum aliquid docendum, vel in officio continendos Clericos assumitur. Debet autem 1. verberatio, quæ pro correctione adhibetur, exerceri erga Clericum subditum tali Prælato; nam si erga non subditum exerceretur, non evitaretur censura, quippe quæ solum evitatur, cum percussio est actus Jurisdictionis. 2. debet esse proportionata delicto, & personæ Ecclesiasticæ; nam si notabilis excessus esset, Prælatus eam infligens incurreret Excommunicationem, quippe cum talis percussio jam non esset Ecclesiastica disciplina, sed violenta manuum injectio, 3. talis castigatio fieri debet, servato ordine Juris, si sit poena Juridica, vel saltem debito correctionis modo, si sit paterna, & religiosa correctio; atque hinc si Superior temere irruat in subditum sine proportionata causæ cognitione, non censetur agere ut Superior, neque evitabit censuram Canonis. Suar. D. 22. sect. 1. n. 41. Plura vide supra Tit. 24. de Cler. Percussor.

236 5. Excusantur, qui in defensionem sui, vel alieni honoris, corporis, famæ, bonorum fortunæ Clericum aggressorem detinent, vel percussor, si tamen in continenti hoc fiat, & moderamen inculpatae tutelæ observetur: quia hæc percussio non vis, sed defensio est, quæ cuivis licet, sive se, sive alium innocentem defendat c. si verò 3. v. si verò Clericum, c. ex tenore 10. b. tit. Molin. D. 55. an. 3. Suar. sect. 1. cit. à n. 33. Avil. p. 2. c. 5. D. 33. dub. 12. Laym. c. 5. n. 8. Palao §. 3. cit. n. 15. Engl. hic n. 137. Wiestner n. 24. §. 85. Reiffenstuel n. 118. la Croix n. 300. Ex hoc capite Bonacina cum communi excusat Creditorem, qui Clericum debitorem fugientem, vel fugam parantem detinet, ut eum Superiori præsentet, & creditum suum acquirat; item illum, qui Clericum furem in continenti insequitur (nam hujusmodi insecutio licita est, cum fiat ad res suas recuperandas, & defendendas) similiter mulierem, quæ Clericum de stupro illam tentantem percussit, modò tentatio non fiat solo verbo, sed factò: quod si tamen valde molestus esset, & mulier se aliter ab eo liberare non posset, quàm fuste, & verberare, etiam tentatio verbo facta sufficeret, ut ex communi docent Avil. Suar. Conin. Laym.

237 6. Excusatur ab Excommunicatione, qui percussit Clericum turpiter inven-

tum cum uxore, matre, sorore, filia percussor, quam amplexibus, tactibus, oculis, præsertim in loco secreto, aut suspecto, tractat; nam effi talis percussio, vel occidendo lethale committat peccatum, Jus Canonicum tamen in detestationem illius criminis, & ob difficultatem cohibendi vindictæ impetum, noluit percussorem Excommunicatione punire, ut habetur c. si verò 3. v. nec illa b. tit. & tradit ibid. Gloss. V. turpiter, Navar. Man. c. 27. n. 24. Molin. D. 55. cit. n. 5. Suar. n. 37. Laym. n. 8. Palao n. 13. Engl. n. 126. Pirhing n. 69. §. 70. Wiestner n. 28. Reiffenstuel n. 126. la Croix n. 300. §. 307. Permissionem hanc Innocentius extendit etiam ad Aviam, neptem, & omnes ascendentes, & descendentes: sed, ut ex communi Suar. Molin. Coninck Laym. Pal. Bonac. Docent ad alias personas propinquas privilegium hoc extendi non debet; & ratio est, quia hæc exceptio odiosa est Statui Clericali, cum restringat eorum privilegium, sed quæ odiosa sunt, ultra personas Jure expressas extendi non debent, ergo &c. Dicendum igitur, non evitare censuram eum, qui Clericum cum aliis personis extraneis, vel remotioribus gradu, præter nominatos, de prehensum percussit. Engl. n. 126. cit. fin.

Dub. 2. an in continenti debeat fieri hæc percussio, ut percussor ab Excommunicatione immunis sit? Ratio dubitandi est, quia etiam transacto actu, difficile est temperare tristitiam, & dolorem in tali casu ex injuria conceptum, & cohibere vindictam, atqui ob hanc difficultatem concessum est hoc privilegium, ergo cum manente causa, maneat idem effectus, dicendum est, non minùs ab Excommunicatione excusari illum, qui post moram temporis Clericum sic inventum percussit, quàm qui eum percussit in continenti. Sed dicendum, percussorem faciendam in continenti, ut evitetur excommunicatio. Ita Sayr. l. 3. Thesaur. c. 27. n. 23. Suar. D. 22. sect. 1. n. 35. Molin. tr. 3. D. 7. ad 1. & D. 55. n. 5. fin. Laym. c. 5. cit. n. 8. v. quarta, Bonac. D. 2. de Excomm. q. 4. p. 6. n. 6. Palao §. 3. cit. n. 14. & communis DD. Colligitur ex c. si verò 3. b. tit. ubi textus excusat tantum illum, qui percussit Ecclesiasticum turpiter inventum cum uxore, matre, filia, sorore percussor, at, qui percussit post finitum delictum, non percussit formaliter inventum, seu quem actu invenit, sed percussit alio tempore in delicto repertum. Ex quo cadit etiam Ratio dubitandi allata in contrarium.

Major difficultas est de eo, qui delinquentem ex industria expectat, & secretò observat, ut venientem percutiat, an excommunicationem incurrat? Laym. l. cit. putat hanc non effugere; quia occasione presentis doloris facile removere poterat, & debebat. Jus autem c. cit. ad censuram vitandam exigit, ut quis percutiat turpiter inventum seu casu, & prater intentionem deprehensum, ergo &c. Sed contrarium cum communi docet Navar. Man. c. 27. n. 84. Molin. D. 55. §. 7. Coninck D. 14. dub. 15. n. 196. Bonac. D. 2. q. 3. p. 6. sect. 4. v. 6. Palao §. 3. cit. n. 15. qui putant, si absit dolus, talem non incurere excommunicationis Censuram. Ratio est, quia secreta hæc, & occulta observatio, aut expectatio non impedit, quin turpiter agentem invenias, etsi invenias quæsitum, & expectatum, ergo nisi fraudi, vel dolo alterum inducas in delictum, ut in delicto deprehensum percutias, observatio hæc, & expectatio occulta nihil obest. Dixi autem, Nisi fraude, vel dolo alterum inducas in delictum? nam si hoc facias, ut Navar. Laym. Molin. Bonac. Palao &c. docent, censuram non effugies; neque enim æquum est, ut deceptionibus iniquis per privilegia sua favore Ecclesia.

Dub. 3. an pater, aut alii propinqui, vel consanguinei Ecclesiasticos sibi subditos punire possint? certum est, punire posse, si in minoribus solum sint constituti, & percussio sit moderata, nam sic expressè habetur c. cum voluntate 54. h. tit.

De iis, qui Sacris initiati sunt, bifariam dividuntur DD. S. Antonin. p. 3. tit. 24. c. 1. §. 2. cas. 12. Sylv. V. Excommunicatio 6. cas. 8. Navar. Man. c. 27. n. 82. Suar. D. 22. sect. 1. n. 49. Filiuc. tr. 15. c. 1. q. 1. §. 6. Coninck D. 14. dub. 15. n. 192. Valent. s. 2. q. 9. p. un. Bonac. D. 2. de Excomm. extr. Bull. q. 3. p. 6. sect. 4. n. 4. & tom. 1. D. 2. q. 4. p. 4. n. 4. existimant licere Patri corrigere filium, etsi is, qui percutitur, in Majoribus Ordinibus constitutus sit. Colligunt hoc ex c. cum voluntate cit. ubi nulla sit distinctio inter clericum constitutum in majoribus Ordinibus, vel in minoribus. Ratione utuntur triplici. 1. quia per susceptionem Ordinis Sacri filius non eximitur à disciplina patris, sed ante susceptionem Ordinis Sacri pater potuit pro qualitate personæ, & culpæ moderatè punire filium, ergo idem poterit post Ordines Sacros susceptos. 2. Patrifam, Jure naturali concessum est corrigere delinquentes ex

sua familia, sed propter id, quod Jure naturali concessum est, excommunicationis poena imponi non potest, ergo &c.

3. Magister potest discipulum, in Sacris constitutum, moderatè punire, ut dictum est n. 235. sed Pater majorem habet potestatem in filium, quàm Magister in Discipulum.

Contrà non posse filium in Sacris constitutum ad correctionem à Patre percui, contendunt Molin. tr. 3. de Just. D. 228. V. hic tamen effectus, & D. 56. n. 6. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 5. n. 9. Palao D. 3. p. 23. §. 3. n. 8. Barb. in c. 54. cit. n. 6. Engi hic n. 139. Piching n. 75. Wiestn. n. 87. post Felin. Host. Abb. Anton. de Butrio, Zabarellam, Angelum &c. quorum Sententia, quia favorabilior Dignitati Clericali, videtur amplectenda, ex triplici fundamento. 1. quia can. siquis suadente omnibus generaliter prohibitum est in Clericum violentas manus injicere, ergo cum nulpam concessum sit patri privilegium, ut correctionis causâ violentas manus possit injicere in filium, qui in Sacris jam constitutus est, censendum est id non licere patri. 2. ex eo, quod seniores Clerici, & alii ex officio deputati percutere possint pueros in minoribus constitutos, Sacra turbantes, communis sententia teste Molina inferit, nullatenus id permissum esse ipsi erga Clericos in Sacris constitutos, ergo pariter, etsi Jus Patri tribuat potestatem castigandi filium in minoribus constitutum, non tamen hoc sequitur etiam de filio in Sacris constituto. 3. quando Prelatus Episcopo inferior corrigere peccantem Clericum vult per alium, id ex rigore Juris, ut Tit. 25. n. 6. dictum est, fieri debet per alium Clericum, & non per Laicum; quia indecens est, Laicum etiam correctionis causâ manus violentas injicere in Clericum, atqui Pater, ordinariè saltem est Laicus, ergo saltem eos, qui in Sacris constituti sunt, non potest percutiendo corrigere.

Neque efficaciter contrarium probant Rationes allatæ. Ad 1. dico, etsi filii per susceptionem Ordinis Sacri non extrahantur ex potestate patria absolute, extrahuntur tamen ab illa quoad effectum correctivæ percussionis. Ad 2. Jure naturali parentibus concessa est potestas corrigendi filios, sed correctione accommodata ipsorum filiorum qualitati, & statui. Ad 3. negatur paritas; nam Magister plerumque est Clericus, etsi quandoque sit Laicus, at Pater, ordinariè est Laicus, licet aliquando sit Clericus. Lex autem spectavit id, quod contingit frequentius. Unde ratio fuit, quod indiscriminatim potestatem corrigendi quosvis

Clericos concefferit Magiftris, Patri vero eam limitavit folum ad eos, qui funt in minoribus. Imò, ut Felin. in c. cum voluntate cit. & Molin. D. 56. n. 7. tradunt, probabile est, etiam Magiftrum, in gradu Ecclesiastico inferiore constitutum, punire non posse discipulum constitutum in altiore gradu; quia indecens est, ut inferior in gradu Ecclesiastico superiorem puniat.

¹⁴³ Queritur 6. quis absolvere possit ab excommunicatione Canonis? 2. distinguendum esse inter percussiones; nam alia est percussio enormis, seu atrox, alia gravis seu mediocris, alia levis, sic dicta, non quòd culpam mortalem non attingat; nam excommunicatio hæc necessarid requirit culpam mortalem: sed comparatione aliarum percussionum, quæ graves, aut etiam atroces sunt. *Atror*, seu *enormis* censetur, quando processum est ad mutilationem membri, aut vulnus inflictum est, unde inhabilitatur membrum, vel effusio sanguinis facta cum abundantia, non tamen è naribus, unde facilè egreditur, sed aliunde. *Levis* est, quæ fit pugno, palmâ, manu, pede, ligno, lapide non facientibus vulnus, nec relinquentibus maculam, vel fugillationem carni, vel quæ fit absque abscissione membri, sine effractione dentis, sine evulsione multorum capillorum, sine effusione multi sanguinis, ut patet *Extrav. Joann. XXII.* quam refert Navar. *Man. c. 27. n. 92. Media*, seu *gravis* illa dicitur, quæ est media inter enormem, & levem, qualis est, quâ dens extrahitur, vel capillorum copia evellitur, aut fugillatio carnis relinquitur, aut sanguinis copia effunditur, absque gravi læsione, vel injuria.

¹⁴⁴ Hoc tamen solum verum est regulariter loquendo; nam sæpe percussio, quæ respectu unius levis est, ex circumstantiis apud alium gravis, imò quandoque etiam enormis fit. Tales autem circumstantiæ sunt 1. *pars corporis*, in qua fit percussio, ut si percutias in ore, oculo, facie graviter; nam in his censetur percussio gravior esse, quàm in aliis corporis partibus, & cons. minor percussio in his sufficit ad injuriam gravem. 2. *locus*, ut si percutias in platea, theatro, aut confessu publico, si Sacris indutum vestibus, vel paratum ad Divina celebranda, aut coram Rege, Præiato, vel alia persona in magna dignitate constituta &c. 3. & maxime *Status personæ* offensæ, & offendentis, ut si percutias Episcopum, Abbatem, Superiorem, Judicem, Patronum, Herum, aut alium in Dignitate constitutum: item si Sæcularis percutiat Religiosum, aut homo infimæ fortis nobilem Ecclesiasticum; nam hæ percussiones, etsi leves ex se fo-

rent, grave scandalum generant, & graves injuriæ reputantur. Unde, ut bene *Toletus* notat, Regula universalis dari non potest, sed an gravis, aut levis, vel etiam enormis percussio sit, ex judicio prudentum definiri debet. In dubio, cum absolutio in foro externo petitur, committitur judicium Dioeceseo; si in foro interno tantum, decisio ad eum pertinet, qui potestatem absolvendi in foro interno habet.

Habet autem potestatem absolvendi ab hac censura, spectato Jure communi, & seclusis specialibus privilegiis, ac consuetudine, solus Pontifex; nam, ut ex *can. siquis Juadente* *sepius cit.* constat, hanc absolutionem sibi extra articulum mortis reservavit Pontifex. Et hoc procedit, etiamsi delictum occultum sit, spectato Jure communi: quod tamen relaxavit *Trid. sess. 24. c. 6. de reform.* *Pirhing hic n. 88. coroll. 2.* Dixi *spectato Jure communi*, & *seclusis privilegiis, ac consuetudine*; nam ex speciali Jure, & privilegio extra articulum mortis etiam aliis quibusdam potestas ista concessa est. Atque hinc in particulari.

Dubitat 1. de Legato Pontificis, à qua percussione possit absolvere? 2. distinguendum esse inter Legatos. *Legatus à Latere* absolvere potest ab omni percussione in utroque foro, neque eos solum, qui sunt de Provincia, ad quam destinatur, sed etiam quosvis alios ad ipsum concurrentes: incipit hæc ejus potestas à die, quo curiam Romanam egreditur, usque ad diem, quo ipsam regrediens ingreditur. Ita cum communi *Gloss. & Abb. in c. excommunicatis 9. de Offic. Legat.* Ratio est, quia hic Pontificia gaudet autoritate *c. ad eminentiam 20. b. tit.* Neque hæc est propriè extensio *can. siquis Juadente*, sed declaratio; quia sub Judice Ordinario semper comprehenditur, qui ejus vices gerit, sive Legatus illius. *Engl hic n. 143.* *Legatus Nuntius*, seu *missus*, quos *Nuntios Apostolicos* appellamus, eandem habet facultatem, sed magis restrictam; nam absolvere potest tantum eos, qui de sua sunt Provincia, & quamdiu in Provincia existit, non vero alios, vel alibi, ut colligitur ex *c. excommunicatis cit. Legatus natus* ratione Legationis suæ in ordine ad absolvendum ab Excommunicatione nullam specialem potestatem habet, sed eam solum gaudet, quæ reliqui Ordinarii, nisi major à Sede Apostolica specialiter iisdem concedatur, ut constat ex *c. cit. & tradit Molin. D. 58. per totam, Sum. D. 22. sess. 1. n. 60.* *Wiestner hic n. 90.* & communiter DD. Videantur dicta *Libr. 1. Tit. 30. à n. 4.*

Dub. 2. quam potestatem absolvendi ab hac censura habeant Episcopi, & Archiepiscopi? 2. ab Excommunicatione contracta

tracta ob levem percussorem absolvere possunt Episcopi, cæterique Ordinis Episcopalis, & verisimiliter quicumque Prælati alii, Jurisdictionem quasi Episcopalem in certo territorio, & in ejus populum exercentes *c. pervenit 17. b. tit. & Extrav. perle-ctis Joan. XXII. allegata à Covar. in c. alma p. 1. §. 9. n. 2. Engl hic n. 146. Pirhing n. 48. Wiestner n. 92. la Croix tom. 2. l. 7. n. 300.* Potestque potestatem istam Episcopus committere etiam alteri; quia hæc ipsi competit Jure ordinario. Imò etiam Vicarius Generalis Episcopi ab iisdem casibus non solum ipse potest absolvere, sed etiam dare aliis facultatem absolvendi; quia ipse est Judex Ordinarius, & facit unum Tribunal cum Episcopo.

248 Si percussio sit gravis, & enormis, interest, an occulta illa sit, & ad forum contentiosum nondum deducta, an verò notoria, vel deducta ad forum contentiosum. Si primum, ut ob alia delicta (excepto homicidio voluntario) ita etiam ob percussorem Clerici quæcumque excommunicatos absolvere possunt Episcopi vi Trid. sess. 24. c. 6. de reform. Eadem potestas ibidem datur etiam iis, qui Jurisdictionem Episcopalem habent, etsi characterem non habeant.

249 Si secundum, neque Episcopus, neque ejus Vicarius per se potest ab hac censura absolvere; quia potestatem istam sibi soli servavit Pontifex, præter casus Jure expressos. Excipiuntur autem speciali Jure, ut ab Episcopo etiam ob percussorem gravem, & enormem absolvi possint. 1. Impuberes *c. super eo 1. c. quamvis 58. §. c. fin. b. tit.* Et hoc verum est, etsi post pubertatem primum absolutionem petant *c. fin. cit.* quia beneficium, à Jure semelipsis indultum, pubertatis anni supervenientes non extinguunt. Abb. in *c. fin. cit. n. 1. Sayr. l. 5. c. 28. n. 20. Molin. D. 59. n. 3. Suar. D. 22. sect. 1. n. 69. Bonac. tom. 3. D. 5. q. 3. p. 6. sect. 5. n. 12. Palao D. 3. p. 23. §. 4. n. 6. Engl hic n. 30. §. n. 144. Pirhing n. 74. §. 87. Wiestner n. 95. la Croix n. 300.*

250 2. Moniales *c. de monialibus 33. b. tit.* & mulieres alix, cujuscunque ætatis, & conditionis sint *c. mulieres 6. & c. ea noscitur 13. eod.* Et hoc verum est, etsi Pontificem adire possent; quia periculosa harum peregrinatio à Jure censetur. Abb. in *c. cit. Palao n. 7. Vallens. §. 7. n. 4. §. 5. Engl n. 130. §. 144. Pirhing n. 77. §. c. Wiestner l. cit.*

251 3. Clerici in eadem domo commorantes, ut in Seminariis, Convictoriis, Collegiis Universitatum, saltem si non sit enormis percussio *c. quoniam 9. de Vit. §. honest.* quia cum ratione communis vitæ, & assiduæ cohabitationis facile

irascantur, conveniens non fuit, ipsos pro absolutionis beneficio ad Sedem Apostolicam, vel istius Legatum mitti. Abb. in *c. cit. n. 3. Palao n. 15. Engl n. 131. §. 144. Wiestner l. cit.*

4. Janitor Principis, Prælati, vel alterius potestatis, si prætextu Officii sui, non tamen arrogandi sibi potestatem, vel Jurisdictionem in Clericos, percutiat Clericum, modò percussio non sit enormis *c. si verò 3. pr. b. tit. & ibi Glossa cum communi DD.* Quod Palao n. 16. extendit etiam ad Apparitores publicos, qui arcendo turbam, ex negligentia, non tamen ex proposito percutiunt Clericum.

5. Servi: nam hi, nisi percussio tam enormis fuerit, ut ad vitandum scandalum, & tollendum exemplum oporteat percipientem mittere ad Sedem Apostolicam, ab Episcopo absolvi possunt, si absentia eorum in magnum detrimentum domini cederet, & Dominus in culpa læsionis non fuit particeps cum suo servo *c. relatum 37. b. tit.* quod tamen non est intelligendum de famulis conductitis liberis, ut rectè notat, Toler. l. 1. c. 32. n. 4.

6. Quicumque alii, etiam viri, habentes necessitatem aliquam gravem, quæ difficilem ipsis reddat recursum ad Sedem Apostolicam, vel ejus Legatum, ut si quis laboret febri tertiana, vel alio morbo, si debilis sit, aut ob defectum alicujus membri laborem itineris sustinere non valeat, si ad perficiendum iter cogeretur mendicare, quòd aliàs non fuit solius, si senex sit, etiam fortis viribus, si periculum sit in itinere ob bellum, pestem &c. Eadem ratione excusantur, qui sine damno alieno non possunt iter Romanum facere, ut maritus, Parochus, Gubernator urbis, aut alii publico officio illigati, nisi tamen hi idoneum Vicarium habere possint *c. ea noscitur cit. c. quamvis 58. eod. Palao n. 18. Vallens. §. 7. n. 4. Engl n. 144. Pirhing l. cit. la Croix n. 300.* Ii, qui non habent impedimentum perpetuum, antequam sic absolvantur ab Episcopo, nisi pueri, vel mulieres sint, præfinito Juramento, promittere debent, quòd si viribus suis restituti fuerint, vel aliud impedimentum cessaverit, ad Sedem Apostolicam, vel Legatum ejus velint accedere *c. cit. fin.*

Dub. 3. quam potestatem absolvendi ab Excommunicatione Canonis respectu Subditorum suorum Regularium habeant Abbates Præpositi, Priores, Guardiani, Rectores, & similes eorum Superiores? 3. distinguendum esse, non tantum inter actiones, sed etiam inter personas, quibus violentas manus injecerunt. Vel enim ab ipsorum subdito percussus est alius ejusdem Monasterii Religiosus, vel alius diversi Monasterii, aut Clericus Sacularis.

²⁵⁶ Si Religiosus ejusdem Monasterii percussus est, percussor absolvi potest à Superiore suo locali, & multo magis à Provinciali, & Generali *c. Monachi 2. b. tit.* nisi percussio sit enormis; tunc enim de Jure pro absolutione recurrendum est ad Sedem Apostolicam, vel ejus Legatum *c. canonica 50. b. tit. Navar. Man. c. 27. n. 92. Suar. D. 22. sect. 1. n. 73. Tolet. l. 1. c. 32. n. 8. § 9. Sayr. l. 3. c. 3. & c. 28. n. 10. § seqq. Molin. tr. 3. D. 60. n. 1. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 5. circ. fin. Palao tr. 29. D. 3. p. 23. § 4. n. 8. Pirhing n. 60. Wiestner n. 97. la Croix n. 321. Dixi de Jure nam ex specialibus privilegiis Regulares plerique ab Excommunicatione, ob quamcunque percussione contracta, absolvi à Superioribus suis possunt, ut constat ex *Compend. Privil. Societ. JESU V. Absolutio, & Privil. FF. Min. V. eod. §. 13. § 30. Molin. l. cit. n. 6. Laym. n. ult. Palao n. 10. Engl n. 132. § 144. Pirhing n. 63. not. 7. Wiestn. n. 97. fin. la Croix n. 321.**

²⁵⁷ Si verò percussus est Religiosus diversi Monasterii, vel Domus, percussor quidem absolvendus est à suo Superiore, sed presente Superiore percussi, ut utriusque consensu satisfactio imponatur *c. cum illorum 32. b. tit.* nisi iste vices suas Superiori percussoris commiserit, *Abb. in c. cit. n. 13. Sylv. V. Absolutio 5. n. 5. Suar. sect. 1. cit. n. 73. Molin. n. 5. Laym. n. 10. Palao n. 9. Engl n. 132. Pirhing n. 63. not. 4. Wiestner n. 97. la Croix n. 321.* Quodsi hi duo Prælati discordaverint in satisfactioe imponenda, quia Prælatus offensus acerbior em exigat eam, quam Prælatus offendens designat, eligendus est tertius arbitet, qui cum ipsis Judicium ferat; semper tamen absolutio, impositio, & executio poenæ ad Prælatum offendens, utpote verum ejus Superiorem, peccabit. *Palao l. cit. cum Sylv. Molin. Laym. cit.*

²⁵⁸ Si denique percussus sit Clericus secularis, distinguendum est imprimis inter percussione modum; nam si percussio sit *gravis*, aut *enormis*, non à suo Prælato, sed à Summo Pontifice solo absolvi debet. Si verò *levis*, videndum est, an percussor Religiosus sit exemptus, an non. Si exemptus non est, absolvi debet ab Episcopo; si verò exemptus, absolvi ab isto poterit, saltem cum consensu sui Prælati Regularis *c. cum illorum cit. & c. Religioso 21. eod. in 6. Sylv. l. cit. n. 2. § 5. Suar. n. 73. Palao n. 10. § 11. Engl n. 132. Wiestner n. 97. la Croix n. 321.* Quodsi consentire Superior regularis nolit, & simul ipse, cum possit, absolvere percussorem neget, *Palao n. 14.* distinguit, Vel enim hujusmodi absolutionem, vel licentiam justè denegat, eò, quòd ob enormitatem criminis omnino oporteat eum mittere pro absolutione ad

Sedem Apostolicam; & tunc Religiosus ejusmodi nequaquam poterit ab Episcopo Diocesano absolvi, vel negat eam manifestè injustè; & tunc absolvi poterit ab Episcopo, quippe cui tunc Religio, vel Pontifex censetur Jurisdictionem dare. Dixi autem *manifestè injustè*; quod rarò, vel nunquam contingit. Unde nisi manifesta sit injustitia, dum Superior absolutionem negat absque ejus licentia Religiosus exemptus ab Episcopo absolvi non potest. *Neque obstat*, quòd Exemptio sit privilegium; est enim privilegium in favorem non singulorum sed totius Religionis datum, & cons. privatus eo non potest cedere.

Porro, quòd de Religiosis dictum²⁵⁹ est, etiam dicendum de Novitiis; quia in favorabilibus hi nomine Religiosi continentur, ut adnotatur *c. cum illorum cit.* idque verum est, sive percussio ab ipso facta sit ante, vel post ingressum; nam absolvi poterunt ab eodem Prælato, à quo possunt absolvi alii Religiosi ejusdem Domus: hoc tamen discrimine, quòd Novitius, si ante Professionem è Monasterio egrediatur, obligatus sit Sedi Apostolicae se presentare; alioquin in similem Excommunicationem incidet *c. eos qui 22. b. tit. in 6.* quia absolutio ipsi concessa est ob impedimentum temporale, scilicet ne vagaretur. *Sayr. l. 3. c. 28. n. 13. Molin. D. 60. cit. n. 3. Laym. c. 5. fin. Palao n. 10.*

Dub. 4. quanam alii absolvere ab Ex-²⁶⁰ communicatione, ob percussione Clerici contracta, possint? *R.* in mortis articulo absolvere potest quivis à quavis censura, ut ex *can. si quis suadente sepius cit.* patet. Intellegitur autem periculum mortis non tantum, eum quis laborat gravi infirmitate, sed etiam, quando aliquis est in quocunque periculo vicino morti, ut si timeat hostes, si longinquam, & periculofam navigationem adiurus, si transiturus per loca infesta latronibus &c. Quodsi quis morte præventus absolvi non potuit à censura, ab eadem absolvi post mortem potest per eum, qui absolvere vivum potuit, si tamen signa contritionis dedit. Et talis absolutio ad id valet, ut talis sepeliri in loco Sacro, & suffragia fieri pro eo possint.

Extra articulum mortis, præter *Le. 261* gatum, Episcopum, vel Prælatum Religiosum per se loquendo nemo alius absolvere potest, nisi ex speciali privilegio: quod per Indultum speciale Religiosis mendicantibus ferè æquale cum Episcopis pro foro conscientiam in ordine ad hunc finem concessum est. Utrum verò ab his, vel ab Episcopo absoluti, adire adhuc Sedem Pontificiam debeant, controversa est. In qua certum est, non debere hanc adire, qui

absolutus sic fuit ob impedimentum perpetuum, cum ad impossibile nulla sit obligatio, Difficultas igitur tantum est circa eos, qui laborant impedimento non perpetuo: & rationem dubitandi facit, quod juxta dicta n. 254. isti promittere jurato debeant, se, cessante impedimento, accessuros Sedem Apostolicam. Verum istud intelligi debet casu, quo absolutio fit a non habente potestatem: unde cum juxta dicta n. present. Mendicantes, & juxta dicta n. 248. Episcopi ab omnibus ferè casibus, & censuris occultis, & ad forum contentiosum non deductis possint absolvere, ab his absoluti ulterius ad Sedem Apostolicam remitti non debent, sed ab iis, antequam absolvantur, tantum peti, ut satisfaciant Clerico injuriam passo.

Paret igitur, defacto post Trid. onus presentandi se Sedi Apostolicæ imponi tan-

tum debere illi, qui absolvitur ab alio, quam qui privilegium sic absolvendi habet, vel cum quidem absolvitur ab Episcopo, sed postquam censura non amplius occulta, sed ad forum contentiosum deducta est; tunc enim, si ob impedimentum occurrens absolvatur ab Episcopo, impedimento cessante, adire Sedem Apostolicam debet. Addit Syr. l. 3. Theaur. c. 28. n. 32. ex Navarro, justum impedimentum habere, qui ire non potest pro absoluteione, etsi mittere pro ea possit; quia Jus eum ad hoc non videtur obstringere, sed solum vult, ut, si possit, vadat. Siquis adire Pontificem nequit, potest autem adire ejus Legatum, vel alium habentem facultatem absolvendi ab ejusmodi Excommunicatione reservata, debet hoc adire.

§. IV.

De Suspensione.

S U M M A R I U M.

- 263. Suspensionis D finito.
- 264, 265. Differentia ab aliis Censuris.
- 266. &c. Varietas.
- 270. &c. Quis possit suspendere?
- 273. &c. In quem ferri Suspensionis Censura possit?
- 277. &c. Quam Clerici suspendi possint?
- 282. &c. Ob quam causam suspendi aliquis possit?
- 285. &c. An etiam ob culpam alienam?

- 288. &c. Forma servanda in ferenda Suspensione.
- 290. &c. Effectus Suspensionis ab Officio.
- 299. &c. Effectus Suspensionis a Beneficio.
- 306. Quod peccatum committat Violans Suspensionem?
- 307. &c. Et quam poenam incurrat?
- 310. &c. Quomodo tolli Suspendio possit?
- 320. &c. Que sit forma ab ea absolventi?

263. **Q**uariitur 1. quid sit Suspendio, quotuplex, & quæ ejus causæ? *n.* Suspendio, prout hic sumitur, est Censura Ecclesiastica, qua Minister Ecclesie formaliter impeditur, ne functiones Ecclesiasticas exerceat, aliquaque potestate utatur. Ita Navarr. Man. c. 27. n. 151. Suar. de Censur. D. 25. sect. 1. n. 2. Sayr. l. 4. Theaur. c. 1. n. 13. Avil. de Censur. p. 3. D. 1. dub. 1. Coninck D. 15. dub. 1. Bonac. tr. 1. D. 3. de Suspend. p. 1. n. 2. Lym. l. 1. tr. 5. p. 3. c. 1. n. 1. Hurtad. de Suspend. d. ff. 1. Palao tr. 29. D. 4. p. 1. n. 1. Vallens. hic §. 2. n. 8. Pirhing n. 197. Wiestner n. 98. Reifensuel n. 159. la Croix tom. 2. l. 7. n. 395. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delictis c. 3. n. 234.

264. **D**ub. 1. quomodo Suspendio differat ab aliis censuris, nempe Excommunicatione, & Interdicto? *n.* differre in modo, quo privat functionibus Ecclesiasticis. Et ab Excommunicatione quidem differt, quia hæc privat functionibus Ecclesiasticis, quatenus hæc sunt quedam cum fi-

delibus communicationes, à qua communicatione exclusus est Excommunicatus; Suspendio verò his functionibus privat, quatenus sunt usus alicujus potestatis Ecclesiasticæ provenientes ab Officio, vel Beneficio; deinde prior ad personas Laicas etiam se extendit; posterior solum ad Clericos. Palao l. cit. Magnif. P. Schmier n. 236.

Ab Interdicto differt imprimis, quia Interdictum privat receptione aliquorum Sacramentorum, Ecclesiasticæ Sepulturæ, & Officiis Divinis, quibus suspensus non est privatus; deinde Interdictum afficit quamlibet personam fidelem; Suspendio verò personam Ecclesiasticam, quippe cum soli Clerici capaces sint Officii, & Beneficii Ecclesiastici. Suar. sect. 1. cit. n. 4. Palao n. 1. cit. Pirhing n. 197. Wiestn. n. 99. §. 100. Unde cum Abbatissæ suspenduntur ab Officio, non est Suspendio proprie dicta, cum Jurisdictionem Ecclesiasticam nullam habeant; aliàs si proprie suspendentur, incurrerent Irregularitatem per hoc, quod

quod violarent hujusmodi Suspensionem; Valens, tom. 4. D. 7. q. 18. p. 1. concl. 1. Sayr. c. 1. cit. n. 16. Coninck dub. 1. n. 2. § dub. 3. n. 18. § 21. Palao n. 2. Pirh. n. 206. Wiestn. n. 100.

866 Dub. 2. quod duplex sit Suspendio? esse triplicem, quarum prima est à solo Officio, quâ Minister Ecclesie removeatur ab exercitio Jurisdictionis, vel Ordinis; altera à solo Beneficio, quâ Clericus, intacta Ordinis, & Jurisdictionis potestate, jure percipiendi fructus privatur, Tertia ab officio simul, & Beneficio, quâ personæ Ecclesiasticæ adimitur exercitium potestatis Ordinis, & Jurisdictionis, & perceptio fructuum Beneficialium. Si Suspendio sit absolutè lata, ita, ut ex contextu colligi nequeat, an Suspendio sit ab Officio tantum, an tantum à Beneficio, intelligitur lata tam à Beneficio, quàm ab Officio. Henriq. l. 13. c. 33. Tolet. l. 1. c. 43. n. 7. Suar. D. 25. sect. 2. n. 9. Avil. p. 3. D. 2. dub. 1. concl. 2. Coninck, dub. 1. cit. n. 4. Laym. c. 1. cit. n. 2. Palao p. 1. n. 3. Wiestn. n. 107.

207 Dividitur 2. in Totalem, & Partialem. Et quidem Totalis iterum duplex est, scilicet *Totalis simpliciter*, quæ est simul ab Officio, & Beneficio; de qua dictum est n. prec. Et *Totalis secundum quid*, nimirum ab Officio tantum, vel tantum à Beneficio. *Suspendio totalis ab Officio*. dicitur, per quam aliquis ab omni Officio Spirituali tum Ordinis, tum Jurisdictionis, & administrationis Ecclesiasticæ removeatur. *Totalis à Beneficio*, per quam aliquis suspenditur ab omni Beneficio Ecclesiastico quoad ejus administrationem, & fructuum perceptionem. Pirh. n. 198.

868 *Partialis Suspendio* fit, vel à certo tantum Officio, aut parte illius. v. g. ab Ordine tantum, per quam prohibetur omne exercitium Ordinis, vel à certo Ordine, per quam prohibetur exercitium Ordinis illius v. g. Sacerdotalis, vel à certa functione, sive actu Ordinis v. g. ab audiendis Confessionibus, vel celebratione Missarum. Item quando aliquis suspenditur à Jurisdictione tantum, ita, ut vel nullum Jurisdictionis actum exercere suspensus possit, vel certum tantum aliquem actum Jurisdictionis, vel quasi Jurisdictionis, ut quando suspenditur quis à collatione Beneficii, aut voce Suffragii in Electione. Et denique quando fit Suspendio à Beneficio non omni, quod habet suspensus, sed certo tantum, vel aliqua parte Beneficii v. g. dimidia parte fructuum, aut distributionibus quotidianis. Pirhing n. 199.

209 3. Alia est absoluta, quæ fertur absque ulla temporis determinatione; alia determinata, quæ lata est pro determinato tempore: sed hæc posterior propriè Cen-

sura non est, sed potius delicti poena: & ideo elapso termino, pro quo imposita est, cessat absque alia absolutione. 4. Alia est à Jure, alia ab homine.

Dub. 3. quis possit suspendere? 270 n. Suspendio à Jure lata solus Conditor Juris fert. Suspendio verò ab homine is, qui potestatem habet excommunicandi, ferre plerumque potest. Sylv. V. Suspendio 1. n. 2. Navar. c. 27. n. 159. Sayr. l. 4. Thesaur. c. 2. n. 1. Suar. D. 28. sect. 1. n. 2. Tolet. l. 1. c. 13. Henriq. l. 13. c. 35. n. 1. Laym. p. 3. cit. c. 2. n. 1. Palao D. 4. p. 2. n. 1. Vallens. hic §. 9. n. 1. Pirhing n. 205. la Croix tom. 8. l. 7. n. 399. Nulla tamen est repugnantia, quin sola potestas excommunicandi, & vicissim alicui conferatur, cum sint Censuræ diversæ. Suar. Palao l. cit.

Olim Episcopus sine Capituli consensu non poterat censuram ferre, in Presbyteros præsertim c. pervenit 1. de Excess. Prælat. putantque non pauci, Jure antiquiore can. Episcopus 6. caus. 15. q. 7. sententiam Suspensionis, aliter latam non tantum illicitam, sed etiam invalidam fuisse. Sed ut bene notat Palao l. cit. n. 2. textus can. cit. vim Juris communis nunquam obtinuit; qui desumptus fuit ex Conc. Carthag. 4. quod Provinciale solum fuit, & nunquam receptum ab Ecclesia. Dispositio autem c. pervenit cit. consuetudine abrogata est; videmus enim passim Episcopos, non requisito consensu Capituli, penam Suspensionis ferre in Clericos.

Controversia moveri potest, an nullus alius ferre sententiam Suspensionis possit, nisi Clericus? Sylv. V. Abbatissa, & V. Suspendio n. 1. cum quibusdam aliis censet, Abbatissam posse suspendere Clericos Ecclesiarum sibi subditarum arg. c. dilecta 12. de Major. Sed standum est pro communi, quæ negat Suspensionem ab alio, quàm Clerico fieri posse. Ita Gloss. in c. dilecta cit. V. Jurisdictionem, Innoc. & Abb. ibid. Vivald. de Suspend. n. 151. Sayr. l. 4. Thesaur. c. 2. n. 9. Palao p. 2. cit. n. 3. Engl. hic n. 15. Ratio est, quia est actus Jurisdictionis Ecclesiasticæ, quæ solum Clericis potest competere. Ad Rationem dubitandi Suspendio lata ab Abbatissa in c. dilecta cit. non fuit propriè Suspendio, sed prohibitio, prout colligitur ex textu cit. ubi Pontifex Episcopo, cui rescriptit, non præcipit, ut Suspensionem Abbatissæ latam servare faciat, sed ut per censuram compellat subditos Abbatissæ præceptis obedire, igitur signum est, Suspensionem ab Abbatissa latam prohibitionis duntaxat, non verò censuræ habuisse rationem.

Dub. 4. in quem ferri Suspensionis censura possit? Ratio dubitandi est, quia Su-

Suspensio ab Officio non solum privat Exercitio Ordinis jam obtenti, sed etiam obtinendi: & idem est de Suspensione à Beneficio, cujus effectus est, ut ita suspensus non solum privetur fructibus Beneficii, à quo suspensus est, & quod actu obtinet, sed etiam, durante hac Suspensione, incapax est ad quodcumque Beneficium aliud obtinendum, fructusque ex illo percipiendos, ergo quoad affectum, scilicet Beneficii consecutionem, & Ordinis receptionem poterit Laicus suspendi, siquidem privari potest, ne Beneficium consequatur, néve Ordinem recipiat. *Conf. quia Extr. an. int. comm. de Censib. & alibi suspenduntur Laici à communione Eucharistia.*

274 Sed verior est affirmativa sententia, scilicet Suspensionem propriè dictam non posse cadere, nisi in Clericos. Ita Gloss. in c. quicumque 11. V. ministros b. tit. in 6. Innoc. in c. fin. de Excess. Prælat. Abb. in c. dura 4. n. 10. de crim. fals. Navar. Man. c. 27. n. 150. & seqq. Suar. D. 28. sect. 2. n. 1. Avil. p. 3. D. 4. dub. 2. concl. 1. Laym. l. 1. tit. 5. p. 3. c. 2. n. 2. Palao tr. 29. D. 4. p. 2. n. 4. Pirh. hic n. 197. & n. 206. König n. 36. Reiffenstuel n. 163. la Croix tom. 8. l. 7. n. 395. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. n. 235. Ratio est, quia Suspendio necessariò versari debet circa Officium, & Beneficium Ecclesiasticum, cujus incapaces sunt Laici.

275 Excipiunt aliqui Abbatissas, & alias hujusmodi Superiores Monialium, quas cum Tann. tom. 4. D. 6. q. 10. dub. 7. n. 140. Laym. n. 2. cit. Pirhing n. 206. putant, probabile esse suspensionem quandam posse incurrere; quia sunt personæ Ecclesiasticæ, & capaces Spiritualis Officii, ac Jurisdictionis cujusdam Spiritualis, saltem ex commissione. Sed ut bene advertit Reiffenstuel hic n. 164. hæc potius est Suspendio ab Officio suæ Oeconomix, ejusque actibus, quam ab actibus Ecclesiasticis, ratione Ordinis Clericalis cuiusdam competentibus, utpote cum femina sit incapax omnis tum Ordinis Clericalis, tum veræ Jurisdictionis Ecclesiasticæ.

276 Ad Rationem dubitandi dico, Suspensionem non per se, sed consecutivè solum privare Ordine, vel Beneficio acquirendo; ex eo enim, quod suspensus privatur usu Ordinis habitus, sequitur privatio facultatis in ulteriorem Ordinem ascendendi. Deinde Suspendio dicitur in Suspendio capacitate Ordinis, aut Beneficii, à quo, vel à cujus consecutione suspenditur. atqui Laicus, & qui primam Tonsuram non habet, Ordinis, & Beneficii Ecclesiastici capax non est, ergo &c. Ad Conf. non fertur ibi Suspendio propria, sed Suspendio ibi lata est quædam R. P. Schnalzgrueber L. V. T. II.

pars Excommunicationis majoris, quæ privat usu passivo Sacramentorum.

Dub. 5. quinam Clerici officii Suspensionis censurâ possint? v. quilibet, quacunque Dignitate fulgeat, suspendi potest, excepto Summo Pont. Adeoque ferri censurâ hac possunt 1. Episcopi: Sed hi quando Decretum Suspensionis est universale, illo non comprehenduntur, nisi de ipsis fiat expressa mentio c. quia periculosum 4. h. tit. in 6. & idem cavetur de Interdicto. Porro privilegio isto probabilis gaudent etiam Episcopi solum confirmati, non consecrati. Suar. D. 28. sect. 1. n. 7. Laym. c. 2. cit. n. 2. Palao p. 2. n. 5. quia Episcopali Dignitate jam sunt præditi, quæ præcipua causa fuit privilegium illud concedendi Episcopis:

2. Ferri censurâ hac possunt Religio-278 si, si Clerici sint, & primam saltem Tonsuram habeant; nam si istam non habeant, licet aliquo modo personæ Ecclesiasticæ nuncupentur, quia tamen Clerici verè non sunt, hujus censuræ capaces non sunt. Porro Suspendio, generaliter lata in Clericos, etiam Clericos Religiosos afficit; quia nomen Clerici indifferens est ad Sæculares, & Religiosos Suar. D. 28. cit. sect. 2. n. 9. Palao n. 6.

3. Suspendi potest communitas Clericalis: & hoc verum est, sive spectetur, ut est talis communitas, sive quoad personas singulares. Suar. l. cit. sect. 3. n. 1. Palao n. 7. Pirhing n. 206. König n. 36. Reiffenstuel n. 165. extantque plures ejusmodi Suspensiones in Jure.

4. Semel suspensus iterum potest 280 suspendi, non solum, quando Suspensiones sunt diversæ, sed etiam quando sunt ejusdem rationis, si multiplicentur causæ, & tituli, sicut de Excommunicatione dictum est. Palao n. 8.

5. Mortuus tamen hujus censuræ est 281 incapax, sicut etiam Excommunicationis: privari tamen potest fructibus Beneficii, quibus post mortem frui deberet, ob Suspensionem in vita contractam, quod non est Suspensionem, sed hujus effectum extendi in mortuos. Palao n. 9.

Dub. 6. ob quam causam Suspendio 282 in aliquem ferri possit? Cajet. in Summ. V. Suspendio, Armill. ibid. pr. Navar. Man. c. 27. n. 151. Henric. l. 13. c. 34. n. 1. & alii quidam putant, sufficere culpam venialem; quia hæc sufficit ad Excommunicationem minorem, quæ, cum privet majoribus bonis, nempe usu, & receptione Sacramentorum, videtur esse gravior pœna, quam Suspendio.

Verum si loquamur de Suspendio-283 ne, ut communiter fertur, neque à Jure ob culpam levem infligitur, neque in Jure ob eandem solam imposita est. Ita Sot.

in 4. dist. 22. q. 3. art. 1. col. 2. Suar. D. 28. sect. 4. n. 6. Valq. 1. 2. D. 158. n. 49. Sanch. l. 9. de Matr. D. 32. n. 9. Coninck D. 15. dub. 3. concl. 2. n. 24. Laym. l. 1. tr. 5. p. 3. c. 3. n. 2. Hurtad. Diffic. 7. n. 19. Palao D. 4. cit. p. 3. n. 4. Vallens. hic §. 9. n. 2. Pirh. n. 207. König. n. 37. Wiestner n. 108. Ratio est, quia Suspendio ex se grave malum est, & conf. gravem culpam supponere debet.

284 Neque obest, Excommunicationem minorem majoribus bonis privare; quia hæc facile tolli potest, cum quilibet, qui à mortalibus, etiam ab hac possit absolvere: quod in Suspendione non procedit. Præterea Suspendio sæpe inducit damnum irreparabile, & nonnullam infamiam secum affert.

Dixi autem, ut communiter fertur; nam aliquam Suspendionem ad breve tempus probabile est à Judice infligi posse ob culpam levem, ut cum Sanch. Hurt. Coninck. Laym. Palao, & aliis notant Pirhing n. 207. Wiestn. n. 108.

285 Dub. 7. an Suspendio in aliquem ferri possit ob culpam alienam? Affirmant aliqui 1. quia cum communitas aliqua suspenditur ab Officio, vel Beneficio, etiam suspenduntur, qui in ea communitate sunt inculpabiles, prout interduntur, interdicta communitate. 2. c. vel non est compos 14. de temp. Ordin. puer ordinatus Diaconatu anno ætatis suæ decimo tertio, ab Officio Diaconi, non ob propriam culpam, sed in injuriam ordinantis usque ad legitimam ætatem suspenditur. 3. c. requisivit 1. de Ordin. ab Episc. qui renunt. cavetur, suspensos esse debere ab Officio, quousque legitimus Pontifex, seu Episcopus dispenset, tametsi ignoranter prædictos Ordines suscepissent.

286 Sed dicendum cum communi, Suspendionem, quæ propriè poena est, privans jure quæsito proprio, nullatenus contrahi ob culpam alienam, sed ob propriam tantum. Ita Navar. Man. c. 27. n. 151. Henriq. l. 13. c. 34. n. 1. Suar. D. 28. sect. 4. n. 3. Sanch. l. 9. de matr. D. 32. n. 9. Coninck D. 15. dub. 3. Hurt. de Suspend. diffic. 9. Laym. l. 1. tr. 5. p. 3. c. 3. n. 1. Palao D. 4. p. 3. n. 2. Vallens. §. 9. n. 2. Pirhing n. 207. Wiestner n. 109. la Croix n. 396. Colligitur ex can. satis perversum 7. dist. 56. & c. cognoscentes 2. de Const. ibi, Rem, que culpâ caret, in damnum vocari non convenit. Item ex c. quesivit 2. de his, que fiunt à major. part. Capit. ibi, Cum peccata suos auctores tenere debeant, nec poena sit ullius protrahenda, quam delictum fuerit in excedente repertum. Ratio est, quia iniquum est, innocentem poenas nocenti debitas sustinere.

Neque obstant opposita in contrariis 287 um. Ad 1. quando suspenditur Communitas, innocentes etiam suspenduntur, non tamen quoad actiones, & munus, quod singuli exercere possunt, ut personæ singulares, sed tantum quoad actiones totius Communitatis, quæ deliquit: unde tali casu punitur communitas, non personæ ejusdem particulares, quæ tales sunt. In Interdicto iterum non puniuntur propriè innocentes, sed Ecclesia justis de causis subtrahit favores suos, & officia tam nocentibus, quam innocentibus. Ad 2. duplex est Suspendio, ut bene Abb. in c. vel non est compos cit. n. 4. notat, una ob defectum, quod colligitur ex textu; nam ad hanc Suspendionem tollendam sufficit, si Episcopus declaret, ordinatum à tali Episcopo, qui renuntiavit, ignoranter suscepisse Ordines: si vera censura, opus esset abolutione.

Dub. 8. quæ forma servanda sit in 288 ferenda Suspendione? R. non esse certam verborum formam præscriptam, sed ea requiruntur, quæ sufficienter declarent hunc effectum. Vall. hic §. 9. n. 2. Uritè feratur, præcedere 1. debet monitio; quia Ecclesiæ constare nequit de contumacia, & inobedientia alicujus, nisi prius illum moneat. Intellige, si inferatur ad correctionem delinquentis; nam si feratur in puram poenam delicti commissi, monitione non indiget, uti constat ex c. tam literis 33. de testib. & Attest. & colligitur ex c. Romana 5. h. tit. in 6. ubi post factam mentionem Excommunicationis, Suspendionis, & Interdicti, subditur de sola Excommunicatione, eam nunquam ferri sine monitione, ergo tacitè indicatur suspendionem, & interdictum aliquando sine monitione ferri posse.

2. Debet ferri in Scriptis, & ex 289 primi ibi causa, ob quam imponitur, insuperque Instrumentum debet dari Suspendio, si illud expoſtulet arg. c. cum medicinalis 1. h. tit. in 6. Quodsi Judex hanc Constitutionem temere violet, per menssem ab ingressu Ecclesiæ, & Officiis Divinis suspenditur; Superior verò, ad quem recurritur, sententiam sine difficultate relaxare debet, & latorem Suspendionis ad expensas, & omne interesse condemnare, atque aliàs animadversione condigna punire. Vallens. §. 9. n. 3.

Quæritur 2. quos Effectus habeat 290 Suspendio? Alios effectus habet Suspendio.

suspensio ab Officio, alios Suspensio à Beneficio, & alios Suspensio ab utroque. Hinc

Dub. 1. quos effectus habeat Suspensio ab Officio? R. distinguendo; potest enim Suspensio ab Officio absolute ferri, & potest ferri non absolute, sed determinate ad aliquam materiam, *si hoc secundo modo feratur*, extra illam materiam non extenditur; quia poenae non sunt extendendae ultra verborum proprietatem. Et hinc 1. Suspensio ab Ordine sine alia limitatione non est suspensio à Jurisdictione, ac proinde exercere potest omnes actus Jurisdictionis, qui actualem usum Ordinis non requirunt: conf. Episcopus, suspensus ab Ordine tantum, potest delegare alteri potestatem absolvendi, quamvis ipse audire Confessiones, & à peccatis absolvere nequeat. Suar. D. 26. sect. 4. n. 2. § 3. Laym. l. 1. tr. 5. p. 3. c. 1. n. 5. coroll. 3. Avil. de Censur. p. 3. D. 2. dub. 1. concl. 3. Pirh. hic n. 202. coroll. 3. la Croix tom. 8. l. 7. n. 400.

291 2. Episcopus suspensus ab Ordine Episcopali tantum, vel à Pontificalibus, licet non possit exercere actus Ordinis Episcopalis, potest tamen exercere actus, qui jure ordinario Sacerdotibus competere, vel sine Pontificalibus exerceri possunt, ut celebrare Missam sine Pontificalibus, audire Confessiones &c. Pirhing l. cit. coroll. 4.

292 3. Suspensio ab Ordine superiore non ideo suspensus est ab Ordine inferiore: & hinc suspensus ab Officio Sacerdotali, non prohibetur solenniter cantare Epistolam, vel Evangelium, ut Subdiaconus, vel Diaconus; nam qui prohibet majus, non censetur prohibere minus. Suar. sect. 4. cit. n. 9. Pirhing coroll. 5. la Croix n. 398.

293 4. Suspensus ab Ordine inferiore, non obinde prohibetur ab exercitio Ordinis superioris, nisi actus istius actum Ordinis inferioris, à quo suspensus est, includat, prout actus celebrandi Missam in se includit actum canendi Epistolam, vel Evangelium: conf. suspensus ab Ordine Diaconatus, vel Subdiaconatus non potest celebrare Missam, ne, quod ei unà viâ prohibetur, ad illud aliâ admittatur contra Reg. 84 in 6. Contrà Sacerdos suspensus ab Ordine Diaconatus poterit solenniter baptizare, Confessiones audire, benedicere &c. quia hi actus actum Ordinis inferioris, à quo suspensus est, non includunt, & poenae restringendae potius, quam ampliandae sunt arg. Reg. odia 15. in 6. Suar. sect. 4. cit. Laym. c. 1. n. 6. Palao p. 5. §. 1. n. 15. Pirh. n. 203. Wiest. n. 111.

294 Quodsi autem primo modo, seu absolute Suspensio feratur ab Officio, & nulla interponatur restrictio, suspendit ab omni

Officio tam Ordinis, quam Jurisdictionis. Suar. D. 26. sect. 1. n. 4. Coninck D. 15. dub. 2. n. 5. Laym. c. 1. cit. n. 3. Palao §. 1. cit. n. 1. la Croix n. 395. Ratio est, quia hæc omnia nomine Officii veniunt. Et hinc

1. Ita suspensus non potest administrare Sacramenta, nec celebrare Missam, neque Indulgentias concedere, neque eligere; quia hæc omnia pertinent ad Officium Clericale. Contrà talis poterit recipere Sacramenta, ingredi Ecclesiam, assistere Divinis Officiis, canere in Choro more Laicorum, ac denique uti qualibet Jurisdictione temporali, si illam habeat. Palao n. 1. cit.

2. Ita suspensus non potest eligi ad Beneficium Ecclesiasticum, Henriq. l. 13. c. 32. n. 3. Laym. c. 1. cit. n. 3. Palao n. 2. la Croix n. 399. & communiter ceteri contra Hurt. de Suspens. diff. 4. n. 8. Ratio est, quia Beneficium datur propter Officium c. fin. de Rescript. in 6. ergo qui impeditur est Officium exercere, eidem merito denegatur etiam Beneficium arg. c. fin. de Cler. excomm. ministr. Estque ejusmodi Electio probabiliter irrita ipso Jure. Navar. Man. c. 27. n. 133. Flamin. de Resign. l. 5. q. 6. n. 84. Azor p. 2. l. 6. c. 7. q. 2. Garc. p. 7. de Benefic. c. 14. à n. 1. allegans varias Decisiones Rotæ, Palao n. 3. Wiestner n. 107. & colligitur ex c. cum bone s. de etat. § qual. ubi Pontifex de his, qui durante Suspensione Beneficia consecuti sunt, ait, non licere ea retinere, præcipitque illos prædictis Beneficiis spoliare, ergo signum est collationem fuisse irritam; aliter licet illa Beneficia retinerent: & hoc indicat etiam verbum *Spoliare*, quod solum convenit ei, qui rem usurpatam habet.

3. Juxta aliquos suspensus ab Officio eo ipso suspensus est à Beneficio, quod Beneficium sit accessorium Officio; accessorium autem sequatur naturam principalis. Sed verius hoc cum communi negant Ugolin tab. 4. de Censur. c. 6. §. 6. Henriq. l. 13. c. 32. n. 3. Suar. D. 26. sect. 3. n. 4. Sanchez l. 3. de Matr. D. 51. n. 12. Avil. p. 3. D. 2. dub. 1. concl. 6. Coninck D. 15. dub. 2. concl. 3. Laym. c. 1. cit. n. 2. Palao n. 5. Engl. hic n. 75. Pirhing n. 200. Wiestner n. 105. Reifensstuel n. 168. la Croix n. 395. § 396. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 3. n. 239. Ratio est manifesta; quia aliquando fertur Suspensio ab Officio, aliquando à Beneficio, aliquando ab utroque: quæ distinctio superflua fieret, si suspensus ab Officio hoc ipso suspensus esset à Beneficio, *ex quo sequitur*, si suspensus ab Officio satisfaciatur obligationibus Beneficii, quantum est in se, per se, vel per substitutum, eum fructus Beneficii posse percipere. Palao

lao *W. f. n. l. c. i. cit.* Imò ut idem Palao n. 7. aliis *citt.* docet, retineri fructus à suspensio possunt, quos percipit ex Officio, quo per Suspensionem privatus est, iniquè exercito: & rationem dat, quia nullibi habetur, quòd suspensus exercens Officiùm, à quo suspensus est, fructibus tali Officio respondentibus ipso Jure privetur. Neque aliud probat Argumentum opinionis contrariæ: esto enim, quòd Beneficiùm detur propter Officiùm, & conferri nequeat, nisi idoneo, semel tamen obtento canonicè illius titulo, fructus ejus non amittuntur hoc ipso, quòd Beneficiarius officium ipsi annexum ad tempus præstare nequeat, prout patet in Clerico ægro-tante, imò etiam ad istud obeundum perpetuò inhabili reddito, cui fructus Beneficii relinquuntur, pensione duntaxat ex his pro Coadjutore decerpta, per textum, & DD. c. cum percussio 1. & c. de Rectoribus 3. de cler. ægrot.

298 4. Juxta Gloss. in c. 8. V. à suspensio de consuet. Abb. *ibid.* n. 20. & alios Suspensus ab Officio etiam vocem non habet in Capitulo; quia vocem habere in Capitulo est usus, & exercitium Officii Ecclesiastici. Accedit, quia vox in Capitulo solis Clericis, Subdiaconatu insignitis, competit *Clem. ut ij 2. de atar. & qual.* Probabilius tamen est non privari; neque enim vocem habere in Capitulo per se est exercitium Ordinis, vel Jurisdictionis Ecclesiasticæ, cum etiam foemina, & Laici conversi vocem quandoque habeant. Palao n. 9.

299 Dub. 2. quos effectus habeat Suspensio à Beneficio? *ry.* Suspensio à Beneficio non privat Beneficio, sed tantum illius fructibus. Abb. in c. cum dilectus n. 20. de consuet. Ugolin. tab. 4. de censur. c. 8. §. 1. Henric. l. 13. c. 32. n. 4. Sayr. l. 4. *Theaur.* c. 6. n. 2. Palao D. 4. p. 5. §. 2. n. 1. *Pithing hic n. 197.* Hinc onera Beneficii apud suspensum manent, non obstante Suspensione; quia illa non ex fructibus perceptis, sed ex Beneficio consequuntur. Suar. D. 27. *sect. 1. n. 3. & seqq.* Coninck D. 15. *dub. 2. n. 12.* Laym. l. 1. *tr. 5. p. 3. c. 1. n. 4.* Palao n. 1. *cit. la Croix tom. 8. l. 7. n. 395. cum citt.*

300 Si suspensio à Beneficio sit absolute lata, suspendit Beneficiarium ab omnibus Beneficiis, quæ actu possidet, nisi ex intentione ferentis, vel alia circumstantia contrarium colligatur; quia non est ratio, cur ad unum potius, quàm ad aliud dispositio se extendat. Ugolin. c. 8. *cit. §. 5.* Sayr. c. 6. n. 24. Palao n. 2. *la Croix n. 395. cit.* Ex circumstantia autem, & intentione ferentis censetur restrictionem accipere Suspensionis Sententia, quando delictum, ob quod fertur, commissum est

adversus particularem aliquam Ecclesiam; tunc enim credendum est comprehendere tantum Beneficia illius Ecclesiæ ex textu c. cupientes 16. v. ceterum, c. si compromissarius 37. de Elect. in 6. c. fin. v. *& nihilominus de reb. Eccl. non alien. in 6.* Et licet restrictio in his *cap. facta* videatur esse specialis, & propterea ad alios casus non extendenda, probabilius tamen est Regulam ibi generalem constitui, ut in similibus causis Suspensio restricta esse intelligatur. Palao l. *cit.*

Difficultas est, quid veniat nomine fructuum, quibus privat Suspensio? Et fieri dubium potest 1. de Distributionibus quotidianis, quæ conceduntur iis, qui intersunt Divinis Officiis. 2. an suspensus à Beneficio privetur illius administratione? 3. an privetur potestate conferendi, vel eligendi ad Beneficiùm titulo Beneficii, à quo suspensus est, competente? 4. an privetur etiam fructibus, qui ad sui, & suorum congruam sustentationem sunt necessarii.

ry. ad 1. cum distinctione: nam si 302 Distributiones extractæ sunt ex fructibus Beneficii, iis privatur Suspensus; quia tum non tam sunt distributiones, quàm Beneficii fructus, cum etiam ab infirmis, & legitime absentibus obtineantur, à quibus aliæ distributiones quotidianæ non obtinentur, juxta dicta *Libr. 3. Tit. 4. n. 79.* Si verò non ex fructibus Beneficii extractæ fuerint, sed ex particulari fidelium fundatione, sub suspensione à Beneficio non comprehenduntur; quia esto, solis Beneficiarii applicentur, non tamen intuitu Beneficii, sed in stipendium Officii conceduntur, & Beneficiùm solum conditio est, ut concedantur, non causa concessionis. *Covar. l. 3. var. c. 13. n. 8. Hurt. de suspens. diffic. 4. n. 10. Palao §. 2. *cit. n. 4.**

Ad 2. teste Palao n. 4. *cit. v. inter 303 fructus*, omnium sententia est, suspensum à Beneficio privari administratione illius. Colligitur ex c. statumus 1. §. fin. & c. cupientes 16. v. ceterum de Elect. in 6. Atque hinc suspensus nequit locare Beneficiùm, seu illius bona, fructus vendere per se, vel per alium, in Judicio agere, vel aliam actionem præstare, quæ ad temporalem administrationem pertinet: Item nec commutare, aut in favorem tertii resignare Beneficiùm; hæc enim omnia sunt quidam Beneficii usus, & administratio. Sayr. l. 4. *Theaur.* c. 6. n. 4. *& seqq.* Suar. D. 27. *sect. 1. n. 31.* Laym. l. 1. *tr. 5. p. 3. c. 1. n. 3.* Palao l. *cit. Pith. n. 201.*

Ad 3. aliqui cum Navar. *Man. c. 304 27. n. 160.* Henric. l. 13. c. 32. n. 4. Sayr. c. 6. *cit. n. 7.* putant collationem, & electionem ad Beneficiùm, titulo Beneficii competentem, venire sub nomine fructus, & co. n.

conf. Suspendo tolli hanc potestatem eligendi, vel conferendi. Sed verius contrarium docent Suar. *sect. 1. cit. n. 34.* Filiuc. *tr. 17. c. 3. q. 5. n. 46.* Coninck *D. 15. dub. 2. n. 11.* Laym. *c. 1. n. 4.* Palao *n. 5.* la Croix *n. 395.* & colligitur aperte ex *c. cum in cunctis 7. §. fin. de Elect.* ubi ultra suspensionem à Beneficiis indicitur privatio potestatis eligendi, igitur signum est, hanc privationem nomine suspensionis à Beneficio non comprehendit. Ratio est, quia potestas eligendi, & conferendi Beneficia, licet à Beneficio proveniat, non tamen est usus Beneficii, sed Officii ex Beneficio competentis.

305 *Ad 4.* respondendum est cum distinctione: privabitur iis fructibus suspensus, si Suspendio lata sit in contumaciam, & ipse Suspendus delicti poenitens possit ab ea liberari; tunc enim voluntarie privationem eam sustinet. Non privabitur, si Suspendio non in contumaciam, sed in poenam delicti commissi imposita sit, nec in voluntate Suspendi sit positum ab ea liberari; tunc enim Ecclesia, ut Status Clericalis honori, & decori consulat, hanc in Suspendum benignitatem exercet, ut penes Judicem sit, qui Suspensionem fert, eam partem ex fructibus designare, quæ necessaria sit Suspendo ad sustentationem. Sayr. *l. cit. n. 12.* Suar. *sect. 2. n. 3.* Coninck *dub. 2. concl. 6.* Laym. *n. 4.* Palao *n. 6.*

306 *Dub. 3.* quod peccatum committat violans Suspensionem, & quam poenam incurrat? Quoad primum certum est committere peccatum ex genere suo mortale; quia contemnit Ecclesie præceptum, & gravem illius Censuram. Navar. *Man. c. 27. n. 168.* Henric. *l. 13. c. 33. n. 1.* Suar. *D. 26. sect. 2. n. 1.* Avil. *p. 3. D. 3. dub. 12.* Coninck *D. 15. dub. 2. n. 17.* Bonac. *D. 3. de Suspend. p. 2. n. 1.* Palao *D. 2. p. 6. n. 1.* Pirhing *hic n. 209.* Wiestner *n. 112.* la Croix *n. 395.*

307 *Dixi ex genere suo;* nam 1. aliquando ex parvitate materiae transgressio Suspensionis potest esse peccatum veniale, ut si Suspendus à Jurisdictione recipiat unum testamentum, aut si Suspendus ab Ordine exerceat officium Ordinum minorum; cum enim frequenter istud præstetur etiam à Laicis, non videtur grave delictum esse, si fiat à Suspendo. Navar. Suar. Bonac. Pal. *l. cit. 2.* eximitur à peccato Suspendus ab Officio non denunciatus, si ad petitionem aliorum fidelium exerceat Officium, à quo Suspendus est; nam eo casu, si à Suspensione prius absolvi nequit, licet potest ea officia ministrare petentibus ob *Extrav. ad evicanda Martini V. in Conc. Constant.* Aliter se habet cum Suspendo denunciato; nam ille extra urgentissimam causam, etsi à fidelibus postuletur, ea Officia, à qui-

bus Suspendus est, exercere nequit, cum petitio talis iniqua sit utpote inductiva ad peccatum. Suar. *sect. 2. cit. n. 7.* & *D. 28. sect. 5. n. 6.* Avil. *D. 2. dub. 3. concl. 1.* Palao *n. 3.* Pirh. *n. 211.* Wiestn. *n. 114.*

Quoad secundum dicendum, ob solam violationem suspensionis ab Ordine, ejus Officium solenniter exercendo incurri Irregularitatem; quia non habetur in Jure, quod incurratur ob violationem Suspensionis à Beneficio, Jurisdictione &c. & Irregularitas non incurritur, nisi in casibus Jure expressis. Atque hinc Irregularis non fit 1. Suspendus à Jurisdictione, si hanc exerceat, si Beneficium conferat, ad illud eligat, sententiam in causa proferat: si Parochus Matrimonio assistat &c. quia hæc omnia sunt actus Jurisdictionis, vel quasi Jurisdictionis, non Ordinis Exercitium. 2. Irregularis non est, qui violat Suspensionem à Beneficio, quamvis istius violator aliter puniatur, scilicet privatione Beneficii, ut deciditur *c. statumus 1. §. fin. de Elect. in 6.* Quare cum Beneficiarius ita Suspendus per seipsum administrare Beneficium nequeat, solet eidem dare Oeconomus, qui redditus colligat, & eosdem jussu Episcopi piis causis applicet, reservatis Suspendo alimentis necessariis, ut dictum est *n. 305.* Plura de Suspendo ministrante in Ordine, à quo Suspendus est, vide *suprà Tit. 27. à n. 2.*

Præter Irregularitatem violentibus Suspensionem statutum est, ut actus à Suspendo præstitus sit nullus, & irritus. Poena autem hæc locum duntaxat habet in iis, quæ ab Ecclesia pendent, uti est Jurisdictio, & Beneficium; in his ergo Suspendus, si Beneficium administret, & Jurisdictionem exerceat, invalidum actum facit, modo denunciatus sit tanquam Suspendus; quia facta denuntiatione, privatur potestate omnimoda actus illos exercendi. Ante denuntiationem solum impeditur ab illorum exercitio, dum à fidelibus non requiritur: quando autem à fidelibus requiritur, valide, & licet illos actus exerceat, ideoque necessarium est, ut Jurisdictionem retineat, Henric. *l. 13. c. 33. n. 2.* & *seqq.* Suar. *D. 27. sect. 2. n. 2.* Bonac. *D. 3. p. 4. n. 7.* Palao *p. 6. cit. n. 7.* Pirhing *hic n. 210.* Wiest. *ibid. n. 113.*

Quæritur 3. quomodo tolli Suspendio possit? Distinguendum hic est inter Suspensionem latam pro tempore determinato, vel sub aliqua conditione, & inter eam, quæ lata est, absolute: iterum quoad latas absolute discrimen faciendum inter latas à Jure, & inter latas ab homine. Quare sit

Dubium 1. quomodo tollatur Suspendio lata pro determinato tempore, vel sub aliqua conditione? 1. si lapsus sit tem-

tempus, aut impleta conditio, cessat absque ulla absolutione; quia ultra intentionem ferentis progredi nequit. *Gloss. in Clem. 1. V. donec de Decim. Abb. in c. 1. de judic. n. 6. Navar. Man. c. 27. n. 161. Henriq. l. 13. c. 35. n. 2. Suar. D. 29. sect. 1. n. 1. Avil. p. 3. D. 6. dub. 1. Tann. tom. 4. D. 6. q. 10. dub. 7. n. 142. Laym. l. 1. tr. 5. p. 3. c. 4. n. 1. Palao tr. 29. D. 4. p. 9. n. 1. Vallens. hic §. 10. n. 5. Pirhing n. 142. Reiffenstuel n. 253. la Croix tom. 8. l. 7. n. 395. §. 402.*

³¹² Intermedio autem tempore, seu ante impletam conditionem tolli Suspendio talis per Dispensationem potest ab eo, qui eam tulit, vel ab hujus Superiore, aut Successore, non autem ab inferiore. Adeoque si lata sit à Jure communi ad certum tempus, tollere illam, aut relaxare solus Pontifex potest ante tempus finitum. *Sylv. V. Suspendio q. 8. v. tertium, Sanch. l. 3. de Matr. D. 52. Sayr. l. 4. c. 17. n. 10. Suar. l. cit. n. 20. Laym. n. 3. Palao n. 2. Wiestner n. 117.* Ratio est, quia aliàs intentio Pontificis frustraretur.

³¹³ Dub. 2. à quo relaxari possit Suspendio à Jure absolute lata? *Re.* distinguendo inter eam, quæ à Jure lata est in puram pœnam delicti, & inter illam, quæ lata est ad comprimendam alicujus contumaciam, seu in illius correctionem, posterior relaxari, seu absolvi potest ab Episcopo, vel ejus vicem gerente, modò Pontifex absolutionem sibi non reservaverit, & suspensus recesserit à contumacia. *Gloss. in Clem. 1. §. verum V. Excommunicationis de Heret. Sylv. V. Suspendio q. 8. v. tertium. Navar. Man. c. 27. n. 162. Suar. D. 29. sect. 2. n. 15. Avil. p. 3. D. 6. dub. 1. concl. 3. Laym. c. 4. cit. n. 3. Palao n. 4. Vallens. §. 10. n. 5. Pirhing n. 208. Wiestner n. 115. la Croix n. 403. fin.* Constat ex c. nuper 29. h. tit. ibi, Quia tamen conditor Canonis ejus absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi. Et appetitè ex c. ex litteris 11. de Constit. ubi deciditur, pœnam, alicui inflictam ob contumaciam, si non exprimitur, quòd sit perpetua, esse temporalem, & cessante contumacia, debere tolli.

³¹⁴ De priore seu illa, quæ lata est in puram delicti pœnam, absque temporis determinatione, *Abb. in c. tam litteris n. 3. de test. §. attest. Angel. V. Suspendio 4. n. 1. Sylv. V. eod. q. 8. v. tertium. Navar. c. 27. n. 162. Philarc. de Offic. Sacerd. c. 1. Hurtad. de Suspens. Diffic. 12. n. 32. Bonac. D. 3. p. ult. fin. & alii gravissimi DD. putant, ab Episcopo eam tolli non posse, ed quòd hæc Suspendio, absque ulla temporis determinatione apposita, censenda sit esse perpetua *arg. l. Servus 10. C. de Fornis,**

ubi dicitur, pœnam carceris simpliciter latam debere durare in perpetuum, at in pœnis à Jure perpetuis solus Conditor Juris dispensare potest, ed quòd nemini alteri hoc videatur esse concessum.

Benignior tamen, & fortè proba³¹⁵ bilior est contraria, quam etiam docuit *Gloss. in Clem. 1. §. verum V. Excommunicationis de Heret. & in c. cupientes v. ceterum V. suspensos de Elect. in 6. Covar. l. 4. Decret. p. 2. c. 6. pr. n. 15. Sayr. l. 4. Thesaur. c. 27. n. 15. Suar. D. 29. sect. 1. n. 19. Avil. p. 3. D. 6. dub. 1. concl. 4. Laym. c. 4. cit. n. 4. v. verum Palao n. 6.* Ratio est, quia hæc Suspendio absolute lata differt ab ea, quæ expressè fertur in perpetuum; aliàs frustra in perpetuum adderetur, sed nulla alia differentia inter eas intervenire potest, nisi quòd Suspendio, quæ in perpetuum fertur, ex intentione ferentis debeat durare in perpetuum, non verò illa, quæ absque illa expressione perpetuitatis fertur; quia hæc ex intentione ferentis remissibilis est, & auferenda, præstita sufficienti pœnitentia, & satisfactione, *Conf. sæpe Jura hanc Suspendionem, absolute latam in pœnam delicti commissi, reservant, aliquando verò nullam reservationem apponunt, ergo tacite indicant, nullam reservationem apponendo, inferioribus facultatem absolvendi, vel dispensandi concedi; aliàs frustranea esset reservatio.*

Poterit igitur Episcopus ab hac³¹⁶ Suspendione absolvere. Imò de Jure novo *Trid. sess. 24. c. 3. de reform.* possunt Episcopi per se, vel per suos Vicarios à qualibet Suspendione à Jure, vel ab homine generaliter lata absolvere, vel dispensare, modò ex delicto occulto proveniat, neque ad forum contentiosum deducta sit. *Henriq. l. 13. c. 35. n. 3. Sayr. l. 4. Thesaur. c. 17. n. 19. Avil. p. 3. D. 6. dub. 1. concl. 7. Laym. c. 4. cit. n. 4. Pal. n. 7. Pirhing n. 208. v. porro. Wiestner n. 118.* Similem facultatem habent ex privilegio Confessarii Societatis JESU, & aliarum quarundam Religionum, vi cujus pro foro conscientie absolvere possunt à quibuscunque Censuris, sententiis, & pœnis ex delicto provenientibus. *Compend. Privil. ejusd. Societ. V. Absolutio §. 1. Palao n. 7. cit. Wiestn. n. 116.* Alii verò Sacerdotes, qui in foro externo Jurisdictionem non habent, neque privilegio ad hoc instructi sunt, non possunt absolvere à Suspendione, etiam per modum Censuræ lata; quia hujus absolutio non est necessariò præmittenda peccatorum absolutioni, sicut præmittenda est absolutio ab Excommunicatione. *Henriq. l. cit. n. 1. Avil. dub. 1. concl. 4. Laym. n. 2. Palao n. 8. Pirhing n. 208. cit. v. secundò specialiter.*

Dub. 3.

317 Dub. 3. quis absolvere possit à Suspensione lata ab homine? *ry.* regulariter solus ille, qui eam tulit, vel ejus Successor, aut Delegatus, ne ejus autoritas contemnatur. Quod ad eò verum est, ut quamvis Superior ipsius possit validè sententiam ab inferiore latam relaxare, illicitè tamen procedat eam relaxationem concedens, ut apertè probat Gloss. in c. 3. *V. non relaxes de Offic. Ord. Palao p. 9. n. 9. Wiestner n. 116. bic. Reiffenstuel ibid. n. 250.*

318 Excipiuntur duo casus. Et 1. quidem, si inferior sententiam tulit absque solennitate requisita *c. cum medicinalis 1. b. tit. in 6.* quia eo casu potest Superior prædictam sententiam relaxare, si ad ipsum recursus fiat. 2. si Appellatio facta sit ab inferioris sententia; ob hanc enim defertur Superiori Jurisdicção in illa causa *c. ad reprimendam 8. de Offic. Ordin. c. per tuas 40. b. tit. c. venerabilibus 7. §. porro, & §. fin. eod. in 6. Sayr. l. 4. Theaur. c. 17. n. 26. Palao n. 9. cit. cum aliis.*

319 Dixi regulariter: sunt enim aliqui casus extraordinarii, quibus hæc potestas ferenti Censuram denegatur, prout referunt Angel. *V. Suspendio 4. n. 3. Sylv. ibid. q. 8. fin. Vivald. de Suspend. n. 181. Henric. l. 13. c. 35. n. 2. Sayr. l. 4. Theaur. c. 17. n. 27. Hartad. de Suspend. diffic. 12. n. 30.* Et 1. quidem, si Clerici Sæculares, aut Regulares à suis Ordinariis officio privati sint, eò quòd Hæreticis denunciatis Sacramenta ministraverint, aut ab eis Oblationes, vel Eleemosynas receperint, aut Ecclesiasticam Sepulturam tradiderint; nam his privati non ab Episcopo privante, sed à Pontifice restitui possunt *c. excommunicamus 13. §. credentes de Hæret. Sed ut bene advertunt Navar. c. 27. n. 162. Sayr. n. 27. cit. Palao l. cit. §. dixi,* hic textus non

loquitur de privatis officio per Suspensionem, sed per Depositionem: ideòque mirum non est, quòd nemini alteri, quàm Pontifici, sit potestas restituendi. 2. si quis à proprio Episcopo sit degradatus *c. ex tua 11. de Cler. resid.* Sed neque hic textus, ut iidem DD. notant, ad Suspensionem pertinet. 3. si quis, quòd indignis vitæ, moribus, & doctrinâ beneficia conferat, post unam, & alteram monitionem, à Concilio Provinciali factam, & emendationem non secutam, ab eodem Concilio à Beneficiorum collatione suspensus sit; nam iste nequit restitui, nisi à Pontifice, vel Patriarcha suo *c. grave nimis 29. de præb.*

Dub. 4. quæ sit forma absolvendi à suspensione? *ry.* ex necessitate, seu præcepto nulla est determinata, sed illa sufficiens erit, quæ sufficienter absolventis intentionem exprimit. Communiter usitata est: *Ego te absolvo à vinculo Suspensionis, quam incurristi ob talem causam, & restituo te executioni Ordinis, Officio, vel Beneficio in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Navar. c. 27. n. 161. Sayr. l. 4. c. 17. n. 34. Palao l. cit. n. 10. Valens. hic §. 10. n. 5.

Si pluribus Suspensionibus ligatus; est aliquis, ab iis absolvi potest ex eo tantum, quòd absolvens dicat: *absolvo te ab omni vinculo suspensionis, & intentionem habeat ab omnibus absolvendi.* Suar. D. 29. sect. 3. n. 2. Si dubia sit suspensio, præstanda absolutio non absolutè est, sed hac conditione præmissa, *Si teneris vinculo Suspensionis, absolvo te &c.* Et hæc absolutio, ad cautelam, nuncupata, necessaria omnino est, ut officium exercere, & Beneficium administrare absolvendus possit, eum quæstio suboritur de valore Suspensionis.

§. V.

De Interdicto.

S U M M A R I U M.

- 322. Interdicti Definitio?
 - 323. &c. Varietas.
 - 326. &c. Quenam loca comprehendantur in Interdicto locali generali?
 - 334. &c. Quæ comprehendantur persone, quando Interdicto subicitur Universitas?
 - 340. &c. Quis possit interdicerè?
 - 343. &c. Quod sit Interdicti Subjectum?
 - 345. &c. Et finis?
 - 347. &c. An Interdictum ferri possit pro delicto commisso in retinendo ære alieno?
 - 349. Quæ sit forma servanda in hoc indicendo?
- R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

- 350. Ejus Effectus.
 - 351. &c. Quorum Sacramentorum administratione, & receptione privet?
 - 361. &c. Quomodo, & quibus Divinis Officiis privet?
 - 369. &c. Quomodo privet sepulturâ Ecclesiasticâ?
 - 379. &c. Et ingressu Ecclesie?
 - 389. Quid requiratur, ut obliget Interdictum?
 - 390. &c. Quale peccatum committatur violatione Interdicti?
 - 394. &c. Quæ violentium pœna?
 - 398. &c. Quomodo Interdictum cesset?
- Hh
- Quæ-

322 **Q**Uæritur 1. quid, & quotuplex sit Interdictum? *Re. Interdictum*, prout huc spectat, est *Censura Ecclesiastica*, prohibens usum Divinorum, quatenus à fidelibus haberi possunt. *Sylv. V. Interdictum 1. n. 2.* Navar. *Man. c. 27. n. 164.* Covar. in *c. alma p. 2. §. 1. n. 2.* Sayr. *l. 5. c. 1. n. 7.* Suar. *D. 32. scđ. 1. n. 3.* Coninck, *D. 17. dub. 1.* Laym. *l. 1. tr. 5. p. 4. c. 1. n. 1.* Palao *tr. 29. D. 5. p. 1. n. 2.* Vallens. *bic §. 11. n. 1.* Pirh. *n. 215.* König *n. 42.* Wiestner *n. 119.* la Croix *tom. 8. l. 7. n. 410.* Magnif. P. Schmier *p. 1. de delict. c. 3. n. 247.*

323 Aliud est Locale, aliud Personale, aliud Mixtum. *Locale* directè & immediatè afficit locum, & indirectè, ac mediatè personas; quia in eo loco interdicitur Divina celebrari ob alicujus culpam. *Personale* immediatè, & directè afficit personam, cui interdicta est participatio Divinorum. *Mixtum* verò est, quòd ex Locali, & Personali coalescit: & hoc etiam *Deambulatorium* appellatur; quia afficit non tantum personam, sed quemcumque locum, quem illa persona fuerit ingressa, ut habetur *c. non est vobis 11. de Sponsal. c. dilecti 1. de Appell.* Navar. *c. 27. cit. n. 166.* Henric. *l. 13. c. 41. n. 3.* Sayr. *c. 1. cit. n. 20.* Coninck *dub. 1. concl. 2.* Palao *n. 3.* Wiestner *n. 122.* Reiffensuel *n. 183.* & seqq.

324 Porro tam Locale, quàm Personale subdividitur in Generale, & Speciale. *Locale generale* est, quod plura loca sub se continet e. g. Regnum integrum, Provinciam, Diocesim, Civitatem &c. *Speciale locale*, quod fertur in locum determinatum, ut si una, vel plures Ecclesie alicujus Civitatis supponantur Interdicto. *Personale generale* est, quod fertur in corpus aliquod politicum, quod propriis Legibus gubernari potest, v. g. si incolæ alicujus Provinciæ, Civitatis, Parochiæ, Collegii, vel alterius Communitatis, & probabilius etiam familiæ interdicanter. *Speciale personale*, quod in personas particulares fertur, ut in Petrum, Paulum &c. Neque opus est, ut hæ personæ propriis nominibus designentur, sed satis est, si exprimantur sub aliqua ratione communi ut si feratur in personas, quæ tale delictum commiserint. Palao *n. 4.* & 5. cum aliis ab ipso *citt.*

325 Personale ulterius subdividitur in Totale, & Partiale. *Totale* est, quod omnes effectus Interdicti personalis comprehendit; *Partiale*, quod aliquibus, vel uno tantum privat, ut si interdicaris à celebratione Missæ, à receptione Sacramentorum, ab ingressu Ecclesiæ &c. Navar. *c. 27. cit. à n. 164.* Suar. *D. 32. scđ. 2. n. 37.* Laym. *c. 1. cit. n. 4.* Palao *n. 5.*

Dub. 1. quænam loca comprehenduntur Interdicto generali locali? *Re. circa hoc dubium tenendæ sunt sequentes Regulæ.* 1. Si interdicatur Civitas, interdicitur etiam suburbia illius, & ædificia continentia. Suar. *scđ. 2. cit. n. 23.* Palao *D. 5. p. 2. §. 1. n. 1.* Vallens. *bic §. 11. n. 30.* Engl. *n. 83.* Pirh. *n. 224.* & 225. *not. 1.* König *n. 44.* Wiestner *n. 124.* Reiffensuel *n. 186.* & 190. la Croix *n. 410.* Magnif. P. Schmier *p. 1. de delict. c. 3. n. 256.* & habetur expressè *c. si Civitas 17. b. tit. in 6.* Neque refert, etsi suburbia sint alterius domini, & potestatis, ut rectè advertit Palao *l. cit.* quia aliàs Interdictum facilè eludi posset; possent enim interdicti ad hæc loca confugere, & ibi Divina celebrare, aut isdem interesse. Porro per *Suburbia* intelliguntur ædificia extra muros civitati interdictæ contigua, vel prope illam existentia, ad quæ incolæ Civitatis commodè pro Divinis audiendis, & celebrandis se conferre possunt; per *ædificia continentia* autem intelliguntur, quæ non contigua quidem urbi, sed propinqua tamen sunt. Franc. in *c. si civitas cit. n. 6.* Palao *n. 2.* Pirhing *n. 225. not. 1.* Wiestner *l. cit.* Quantam autem propinquitatem habere debeant, ut censeri debeant inclusa Interdicto, pro Regula communiter assignatur, tunc censeri inclusa, quando ita propinqua sunt, ut pro audiendis Divinis absque gravi difficultate populus eò se recipere possit, prout antea dictum de Suburbis. Palao *l. cit.*

2. Interdicta Civitate, vel Diocesi. 327 si interdicta etiam censetur Ecclesia Cathedralis. Sayr. *l. 5. Theaur. c. 3. n. 10.* Suar. *scđ. 2. cit. n. 22.* Palao *n. 3.* Wiestner *n. 126.* Reiffensuel *n. 194.* Magnif. P. Schmier *n. 257.* contra Covar. in *c. alma p. 2. §. 1. n. 4.* Ratio est, quia aliàs enervaretur vis Interdicti generalis contra textum *c. si civitas cit.* Neque obest *c. quamvis 4. de preb. in 6.* ubi nomine Ecclesiarum non comprehenditur Ecclesia Cathedralis in casu odioso, nisi exprimat; quia ibi tantum quæstio erat, an sub nomine Ecclesiæ, ad cujus aliquod Beneficium quispiam impetravit Litteras provisorias intelligatur Ecclesia Cathedralis: hic autem quæstio est, an sub interdicto lato in totam Diocesim, vel Civitatem Episcopalem comprehendatur Ecclesia Cathedralis, qui casus est prorsus diversus; nemo enim ambigit, sub toto corpore etiam includi caput.

3. Interdicta Diocesi, censentur interdicta Civitates, & omnia loca Diocesis. Palao *n. 4.* Wiestner *l. cit.* contra Bonac. *tom. 1. de Censur. D. 5. p. 1. n. 11.* Ratio est, quia Diocesis coalescit ex Civitatibus, villis, & pagis; ergo interdicta Dioc.

Dicere, censentur interdictæ omnes illius partes, si ut interdicta Civitate, censentur interdictæ omnes Ecclesiæ, in illa Civitate contentæ.

329 4. Interdicta aliquâ Ecclesiâ interdictæ censentur Capellæ illius, & Cæmeterium contiguum Sayr. l. 5. c. 2. n. 15. Suar. sect. 2. cit. n. 25. § 27. Palao n. 5. Vallens §. 11. n. 3. Engl n. 83. Pirhing n. 225. König n. 44. Wietner n. 125. Reiffenstuel n. 191. la Croix n. 410. Schmier n. 410. & habetur c. si civitas cit. §. ratione quoque. Ratio est, quia eidem accedunt, & censentur illius partes. Unde Argumento à sensu contrario infertur, in interdicto cæmeterio, vel Capellâ per speciale aliquod Interdictum, nullatenus censeri interdictam Ecclesiam.

330 5. Quando terræ alicujus Domini Interdicto locali generali subjiciuntur, comprehenduntur sub illo omnes terræ, in quas dominium absolutum, & plenum habet. Palao n. 6. Manetque hoc Interdictum, etiam si Dominus terras ejusmodi vendat, vel alio modo alienet, & non incolæ, sed ipse dominus causam dederit Interdicto; quia etsi tunc cesset causa, ob quam latum est Interdictum, non tamen hoc ipso sequitur ipsum etiam Interdictum cessare, sed tantum sequitur aufertur. Ratio est, quia cum absolute latum sit, secum terra ejusmodi Interdictum defert, ad quemcunque transeat. Ugolin. tab. 5. c. 12. n. 3. Suar. sect. 2. cit. n. 30. Palao n. 6. §. sed redimus. Porro ut hujusmodi extensio locum habeat, requiritur 1. ut ejusmodi terram talis dominus tempore Interdicti lati possederit; nam ad terras, post Interdictum latum de novo acquisitas, Interdictum se non extendit, nisi in Sententia Interdicti ita expressum fuerit; quia Sententia ex se non respicit futura arg. c. fin. de Rescript. ubi cavetur, quod gratia ad futura non extendatur. igitur à fontiori nec poenæ sic extendendæ sunt. Palao l. cit. §. ad terras. 2. ut terræ ejusmodi sint sub talis domini proprietate, & dominio; & hinc Interdicto tali non subjiciuntur terræ, in quas solum habet Jurisdictionem, administrationem, Usufructum: item in quas dominium directum duntaxat habet, quia illas dedit in Hypothecam, Emphyteusin; Feudum, nisi aliud exprimat. Palao l. cit. §. Quodsi. Ratio est, quia illud Interdictum potius in damnum Feudatarii, vel Hypothecarii cederet. 3. ut talis dominus ejusmodi terræ plenum dominium habeat; nam si partiale duntaxat, distinguendum est: Vel enim terra talis pro indiviso est alicujus innocentis; & tunc, ne absque culpa puniatur aliquis innocens, tenendum est, terram illam non subjici Interdicto: vel

R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

contra illa divisim est nocentis, & innocentis, ita, ut pars ejus uni competat, altera pars distincta alteri; & tunc Interdicto subjicitur pars utraque, pars nocentis quidem directè, pars innocentis vero indirectè, & per consequentiam: & hoc ob rationem assignatam n. 326. ne scilicet Interdictum generale latum in terram Domini nocentis eludatur, quod fieret, si populus, habitans in terra directè interdicta, posset ad Divina audienda, & celebranda ad partem terræ contiguam accedere, Palao n. 6. cit.

6. Interdicta terræ alicujus domini, interdicta censentur non solum templa, Ecclesiæ, & Oratoria, ibi existentia tempore Interdicti, sed etiam ea, quæ postmodum fuerint erecta: non quia Sententia Interdicti futura respiciat, sed quia respicit locum, cui Ecclesia denuo constructa inhaeret, atque insitit. Sayr. l. 5. c. 3. n. 13. Coninck D. 17. dub. 1. n. 16. Palao n. 6. §. deinde. Idem dicendum, si Ecclesiæ interdictæ pars aliqua adderetur: nam eo ipso etiam pars illa debet censeri interdicta; quia eandem cum partibus præexistentibus Ecclesiam facit, vel saltem accessoria est. accessorium autem sequitur principale. Secus foret, si Ecclesiæ interdicta funditus interiret, & in eo loco alia de novo construeretur; quia hæc nova Ecclesiæ non est Ecclesiæ, quæ Interdicto fuit subjecta, neque illius pars. Palao l. cit. §. idem existimo.

7. Interdictum Locale omnes tam sæculares, quam Regulares, tam incolæ, quam exteri, tam exempti, quam non exempti observare tenentur, si speciali privilegio super eo non sint muniti: c. auctoritate 4. & c. licet 10. de privil. in 6. imò illud observare debet etiam is, qui Interdictum locale apposuit. Navar. c. 27. n. 161. Sayr. c. 3. cit. n. 28. Coninck n. 25. Palao n. 7. Wietner n. 127. Reiffenstuel n. 196. la Croix n. 414. Schmier n. 259. Ratio est, quia hæc prohibitio non tam personæ facta est, quam loco, ut in eo non celebrentur Divina: & cum obligatio Interdicti nascatur ex Jure communi, ille, qui Interdictum apposuit, eidem derogare non potest.

8. Interdictum locale semper secum fert Interdictum personale, illorum scilicet, qui causam Interdicto dederunt; nam hi specialiter sunt interdicti, ita, ut neque in loco illo interdicto, neque alibi Divina participare possint, cum tamen alii, qui Interdicto locali causam non dederunt, interesse Divinis extra locum interdictum possint, ut habetur c. si sententia 16. h. tit. in 6. & notant Sylv. V. Interdictum 2. n. 7. Suar. D. 37. sect. 1. n. 15. Coninck D. 17. dub. 1. n. 5. Palao n. 8. Barbof. in c. cit. n. 3. Engl n. 84.

H h 2

Pirh.

- Pirh. n. 223. Wiestn. n. 127. Reiffenst. n. 197.
- 334 Dub. 2. quæ personæ comprehendantur, quando Interdicto (subjicitur populus, Collegium, aut alia quævis Universitas? 1. comprehenduntur omnia ipsius membra: adeoque 1. etiam, qui absentes fuerunt, quando latum est Interdictum; quia absentia non impedit eos esse membra Communitatis interdictæ. 2. innocentes; quia non interdicuntur, quatenus innocentes sunt, sed quatenus sunt partes Communitatis nocentis. 3. illi, qui post latum Interdictum partes illius Communitatis fiunt; quia verè ad Communitatem interdictam pertinent. 4. Clerici, & Religiosi, si partes Communitatis, e. g. familiæ interdictæ sint. 5. Concives habitantes in Suburbis, & locis continentibus; quia reputantur concives illius populi interdicti. *Excipit*, si sint sui juris, suæque onera, & honores distinctos habeant. 6. denique etiam Magnates Marchiones, Duces, nisi ab hac obligatione privilegio, vel consuetudine exemptantur. Suar. D. 36. sect. 3. à n. 2. Palao D. 5. p. 2. §. 2. n. 1. & 2. Wiestner *hic* n. 127. §. tertio.
- 335 Excipiuntur autem ab Interdicto generali personaliter lato 1. Episcopi, nisi de ipsis fiat expressa mentio c. quia periculosum 4. b. tit. in 6. Palao §. 2. cit. n. 3. Wiestn. n. 128. Reiffenst. n. 188. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 3. n. 262. & teste Palao omnes.
2. Infantes doli nondum capaces, & amentes; quia ob defectum usûs rationis capaces non sunt prohibitionis per Censuram Interdicti appositæ: bene tamen prohibentur tradi Sepulturæ Ecclesiasticæ; quia hæc prohibitio non tam ipsos, quam Clericos sepulchros afficit. Sylv. V. Interdictum 2. n. 18. Covar. in c. alma p. 2. §. 4. n. 5. Henriq. l. 13. c. 42. n. 3. Sayr. l. 5. c. 4. n. 21. Avil. p. 5. D. 1. dub. 4. concl. 1. Bonac. D. 5. p. 1. n. 21. Hurt. de Interdict. diff. 4. n. 9. Palao l. cit. n. 4. Pirhing n. 240. §. predictis. Wiestn. n. 128. Reiffenst. n. 188.
- 336 3. Excipiuntur, qui à populo recedunt, alibi domicilium constituturi; nam eo ipso desinunt esse pars illius populi, ob quam rationem Interdicto subjiciebantur. Suar. D. 32. sect. 2. n. 34. Sayr. c. 4. cit. n. 5. §. 6. Avil. D. 1. cit. dub. 2. concl. 1. Palao n. 5. Engl. n. 83. Wiestner l. cit. Circa illos, qui duplex domicilium habent, anceps DD. sententia est. Nam Interdicto, saltem quamdiu cum populo interdicto degunt, ipsos subiectos esse contendunt Calderin. de Interdict. membr. 2. n. 39. Angel. V. Interdictum 1. n. 4. Tabien. V. cod. §. 10. Rolell. *ibid.* n. 8. Suar. sect. 2. cit. n. 16. Palao n. 7. quia verè sunt de populo interdicto, & illius honoribus fruuntur. debent ergo illius onera subire. Negant interdictos esse Sylv. V. Interdictum 2. n. 13. Henriq. c. 42. cit. n. 2. Sayr. n. 18. la Croix n. 416. quia cum æquè pars populi interdicti, & non interdicti sint, nulla est ratio, ob quam populi interdicti onus subire debeant potius, quam frui libertate populi non interdicti.
4. Excipiuntur probabiliter exteri, effidiu in populo habitent, ut Scholastici, & Mercatores; quia esto, quòd plerumque Legibus populi adstringantur, non tamen illis, quæ singulares personas, quatenus sunt partes tales populi, afficiunt, uti est Lex Interdicti; quia exteri ad populum non pertinent, nec sunt pars illius. Navar. Man. c. 27. n. 167. Henriq. c. 42. cit. n. 3. Sayr. n. 19. Avil. dub. 4. cit. concl. 10. Coninck D. 17. dub. 1. n. 12. Bonac. D. 5. p. 2. n. 20. Palao l. cit. n. 6. Wiestner n. 128. la Croix n. 410.
5. Interdicto populo, Clerus non censetur interdictus, nec contra interdicto Clero, populus; quia nomine populi Sæculares tantum veniunt intelligendi, & nomine Cleri soli Ecclesiastici. Sayr. l. cit. n. 25. Suar. D. 32. sect. 2. n. 24. §. 25. Avil. concl. 6. Coninck n. 8. Palao n. 8. Pirhing n. 220. not. 2. Engl. n. 85. Wiestner n. 128. Reiffenstuel n. 186. la Croix n. 411. Schmier n. 261. An verò populo interdicto, loca illius populi interdicta sint, controversia est apud DD. Affirmant aliqui cum Covar. in c. alma p. 2. §. 1. n. 7. ne interdictum populi frustraneum sit, si Clerici possent apertis januis, & campanis pulsatis in Ecclesiis illius populi Divina peragere. Sed merito negant Navar. c. 27. cit. n. 167. Sayr. n. 16. Coninck n. 20. Palao n. 11. Wiestner n. 129. Ratio est; quia Interdictum personale à locali distinguitur, nec unum aliud infert. Neque est inconveniens, interdicto populo, posse Clericos Divina in Ecclesiis illius populi celebrare, cum Ecclesiæ non sint interdictæ. Quod si autem ex populo interdicto aliquis aliter divinis veller, expelli debet: si expelli non possit, cessare debebunt Clerici ab illorum celebratione, non ex lege Interdicti, sed ad vitandum scandalum, & cooperationem ad peccatum. Palao n. 11. cit.
6. Interdicto Clero alicujus Ecclesiæ, non hoc ipso talis Ecclesia interdicta censetur: ut proinde id non obstat, quò minus in tali Ecclesia divina celebrare alii Clerici, eaque audire Laici possint. Gloss. in c. 16. V. in clericum b. tit. in 6. Covar. §. 1. cit. n. 7. Barbof. in c. cit. n. 7. Pirhing n. 222. not. 5. Engl. n. 83. Wiestner n. 130. §. quin-

quintò. An verò interdictò Clero alicujus loci, sub nomine Cleri contineantur etiam Religiosi, diffident inter se DD. Covar. §. 1. cit. n. 8. Navar. n. 167. Suar. n. 13. & alii apud Palao volunt contineri, extratione; quia communitas dividitur in Clerum, & populum, at Religiosi etiam Laici sive mares, sive fœminæ, non sunt de populo, ergo sunt de Clero, ergo interdictò Clero etiam ipsi interdicti censendi sunt. Sed probabilis non continetur hujusmodi interdictò, licet istud latum sit à Pontifice, vel alio, qui in Sæculares, & Regulares Jurisdictionem habet. Sylv. V. Interdictum 2. n. 19. Henric. c. 22. cit. n. 3. Sayr. n. 29. Coninck n. 8. Palao n. 9. Engl. n. 85. Pirhing n. 220. not. 2. y. porro, Wietner n. 130. Reiffenst. n. 187. la Croix n. 410. Ratio est, quia esto, Religiosi sub nomine Cleri comprehendantur in favorabilibus, non tamen in pœnabilibus, & odiosis, utpote qui diversis Legibus, & Constitutionibus reguntur. Excipiuntur 1. Religiosi, qui Beneficium Sæculare possident; nam hi cum Clericis Sæcularibus unum corpus constituunt: conf. sub interdictò Cleri intelliguntur, Excipiuntur 2. nisi interdictum latum sit sub nomine personarum Ecclesiasticarum: nam tali Interdictò comprehenduntur etiam Religiosi quicunque utriusque sexûs; quia verè sunt personæ Ecclesiasticæ, ad Ecclesiam, & illius Jurisdictionem directè pertinentes. Pirb. Westf. l. cit.

Quæritur 2. de Causis Interdicti, 340
Et 1. quidem dubiatur, quæ sit causa Efficiens, seu Minister interdicti? 2. Minister, & causam Efficientem interdicti esse, qui Jurisdictionem in foro contentioso habet: & regulariter, qui sententiam Excommunicationis, & Suspensionis ferre potest, etiam interdicere potest, Suar. D. 36. sect. 1. n. 2. Palao tr. 29. D. 5. p. 3. §. 1. n. 2. Vallens. hic §. 12. n. 1. Pirhing ibid. n. 229. & colligitur ex c. cum Ecclesiarum 3. de Offic. Ord.

In specie interdicere possunt 1. 341 Pontifex, ejus Legatus, Nuntius, Delegatus, Subdelegatus. 2. Episcopus, etiam non consecratus, & quicumque alii, qui Jurisdictionem quasi Episcopalem in subditos suos habent. 3. Capitulum Sede vacante, medio Vicario à se electo juxta Trid. sess. 24. c. 16. de Reform. 4. Prælati Religiosorum, cum limitatione tamen; nam etsi Religiosos sibi subditos ligare possint Interdictò personali, non tamen locali loca sibi subjecta; quia hæc potestas, etsi de Juris rigore ipsis conveniat, eis adempta est per consuetudinem, ut pluribus cit. testatur Palao §. 1. cit. n. 4.

342 Isti tamen omnes, ut ferre Interdictum possint, non debent esse Suspendi,

vel Excommunicati; nam si Suspendi, vel Excommunicati sint, non denuntiari quidem illicitè, denuntiati verò etiam invalidè sententiam Interdicti ferunt, eò, quòd post denuntiationem careant Jurisdictione. Palao n. 5. Præterea, ut Episcopus Clericos sibi subjectos Interdictò subjicere possit, de Juris rigore debet habere consensum Capituli, ut colligitur ex c. pervenit 1. de Excess. Prælat. 6. novit 4. & c. seq. de his, quæ à Prælat. c. cum in cunctis 1. de his, quæ à major. part. Capit. Consuetudine tamen ubique recepta nunc Capituli consensus etiam ad interdicendos Clericos non requiritur, Suar. D. 36. sect. 1. n. 6. Palao l. cit. n. 2.

Dub. 2. quod sit subjectum, & si 343 nis Interdicti, & quam ob culpam ferri possit? 2. Interdicti localis subjectum est locus: sed hic, ut directè subijci Interdictò possit, debet esse subjectus Jurisdictioni interdicentis; per accidens tamen sæpe contingit, ut Interdictum se extendat ad loca etiam non subjecta Jurisdictioni interdicentis, quando scilicet aliàs Interdictum à Judice positum esset frustraneum, prout notavi supra n. 326.

Interdicti personalis subjectum est 344 persona, vel Communitas: quo differt Interdictum ab Excommunicatione, quæ nunquam fertur in Communitatem, Ut verò persona aliqua subijci Interdictò possit, debet 1. esse subjecta Jurisdictioni interdicentis; aliàs ejus præceptis, & sententiis ligari non potest. 2. debet esse rationis compos; aliàs incapax est præcepti, & pœnæ præcepto annexæ.

Finis Interdicti est culpæ emendatio, 345 seu punitio. Culpæ autem ista debet esse peccatum mortale, quia Interdictum est pœna gravissima, & cum etiam innocentes quandoque feriat, gravior aliquo modo, quàm Excommunicatio: & hinc ob solum peccatum veniale ferri non potest. Imò si Generale, personale, vel locale sit, nullo modo in Jure fertur, nec ferri ab alio potest, quàm à Pontifice, ob culpam quantumvis gravem alicujus privatæ personæ, nisi ea culpa sit culpa Capituli, vel Communitatis arg. c. non est vobis 11. de Sponsal. & deciditur in Conc. Basl. sess. 20. Navar. Man. c. 27. n. 168. Sot. in 3. dist. 22. q. 3. art. 1. Covar. in c. alma p. 2. §. 1. n. 4. §. 5. Sayr. l. 5. c. 11. à n. 7. Henric. l. 13. c. 50. n. 1. Suar. D. 36. sect. 3. n. 5. 6. §. 9. Avil. p. 5. D. 3. dub. 1. concl. 5. Coninck D. 17. dub. 1. fin. Laym. l. 1. tr. 5. p. 4. c. 4. n. 4. Hurt. de Interdict. diffc. 13. n. 38. Palao D. 5. p. 3. §. 20. n. 3. Ratio est, quia pœna debet proportionari culpæ, & cum hæc sit pœna communis, culpam communem requirit,

346 Intelligi autem hoc debet, si Interdictum sit absolutum, & integrum; nam si partiale, & ad breve tempus, ut pluribus *citt.* docet Palao n. 9. ob culpam venialem injungi potest; quia est levis poena, & facile amovibilis. Non autem, si interdictum sit absolutum, & integrum. *Neque obstat*, quod ob peccatum veniale incurratur Excommunicatio minor; nam Interdictum, præterquam quod pluribus bonis Spiritualibus privet, quam Excommunicatio minor, difficilius præterea tolli, quam Excommunicatio minor, potest, cum ab hac absolvere possit quis Sacerdos, qui absolvere à mortalibus potest. König *hic n. 47.*

347 Dub. 3. an pro delicto à Capite, vel Communitate commissò in retinendo aere alieno possit interdictum ferri? *Certum est* pro tali delicto absque speciali Summi Pont. licentia non posse ferri *Interdictum locale generale*; quia ita expressè cautum est in *Extrav. 2. inf. comm. h. tit.* quam confirmavit Clemens VII. in *Bulla* incipit *Licet ea edita 1530. 9. Cal. Jun.* & est 35. ejusdem in Bullario. Quoad *interdictum locale speciale* e. g. unius, vel alterius Ecclesie, an pro debito pecuniario imponi possit, controvertunt DD. Affirmant Navar. c. 27. cit. n. 168. Sayr. c. 11. n. 19. Suar. *sect. 3. n. 8.* ex ratione, quia prædicta *Extravagans* solum loquitur de Interdicto Generali. Sed verius contrarium docent Covar. in *c. alma p. 2. §. 1. n. 5. Avil. p. 5. D. 3. dub. 3. concl. 2. Palao D. 5. p. 3. §. 2. n. 5.* Ratio est 1. quia in prædicta *Extrav.* prohibetur, ne supponatur Interdicto Provincia, Civitas, Castrum, locus, territorium, atqui locus tam de Interdicto locali generali, quam de speciali intelligitur. 2. solutio debiti pecuniarii facile aliis viis obtineri potest absque innocentum periculo. 3. Interdictum locale generale ideo ob causam pecuniariam ferri non potest à potestate ordinaria, ne ob temporalem causam, & quæ aliâ viâ emendari potest, innocentes detrimentum patiantur. hæc autem ratio procedit etiam in interdicto locali speciali. ergo nec istud imponi potest ob debitum pecuniarium.

348 Quoad Interdictum personale distinguendum est inter speciale, & generale. *Generale personale* probabilius nec ipsum ob æris alieni retentionem, à capite communitatis factam, imponi potest. Henriq. l. 13. c. 50. n. 3. Avil. *dub. 3. cit. concl. 4. Sayr. c. 11. à n. 19. Palao n. 6. Neque obstat*, quod *citt. Extr.* tantum loquatur de Interdicto locali; non enim idcirco statim dicendum est, quod concedat ferri interdictum personale, cum ratio prohibendi interdictum locale se extendat etiam ad interdictum personale generale, ne scilicet

innocentes graventur ob talem causam temporalem, *Speciale personale* pro debito pecuniario ferri quidem potestate ordinaria potest in personam, quæ est in culpa; nam contrarium nullibi cautum est: non tamen ob culpam alienam; quia cum tale Interdictum propriam personam ubique afficiat, culpam in ipsa supponit Sayr. c. 11. n. 5. Suar. *D. 36. sect. 3. à n. 2. Hurt. diff. 13. n. 19. Palao l. cit. n. 7.*

Dub. 4. quæ sit Forma servanda in impositione interdicti? *Nullam esse præscriptam: conf. ea sufficere, quæ voluntatem imponentis exprimat.* Palao §. 2. cit. n. 10. Vallens. *hic §. 1. n. 3.* Ut verò licitè imponatur, debet ferri in scriptis, & ibi exprimi causa, ob quam fertur, & exemplar tradi parti intra mensem, si petierit; alioquin interdicens ab ingressu Ecclesie per mensem erit ipso Jure suspensus.

Quæritur 3. qui sint Effectus Interdicti? *Re. quatuor enumerari.* 1. Privatio activa, & passiva Sacramentorum *c. responso 43. h. tit. & c. si sententia 16. eod. in 6.* 2. Privatio activa divinatorum Officiorum *c. permittimus 57. eod.* 3. Privatio activa, & passiva Ecclesiasticæ Sepulturæ *c. quod in te 11. de Pœn. & remiss. c. cum & plantare 3. §. quodsi, de Privi. & c. Episcoporum 8. eod. in 6.* 4. Privatio ab ingressu Ecclesie *c. sacro 48. h. tit. & c. is cui 20. eod. in 6.* Hos omnes effectus post se trahit interdictum, si absolutè sit latum; si verò ex voluntate imponentis restrictum sit, eum effectum tantum comprehendet, quem interdicens voluerit. Palao *tr. 29. D. 5. p. 4. pr. & ab hoc cit.*

Dub. 1. quorum Sacramentorum administratio, & receptio prohibeatur tempore Interdicti? *Discurrendum est per singula Sacramenta.* Primum est *Baptismus.* Hic tempore cujuscunque interdicti concedendus est parvulis, ob ejus necessitatem *c. non est vobis 11. de Sponsal. quæ concessio postmodum extensa fuit etiam ad Baptismum cujuscunque adulti, sive sani, sive infirmi c. quoniam 19. h. tit. in 6.* nam quamvis isti sola contritione salvari possint, quia tamen contritio difficulter haberi potest, ideo Ecclesia beneficium hoc ipsis denegare non voluit. Potestque administratio ista, & debet, non obstante quocunque interdicto, fieri solenniter, ritibus consuetis, & apertis etiam januis templi; quia cum permittitur Baptismus, non censendus est permitti aliter, quam quo modo de jure faciendus est. Navar. *Man. c. 27. n. 177. Henriq. l. 13. c. 45. n. 1. & c. 53. n. 4. Sayr. l. 5. Theaur. c. 7. n. 3. Suar. D. 33. sect. 1. n. 2. Avil. p. 5. D. 4. sect. 1. à n. 4. concl. 1. Bonac. D. 5. p. 3. n. 2. Laym. l. 1. tr. 5. p. 4. c. 2. n. 1. Pa-*

Palao p. 4. cit. §. 1. n. 2. Pirh. n. 228. hic, Wiefner *ibid.* n. 132. Et hoc ita verum est, ut si Fons non sit benedictus, benedici etiam tempore Interdicti possit. Suar. Bonac. Pal. l. cit. & alii communiter. Idem dicendum, quando Minister est interdicto generali personali subiectus; nam interdictum personale generale non ligat arctius, quam generale loci, quo non obtante, permittitur ministratio Baptismi. Filliuc. tr. 18. c. 2. n. 33. Bonac. p. 3. cit. §. 1. n. 5. Palao l. cit. n. 5. Aliud dicendum de Ministro specialiter interdicto: nam iste, quamvis in casu necessitatis privatim baptizare possit, non tamen hoc potest extra hunc casum; quia his personis, sicut & excommunicationis nullus est favor concessus, qui tamen concessus esset, si seclusa necessitate baptizandi, possent ministrare hoc Sacramentum. Sayr. c. 7. cit. n. 6. Suar. sect. 1. cit. n. 8. Filliuc. n. 33. cit. Bonac. n. 5. Palao n. 5.

351. Secundum est confirmatio. De hoc idem dicendum, quod de Baptismo, nam, quamvis ista non sit Sacramentum necessitatis, est tamen Baptismo accessorium, & illius quasi complementum, ideoque concessio hoc, etiam illud concessum videtur, non utcumque, sed cum omni sua solennitate, apertis januis, sicut si interdictum non esset. Sylv. V. Interdictum 5. n. 9. Covar. p. 2. §. 2. n. 7. Sayr. c. 7. cit. n. 6. S. ar. sect. 1. n. 7. Bonac. n. 4. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 31. n. 23. Laym. c. 3. cit. n. 1. Palao n. 6. Pirhing n. 229. §. 230. not. 2. Wiefn. n. 133. Reiffenst. n. 199. §. 200. la Croix tom. 8. l. 7. n. 418. & sumitur ex c. quoniam 19. b. tit. in 6. ubi additur, posse etiam in loco specialiter interdicto confici Chrisma; quia est necessarium Confirmationi, & hac concessa, concedi debent, quae ad illam conficiendam sunt necessaria. Palao n. 6. cit. Dubitatio esse potest de Ministro, & Suscipiente: quae dirimi distinctione potest; nam si Interdictum sit generale, ministrare sic interdictus, & recipere hoc Sacramentum potest, non verò si specialiter persona sit interdicta: & quidem sic interdictus ministrare licet non potest; quia c. Clerici 3. c. latores 4. de Cler. excomm. ministr. & c. si sententia 16. b. tit. in 6. tam Excommunicati, quam Interdicti prohibentur ministrare Divina: recipere verò hoc Sacramentum nequit; quia ut licet illud recipiat, prius satisfactionem exhibere, vel si hoc nequeat, cautionem praestare debet arg. c. alma 24. b. tit. in 6. Suar. n. 9. Bonac. n. 4. Palao n. 7. Wiefner n. 133.

353. Tertium est Sacramentum Pœnitentiae. Hoc Jure antiquo solis moribundis, & peregrinis concedebatur c. quod in te 11. de Pœn. §. remiss. Jure recentiore conce-

ditur omnibus, duplici conditione apposita c. alma cit. Prima est, ne pœnitens Sacramentum hoc recepturus sit excommunicatus Excommunicatione reservata, & imposita, quòd Interdicto pertinaciter causam dederit. Suar. D. 33. sect. 1. n. 15. Avil. p. 5. D. 4. sect. 1. dub. 3. concl. 4. Bonac. D. 5. p. 3. §. 3. n. 1. Palao l. cit. n. 8. Pirhing n. 231. Reiffenstuel n. 201. Secunda est, ne absolvendus causam culpabilem interdicto dederit; nam eo casu debet prius satisfactionem condignam exhibere, vel de satisfaciendo cautionem idoneam praestare, aut si neutram possit, jurare debet se satisfacturum, cum primum poterit, uti cavetur c. alma cit. Suar. l. cit. n. 20. Bonac. n. 2. Palao n. 8. cit. Barbof. in c. alma cit. n. 4. Engl. n. 93. Pirh. Reiffenst. l. cit. Quod dictum est de receptione hujus Sacramenti, etiam dicendum de ejus administratione; potest enim administrari in loco interdicto, & à persona generaliter interdicta non verò à persona specialiter; quia huic quælibet Sacramentorum ministratio extra casum necessitatis prohibita est: si tamen ab interdicto specialiter etiam denunciato administratur; probabilis Sacramentum validum erit; quia interdictum non Jurisdictionem, sed solum Divinorum tollit. Bonac. l. cit. n. 2. Palao n. 8. cit. fin.

354. Quartum est Sacramentum Eucharistiae. Hoc tempore Interdicti localis, aut personalis generalis potest, & debet administrari his, qui constituti sunt in probabili mortis periculo vel ob infirmitatem, vel ob aliam causam extrinsecam, qualis est navigatio diuturna, praeliatio, partus difficilis, condemnatio ad mortem, dummodo Interdicto causam non dederint, aut fuerint aliunde specialiter interdicti; nam hi, ut ministrari eisdem Eucharistia hoc casu possit, debent antè praestare satisfactionem condignam, vel si hanc praestare nequeant, cautionem pignoratitiam, fidejussoriam, vel saltem juratoriam c. quod in te 11. de Pœn. §. remiss. c. permittimus 57. b. tit. & c. alma 24. eod. in 6. Potestque hoc casu ac debet SS. Sacramentum ad domum aegroti deportari solita cum solennitate, comitantibus Clericis, candelis accensis, pulsatis cymbalis c. sanè 10. de celebr. Missar. Delato Sacramento etiam licitum est Sacerdoti populo illud ostendere ad adorandum, & cum ipso eidem benedicere; quia per interdictum non prohibetur visus, ostensio, & adoratio, nisi in Missæ Sacrificio. Sayr. l. 5. c. 7. n. 28. Suar. D. 33. sect. 1. n. 27. Palao p. 4. cit. §. 1. n. 10. Pirh. n. 232. Wiefn. n. 135. Extra mortis articulum nec ministrare, nec recipere Eucharistiam licet in loco interdicto, etiam personis innocentibus c. quod in-

in te c. permittimus, & c. alma cit. Excipitur, nisi super ejus receptione speciali privilegio muniti sint, sicut ferè sunt Religiosi, & Moniales. *Compend. Privil. Societ. Jesu Interdictum, & V. communicare, Wiestn. n. 135.*

355 Quintum est *Extrema Unctio*. Hoc Sacramentum ex constanti omnium Sententia in nullo Interdicto locali, aut personali ministrari potest, etiam illis diebus, quibus juxta *infra n. 365.* dicenda celebrare Divina, & interesse iisdem permissum est c. *quod in te cit. & c. non est vobis II. de Sponsal.* Et extenditur prohibitio hæc etiam ad Clericos, & ex his ad illos quoque, quibus aliàs concessum est tempore Interdicti Sacrificium Missæ, & Divina Officia celebrare, ut colligitur ex c. *quod in te cit.* ubi postquam Pontifex dixit, omnibus tempore interdicti prohibitam esse extremam Unctionem, & Ecclesiasticam Sepulturam, subdit, Sepulturam Ecclesiasticam Clericis servantibus Interdictum concedendam esse, tacite ergo prohibitionem Extremæ Unctionis in vigore suo relinquit *arg. c. nonne 5. de Præsumpt.* Excipiuntur 1. qui privilegium speciale circa hoc sibi concessum habent, quale habent Religiosi mendicantes, & qui cum iis in privilegiis communicant; nam hi ministrare, & recipere hoc Sacramentum tempore interdicti possunt, ex privilegio relato in *Compend. Min. V. Unctio extrema, & in Compend. Privil. Societ. V. eod.* Excipitur 2. si infirmus nullum aliud Sacramentum possit recipere; tunc enim potest illi Extrema Unctio ministrari ex præsumpta Ecclesiæ voluntate; quia non est credendum, Ecclesiam suis fidelibus, & maximè morituris, subsidium Sacramentorum denegare velle, maximè cum salus æterna infirmi, Sacramento non recepto, non leviter periclitetur, cujus periculum maxima ex parte temperatur, Sacramento Extremæ Unctionis recepto. *Chapeauvill. de mod. administr. Sacr. temp. pest. post c. 4. q. 3. Laym. l. 1. tr. 5. p. 4. c. 2. n. 1. §. de Sacramento Extremæ Unctionis. Palao D. 5. p. 4. §. 1. n. 20. Pirhing n. 234. Könign. 50. Wiestner n. 136. Reiffenstuel n. 203.*

356 Sextum est *Ordo*. De quo certa sententia est, in loco interdicto, & personis specialiter interdictis nullo modo conferri posse; bene tamen generaliter interdictis in loco non interdicto. *Covar. in c. alma p. 2. §. 3. n. 4. Navar. Man. c. 27. n. 179. Henriq. l. 13. c. 45. n. 1. Suar. D. 33. sect. 1. n. 45. Laym. n. 1. cit. §. de Sacram. Ord. Palao n. 21. Magnif. P. Schmier p. 1. de Delict. c. 3. n. 251.* Ratio est, quia qualibet Sacramentorum receptio, & administratio in loco interdicto, & personis specialiter in-

terdictis est prohibita; secus verò iis, qui generaliter interdicti sunt, in loco non interdicto c. *responsio 43. h. tit. & Sacramentum Ordinis nullibi reperitur exceptum.* ergo etiam de hoc intelligenda est procedere prohibitio generalis. Excipitur, si contingeret, in aliqua Provincia esse tantam Sacerdotum penuriam, ut Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ commodè infirmis ministrari non posset; tunc enim probabilis licita esset Ordinatio in loco interdicto, ut contra *Sylv. Covar. Ugolin. rectius docent Abb. in c. 11. de Sponsal. n. 8. Henriq. c. 45. cit. n. 4. Sayr. l. 5. c. 7. n. 38. Bonac. D. 5. p. 3. §. 3. n. 3. Laym. c. 2. cit. n. 1. Palao n. 23. Pirhing n. 235. Wiestner n. 136.* Ratio est, quia c. *alma cit.* permittuntur aliqua Sacramenta administrari, & confici tempore Interdicti, consequenter ergo permittenda est Ordinatio Ministrorum, qui ad id fuerint necessarii; aliàs inutilis esset ista concessio. *Conf. à pari:* ex eo, quòd tempore Interdicti concessa sit ministratio Baptismi, & Confirmationis, concessa etiam censetur Benedictio fontis, & confectio Chriftatis, sine quibus ministrari illa Sacramenta non possunt, ergo cum neque sine Ministris ministrari Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ possit, ex horum concessione rectè inferitur concessa illorum Ordinatio. Sed ut bene *Sayr. & Palao l. cit.* notant, hic casus rarò, vel nunquam contingere potest; quia cum Episcopus ad locum non interdictum accedere, vel iniciandos ad Episcopos propinquiores mittere possit, non facile contingere potest talis necessitas.

Septimum est *Matrimonium*. De hoc satis convenit inter DD. quòd ab eo contrahendo removeantur specialiter interdicti, si contumaces existant; quia obicem ponunt gratiæ per Sacramentum Matrimonii recipiendæ. An verò illud contrahi tempore Interdicti locali, & à personis generaliter interdictis possit, controversa est inter DD. Negant *Ugol. tab. 5. c. 7. §. 3. n. 1. & c. 10. §. 1. n. 1. Suar. D. 33. sect. 1. n. 51. Bonac. D. 5. p. 3. §. 3. n. 8.* cum aliis ex ratione, quòd Sacramentorum receptio generalis Interdicti tempore sit prohibita, Matrimonium autem non sit exceptum.

Sed verius potest contrahi in loco in 358 terdicto, & à personis generaliter interdictis. Ita *Abb. in c. 11. n. 8. de Sponsal. Sylv. V. Interdictum 5. n. 9. Covar. in c. alma p. 2. §. 3. n. 7. Navar. Man. c. 27. n. 179. Henriq. l. 13. c. 45. n. 3. Tolet. l. 1. c. 20. n. 9. Avil. p. 5. D. 4. sect. 1. dub. 6. Sanch. l. 7. de Matr. D. 8. n. 2. Tann. tom. 4. q. 10. dub. 8. n. 150. Coninck*

ninck *D. 17. dub. 2. n. 48.* Laym. *l. 1. tr. 5. p. 4. c. 2. n. 1.* Palao *tr. 29. D. 5. p. 4. S. 1. n. 25.* Vallens. *hic §. 12. n. 4.* Engl. *n. 94.* Pirh. *n. 236.* Wiestn. *n. 136. fin.* la Croix *n. 413.*
 § 420. Ratio est, quia Matrimonium principaliter est contractus humanus, & politicus, cui ratio Sacramenti ex Christi institutione annexa est. atqui contractus humani tempore interdicti non prohibentur, ergo neque contractus Matrimonii ob Sacramenti rationem adjunctam censeretur debet prohibitus, cum accessorium sequatur naturam principalis. Imò etiam specialiter interdicti, si poenitentes, & contriti sint, nullatenus ab eo contrahendo excluduntur; quia non prohibentur ex vi Censuræ, sed ex vi obicis, qui per poenitentiam remouetur, Sylv. Navar. Henriq. Tolet. *l. cit.* Sanch. *n. 5.* Palao *n. 27.*

359. Benedici tamen nuptiæ tempore interdicti non possunt, ut contra Rosell. Angel. & alios docent Navar. *n. 178.* Henriq. *c. 44. n. 2.* Sayr. *l. 5. c. 7. n. 41.* Sanch. *D. 8. cit. n. 10.* Palao *n. 28.* Pirhing *n. 236.* la Croix *n. 420.* Ratio est, qui licet Benedictio sit accessorium ad nuptias, tamen non ita necessaria est, ut confessio Chrismatis ad Confirmationem: & præterea Benedictio est diversæ rationis à nuptiis; Matrimonium enim ad contrahentes spectat, Benedictio ad Clericos, & sub Officio Divino continetur: unde sicut istud, ita & Benedictio Interdicti tempore prohibita erit. Excipitur, nisi conjuges privilegium habent assistendi Officis Divinis tempore Interdicti; tunc enim possent eorum nuptiæ benedici, servato moderamine *c. alma* præscripto. Idem dicendum, cum ob Festivitates *n. 365.* recensendas Divina Officia permittuntur. Palao *n. 29.* & apud hunc Sylv. Covar. Henriq. Sanch. Sayr. Bonac.

366. Ad Argumentum contrarium *n. 357.* allatum dico, illam prohibitionem intelligendam esse de Sacramentis purè Spiritualibus, & quæ Ecclesiæ Ministris dispensanda relinquuntur, quale Matrimonium non est, cum contractu humano, & politico naturatur, & ab ipsis contrahentibus ministratur: eaque de causa non fuit necesse illud à prohibitionem generali excipi; quia sub ipsa non comprehendebatur.

361. Dub. 2. quid veniat nomine Officii Divini, dum hoc prohibetur tempore Interdicti? R. sub nomine Officii Divini veniunt, quæ primò, & per se annexa sunt alicui Ordini Sacro, & quæ à solis Clericis ex institutione Christi, vel Ecclesiæ fieri permittuntur, uti sunt Sacrificium Missæ, benedictio olei, chrismatis, fontis pro Baptismo conficiendo, Ramorum in Dominica Palmarum, Cereorum in die Purificationis, Nuptiarum; item benedictio templi, R. P. Schmalzgrueber *L. V. T. II.*

vestium, aut vasorum Sacrorum, aquæ benedictæ, consecratio Altaris, Denique Horæ Canonice, & Officium B. V. cum Psalmis, & Litanis, si in communi dicantur, & in loco ad id specialiter deputato, & cum ordinaria solennitate. Ista omnia tempore interdicti, secluso privilegio, fieri nequeunt. Palao *tr. 29. D. 5. p. 4. S. 2. n. 1.* Reiffenstuel *hic n. 204.* Magnif. P. Schmier *p. 1. de Delict. c. 3. n. 248.*

Dixi 1. quæ primò, & per se annexa sunt alicui Ordini Sacro: Unde sub Officiis Divinis non comprehenditur Concio; quia non ad DEUM, sed ad populum instruendum ordinatur: neque Benedictio mensæ, recitatio itinerarii Clericorum, aliorum Psalmorum absque Ordine Divini Officii, Litaniarum, adoratio Crucis in die Veneris Sancto &c. modò omittatur solennitas, cum qua ista fiunt à Clericis. Navar. *Man. c. 27. n. 176.* Henriq. *l. 13. c. 44. n. 2.* Sayr. *l. 5. c. 3. à n. 38.* Suar. *D. 34. sect. 3. à n. 1.* Palao *n. 1. cit.* Vallens. *hic §. 12. n. 4.* Pirh. *n. 230.* Reiffenst. *n. 205.*

Dixi 2. quæ à solis Clericis &c. Ubi comprehenditur etiam recitatio publica, & solennis Horarum Canoniarum facta à Monialibus: nam licet illa recitatio, ut à Monialibus fit, non sit Ordini Sacro annexa; quia tamen per se, & ex institutione sua recitatio solennis Horarum Canoniarum à Ministris ordinis peragitur, & in ordine ad prædictum munus peragendum Ministri consecrantur, ea de causa Monialibus, quibus hæc solennis recitatio indulgetur, censenda est tempore interdicti prohibita. Suar. *sect. 3. cit. n. 8.* Laym. *l. 1. tr. 5. p. 4. c. 2. n. 2.* Palao *l. cit.*

Dixi 3. cum ordinaria solennitate: nam si Horæ Canonice recitentur in domo privata, vel etiam in aperto campo absque ulla solennitate, talis recitatio tempore interdicti non foret prohibita; quia peragitur non ut à Ministris Ecclesiæ, sed tanquam à privatis fidelibus. Imò per *c. quod in te 11. de Pœn. & remiss.* Horas dicere non cantando, sed legendo Clerici possunt bini, vel terni etiam in Ecclesia. Similiter non prohibetur tempore interdicti privata recitatio Psalmorum Gradualium, ac Poenentialium, Officii B. V. Salutationis Angelicæ, & similium precationum ad pulsam campanarum &c. Navar. *n. 176.* Laym. *n. 2.* Wiestner *n. 138.*

Dixi 4. secluso privilegio. Talia privilegia complura sunt sive Corpore Juris communis clausa, sive extra illud. Et 1. quidem hoc privilegium datum est in *c. alma cit.* Festivitatibus Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis B. V. in quibus interdictum suspenditur: quam suspensionem postmodum Martinus V. *Const. incipit ineffabile*, & Eugenius IV. *Const.*

Const. incipit *Excellentissimum* extendit ad Festum Corporis Christi, & totam illius Octavam: deinde Leo X. ad Festum Immaculatæ Conceptionis pro tota Hispania. In his ergo solemnitatibus licet apertis januis, & cum omni solemnitate Sacerdotibus celebrare Missam, & alia Divina Officia, & fidelibus, modò interdicto causam non dederint, aut aliunde sint specialiter interdicti, Sacrificio Missæ interesse: & probabilius etiam Eucharistiam recipere Suar. D. 33. cit. sect. 1. n. 37. Coninck D. 17. dub. 2. n. 36. Filiuc. tr. 28. c. 2. n. 32. Palao l. cit. §. 1. n. 13. Ratio est, quia Jure antiquo omnibus assistentibus Missæ Sacrificio concessum erat de ipso Sacrificio communicando participare, ergo cum his diebus possint fideles assistere Sacrificio, etiam concessum censetur, ut sub eo communicent. Et fortè hanc ob causam textus non fuit usus verbo *assistere sed participare*, ut ex eo colligeretur, non solum illos Sacrificio Missæ, & Divinis Officiis assistere, sed etiam SS. Christi Corpus communicando participare posse. Idem dicendum videtur de Religiosis, & aliis omnibus, quibus datum est privilegium, ut interdicti tempore possint assistere Sacrificio Missæ, Suar. l. cit. n. 35. & 36. Filiuc. n. 42. Palao n. 25. contra non paucos alios.

567 2. Per c. *permissimus* 47. b. tit. tempore Interdicti semel in hebdomade celebrari Missa potest ad conficiendam Eucharistiam pro infirmis: quæ facultas postea in c. *alma* cit. extensa est, ut jam non semel in hebdomade, sed singulis diebus Missæ celebrari possint, & Officia Divina peragi in quibuscunque Ecclesiis & monasteriis: modò observentur conditiones in c. *alma* cit. præscriptæ. 1. ut Divina fiant submissa voce, h. e. absque solenni cantu, & taliter, ut ab iis, qui extra Ecclesiam fuerint, audiri non possint, bene tamen ab iis, qui sunt intra Ecclesiam, percipi. 2. ut januæ omnes sint clausæ, per quas aditus ad Ecclesiam patet: debentque portæ sic esse clausæ, ut ab existentibus extra Ecclesiam videri non possint Divina Officia, ideòque perforatæ esse non debent arg. Clem. 1. b. tit. ubi arguuntur Religiosi, quod in portis Ecclesiarum tempore interdicti fecerint foramina. 3. ne pulsentur campanæ ad Missam, & divina Officia; nam cum populus convocandus non sit, sed potius à Divinis arcendus, non erat expediens signo usitato ad illius convocationem uti: quod aded verum est, ut nec usus illius tintinnabuli parvi ad *Sanctus*, & elevationem Hostiæ liceat. Pulsari tamen campanæ possunt ad ea, quæ non sunt Officia divina, e. g. ad convocandum populum pro Concione, ad Salutationem Angelicam, ostensionem Reliquiarum, delationem Eucharistiæ, illius-

que comitatum, Sylv. V. interdictum §. n. 7. Covar. p. 2. §. 4. n. 5. Suar. D. 34. sect. 2. n. 19. Palao p. 4. §. 2. n. 14. Wiestner n. 139. 4. ut Excommunicati, & interdicti excludantur, intellige, denuntiat; quia hos tantum tenemur vitare *Extrav. ad evitanda sepius cit.* Quodsi interdictus nollet exire post monitionem, & expelli non posset, cessandum erit à celebratione, sicut supra dictum est de Excommunicato. Hoc autem intelligendum est tantum, quando celebratio Missæ fit in loco interdicto; nam si fiat in loco non interdicto, & interdictus nollet exire, non tenetur Sacerdos desistere à celebratione Missæ: & ratio est, quia Jura prohibentia celebrationem coram interdicto loquuntur de loco interdicto, in quo non permittunt celebrari divina, nisi interdictis, & Excommunicatis exclusis. Suar. l. cit. n. 10. Palao n. 15. 5. ut ad divina in loco interdicto ex privilegio hoc celebranda non admittantur Laici; quia privilegium concessum est tantum Clericis: quorum tamen nomine veniunt omnes personæ Ecclesiasticæ, quæ privilegio Canonis, & fori gaudent, & probabiliter etiam Clerici conjugati, neque excludi Clerici exteri debent. Palao n. 4. & alii ab hoc *citt.* Sunt tamen aliqui casus, in quibus etiam tempore interdicti Laici non interdicti admitti ad divina possunt, ut cum Laico confertur prima Tonsura, aut Virgo Monialis benedicenda est; quia licet hæc actiones incipiant à persona Laica, finiuntur tamen in Ecclesiastica. Item ex necessitate Sacrificii, cum Sacerdos Ministro ad aram indiget, nec Clericum habet. Et denique per consequentiam ad privilegium, ut cum Dominus, qui tempore interdicti Divinis potest assistere, secum ducit comitatum famulorum. Palao §. 2. n. 16.

Circa Privilegium n. præc. explicatur 166 duplex occurrit difficultas ulterius explicanda. 1. quidnam veniat nomine Ecclesiæ, & Monasterii, quibus per c. *alma* tempore interdicti conceditur celebratio divinarum? 2. in quonam interdicto locum habeat hoc Privilegium? Ad 1. nomine Ecclesiæ hic veniunt etiam Hospitalia auctoritate Episcopi erecta, & nomine Monasterii tam virorum, quam seminarum conventus: quia cum hoc sit Privilegium, & Corpori Juris communis insertum, latè interpretandum est. Covar. in c. *alma* p. 2. §. 4. n. 2. Sanch. l. 7. de matr. D. 8. n. 13. fin. Sayr. l. 5. c. 5. n. 21. Palao §. 2. n. 5. Probabilis autem excluduntur Oratoria privata, & alia loca, quæ communiter nomine Ecclesiæ, vel Monasterii non veniunt. Calder. tr. de interd. membr. 6. Franc. in c. *alma* §. *adjuvamus* n. 1. Covar. §. 4. cit. n. 1. Sanchez n. 13. Palao n. 7. contra Navar. Ugolin. Henriq. & plures alios probabiliter

ter afferentes contrarium. Ratio est, quia prohibitio divinorum Officiorum, vi interdicti facta, servanda est, nisi in casibus Jure expressis c. *sententia* 16. h. tit. in 6. at solum invenitur excepta celebratio in Ecclesiis, & Monasteriis. ergo extra Ecclesias, & Monasteria prohibitio servanda est.

Conf. finis cur Pontifex Officia Divina fieri permittat in Ecclesiis, est, ne populi devotio tepescat, pullulent Hæreses, & Ecclesie debitis obsequiis priventur. atqui hic finis non procedit in Oratorii privatis, & aliis locis; etsi enim in illis non peragantur divina, nullum simile est periculum. ergo &c.

368 *Ad 2.* Concessio hæc c. *alma* solum intelligenda est de Interdicto locali generali, non speciali; quia textus in principio fecit sermonem de locis interdicto subjectis, & dispositio Legis ex illius principio interpretationem sumit. *Conf.* quia privilegium in c. *alma* cit. datum, est extensio privilegii antea dati Episcopis per c. *quod nonnullis* 25. de *privil.* nam iisdem prope verbis conceptum est. atqui privilegium Episcoporum expressè loquitur de interdicto generali loci, neque ad speciale extenditur, ut patet ex textu ibi *Cum nomine terræ interdictum fuerit.* ergo &c.

Unde quando fuerit interdictum locale speciale, id solum licebit, quod licitum fuit Jure antiquo per c. *permittedimus* 47. h. tit. scilicet, ut semel tantum in hebdomade legi Missa possit ad renovandam Eucharistiam pro infirmis. Quodsi interdictum sit generale personale populi, nihil impedit quotidie celebrari in Ecclesiis Divina, modo serventur conditiones n. 366. relatæ: & ratio est, quia ex vi hujus interdicti non sunt interdictæ Ecclesie, neque Clerici, ut dictum est *suprà* n. 338.

369 *Dub. 3.* quomodo interdictum privet Sepulturam Ecclesiasticam? 370, distinguendo inter species interdicti; nam 1. Si interdictum est generale loci, ejus durante tempore sepeliri fideles prohibentur c. *quod in te* 11. de *pen. & remiss.* Et extenditur prohibitio hæc non solum ad adultos, sed etiam ad infantes; quia prohibitio ista viventes respicit, quos obligat, ne fidelibus concedant Sepulturam Ecclesiasticam Navar. *Man. c.* 27. n. 168. Henric. l. 13. c. 42. n. 3. & c. 49. n. 2. Laym. l. 1. tr. 5. p. 4. c. 2. n. 3. Bonac. D. 1. p. 5. n. 9. Palao tr. 29. D. 5. p. 4. §. 3. n. 1. Pirhing hic n. 241. not. 3. Wiestner n. 140. Reiffenstuel n. 212. la Croix tom. 8. l. 7. n. 421. Interdicto tamen sublato, corpora tumulorum in loco profano exhumanda, & ad Sacrum locum transferenda sunt, Engln. 97. Reiffenstuel n. 214. cum aliis cit.

370 *Excipiuntur* 1. Clerici, quibus de cedentibus conceditur Sepultura Ecclesiastica c. *quod in te* cit. modo Interdicto speciali. R. P. Schmalzgrueber L. V. T. II.

ciali personali non sint ligati, vel culpabilem interdicto dederint. Suar. D. 35. *sect. 1. n. 4.* Palao §. 3. cit. n. 2. Pirhing n. 241. not. 3. Wiestn. n. 140. Magnif. P. Schmier p. 7. de *Delict. c. 3. n. 253.* Intelliguntur nomine Clericorum omnes personæ Ecclesiasticæ, sive Sæculares, sive Regulares, viri, & fœminæ; etiam Religiosum Novitii: imò & conjugati, si habitum, & tonsuram deferant, & ab Episcopo designati sint alicui Ecclesie in illius Ecclesiasticum obsequium. Palao l. cit. Pirh. n. 229. In usu tamen privilegii istius observandæ sunt conditiones, quod in te cit. præscriptæ.

1. ut Sepultura detur his Clericis in Cœmeterio Ecclesie: per quam conditionem videtur excludi Ecclesia, quæ nomine Cœmeterii non venit; nam concessio accessorio, non conceditur principale, imò tacitè denegatur. Hodie tamen usus obtinuit, ut nomine Cœmeterij comprehendatur quilibet locus Sacer, sepulturæ fidelium destinatus. Palao n. 3. & hoc teste communis. 2. ut fiat sine compulsionem campanarum: quæ conditio explicanda est juxta dicta n. 366. 3. ut non fiat cum solennitate, Ecclesiastica scilicet; nam quæ pertinent ad humanum honorem, non prohibentur. 4. ut fiat cum silentio, hoc est, absque Officiis Divinis more Ecclesiastico dicendis. Wiest. n. 141.

Excipiunt aliqui 2. Festivitates n. 366. 371 *cit.* relatas, ubi putant, quorumlibet defunctorum corpora sepeliri publicè, & ritu solenni posse. Fundantur 1. quia, quibus communicamus vivos, defunctis communicare possumus *can. sanè 1. caus. 22. q. 2.* sed in his Festivitatibus licet Clerici cum omnibus fidelibus in Officiis Divinis communicant. ergo etiam cum illis jam defunctis communicare poterunt. 2. Sepultura Sacra non tam ratione sui, quam ob Divina Officia ei adjuncta prohibetur, ergo concessis Divinis Officiis, Sepultura etiam concedi censebitur. 3. c. *alma* cit. est favorabile, & nemini nocivum, estque Corpori Juris communis insertum, ergo est amplè interpretandum, ut comprehendat non solum Officium Divinum, quod pro vivis peragitur, sed etiam quod peragitur pro Defunctis.

Hæc Sententia etsi sit valde probabilis, 372 *lis*, probabilior tamen est negativa, quam tenet Gloss. in *Clem. 1. v. à Jure de Sepult.* Covar. in c. *alma* p. 2. §. 5. n. 6. Suar. D. 35. *sect. 1. n. 15.* Coninck D. 17. *dub. 2. n. 55.* Avil. D. 4. *sect. 3. dub. 3.* Fill. tr. 18. n. 99. Hurtad. de *Interd. diffc. 9.* Palao §. 3. cit. n. 5. la Croix n. 421. Ratio est, quia privatio Sepulturæ Ecclesiasticæ est effectus distinctus à privatione Divinorum Officiorum, ergo istis concessis, non hoc ipso videtur concessa Sepultura. Ex quo sequitur;

tur, neque illum, qui habet privilegium assistendi Officiis Divinis, aut recipiendi Sacramenta tempore interdicti, ex vi huius privilegii tantum, in loco Sacro interdicto sepeliri posse. Palao l. cit. n. 7, qui tamen addit, si privilegium alicui concederetur sub hac generalitate, ut ad Divina admitteretur, talem posse ex vi illius Ecclesiastica Sepultura tradijquia ex illa generali concessione videntur omnes effectus interdicti suspendi.

373 Neque obstant Argumenta allata in contrarium. Ad 1. Axioma illud procedit, ut in ea re, in qua communicamus vivis, etiam communicare defunctis possimus, non autem in diversa: unde cum non communicemus vivis in Ecclesiastica Sepultura, sed solum in Officiis Divinis, infertur solum in Officiis Divinis cum defunctis communicare nos posse. Ad 2. negatur, Ecclesiasticam Sepulturam prohiberi ratione Divinorum Officiorum tantum, siquidem verè ratione sui prohibetur. Ad 3. c. alma est latè interpretandum, sed non ultra verborum proprietatem: unde cum privilegium illud solum sit de Divinis Officiis, efficitur sola Divina Officia, non verò Ecclesiasticam Sepulturam permitti.

374 2. Si Interdictum sit Locale speciale, nemini dubium est Ecclesiasticam Sepulturam prohiberi. Solum est controversia, an exemptio, & privilegium Clericis concessum, & n. 370. explicatum etiam extendatur ad interdictum Locale speciale? Ratio dubitandi est, quia c. quod in te cit. ubi Sepultura Ecclesiastica conceditur Clericis decedentibus, sermo est de interdicto generali locali, non igitur extendi concessio ista debet ad interdictum locale speciale.

Sed dicendum, Clericum, saltem si illiusmet Ecclesie sit, sepeliri in ea posse: nam esto, quod expediens sit, ut si fieri commode possit, sepeliatur in Ecclesia non interdicta, nulla tamen huius est obligatio, cum nullibi inveniat Clericus à Sepultura loci specialiter interdicti exclusus; textus enim c. quod in te interdicti generalis duntaxat mentionem facit, non ut excluderet interdictum speciale, sed quia Generale frequentius est, Palao §. 3. n. 8, Wiestner n. 141. Schmiern. 253.

376 Dixi, saltem si illiusmet Ecclesie sit; nam gravior est dubitatio, an in loco specialiter interdicto sepeliri alii possint? Negant Sylv. Covar. Henriq. quia cum habeant Ecclesias non interdictas, in quibus sepeliri possunt, non debet Ecclesia interdicta ipsis concedi. Sed est hoc convenientius sit, probabilius tamen potest sepeliri Clericus extraneus etiam in Ecclesia interdicta non sua. Sayr. l. 5. c. 8. n. 13. Suar. D. 35. sect. 2. n. 4. Avil. p. 5. D. 4. sect. 3. dub. 3. v. secun-

dò, Palao n. 8. cit. v. si verò. Ratio est, quia nullus textus concessam Clericis Sepulturam tempore interdicti localis restringit ad propriam Ecclesiam,

3. Si interdictum sit personale, ite-
rum constat sic interdictum privatum esse Sepulturam Ecclesiasticam, sive deinde generale illud sit, sive speciale c. Episcoporum 8. de Privil. in 6. & Clem. 1. de Sepult. Et idem est, si causam culpabilem interdicto dederit; quia hic habetur ut personaliter interdictus. Neque in hac parte alicui etiam Clerico favor ullus conceditur. Palao l. cit. n. 10. Debet tamen esse denuntiatus; nam post Extrav. ad evitanda nemini neganda est Sepultura Ecclesiastica ex vi alicujus Censuræ, vel Sententiæ, nisi prius fuerit ea persona, vel sententia denuntiata, ut colligitur ex ipsa Extrav. c. Episcoporum cit. & c. ut privilegia 24. de Privil. Navar. c. 27. n. 187. Suar. D. 33. sect. 3. à n. 2. Palao n. 10. cit. Pirhing n. 242. Wiestner n. 141. fin.

Nominatim denuntiatus interdictus, si decedat absque absolutione, & nullum poenitentiae signum dederit, aut talis signi ab ipso dati probabilis nulla sit opinio, extra locum Sacrum sepeliendus est. At si constet tale signum dedisse, poterit, præstita indirecta absolutione ab interdicto, Ecclesiasticæ Sepulturæ tradi, Sayr. l. 5. c. 8. n. 22. Avil. p. 3. D. 4. sect. 3. dub. 1. fin. Palao l. cit. n. 11. la Croix tom. 8. l. 7. n. 421. fin.

Dub. 4. quomodo Interdictum pri-
vet Ingressu Ecclesie? Ut interdictum post se trahat hunc effectum, requiritur specialis Sententia; quia non est annexus interdicto absolute, sed est quasi novum interdictum, Palao tr. 29. D. 5. p. 4. §. 4. n. 1. Nomine Ecclesie autem hic venit quodlibet templum auctoritate Episcopi deputatum ad Sacra peragenda c. Ecclesia 9. de Immun. Eccl. Privatus ergo ab ingressu Ecclesie non potest Ordinem Sacrum exercere in Ecclesia, neque ibi Officia Divina audire: bene tamen hoc potest in Oratorio privato, aut agro, nisi simul sit simpliciter interdictus; quia non est privatio absoluta, sed limitata, scilicet in loco illo. Sylv. V. interdictum 6. q. 5. & V. Suspendio n. 5. Navar. Man. c. 27. n. 175. Covar. in c. alma p. 2. §. 1. n. 3. Suar. D. 35. sect. 4. n. 6. Avil. p. 5. D. 4. sect. 3. dub. 5. concl. 4. Laym. l. 1. tr. 5. p. 4. c. 1. n. 4. Palao §. 4. cit. n. 2. Circa hoc interdictum Partiale.

Difficultas 1. est, an in Coemeterio possit sic interdictus Divina celebrare, vel audire? Ratio dubitandi est, quia Sepultura in Coemeterio sic interdicto prohibetur, ergo etiam censenda est prohibita celebratio, & auditio Divinorum. Conf. nam

nam Cœmeterium contiguum Ecclesiæ, tanquam accessorium Ecclesiæ, sub Ecclesia videtur comprehensum: & hinc interdicta Ecclesiæ, etiam ipsum interdicuntur c. si civitas 17. h. tit. in 6.

381 Sed dicendum, posse sic interdictum in Cœmeterio Divina celebrare, & audire, non tamen sepeliri. Covar. §. 1. cit. n. 3. Suar. n. 12. & seqq. Palao n. 5. & alii ab hoc cit. Colligitur ex c. is cui 20. h. tit. in 6. ubi Pontifex loquens de Sepultura dixit, sic interdicto eam prohibitam esse tam in Ecclesia, quam in Cœmeterio: cum verò de Officiis divinis loqueretur, solum Ecclesiam expressit, subdens ibi celebrantem fieri irregularem. ergo satis indicavit, Officia divina in Cœmeterio non esse illi prohibita.

382 Ad Rationem dubitandi Neg. Conf. nam accessorium sequitur principale in favorabilibus, non autem in odiosis. Ad Conf. interdicta Ecclesiæ, interdicuntur etiam Cœmeterium, non quia accessorium hoc est Ecclesiæ, sed ne Interdictum eludatur, quod in presenti non procedit, quia hoc interdictum non afficit Ecclesiam, sed personam in ordine ad Ecclesiam.

383 *Difficultas 2.* an ita interdictus Ecclesiam ingredi, & ibi preces fundere possit tempore, quo ibi divina non celebrantur? Ratio dubitandi sumitur ex can. latorem 15. caus. 33. q. 2. ubi cuidam Matricidæ prohibetur ingressus Ecclesiæ per annum integrum, & subditur, ut ante fores Ecclesiæ stans, orans, & deprecans DEUM perseveret, ergo nequit intra Ecclesiam orare, & DEUM deprecari.

384 Sed dicendum, considerata Ecclesiæ intentione, quam habet tum in ædificandis Ecclesiis, tum in imponendo hoc partiali interdicto, veriore esse affirmativam. Navar. c. 27. n. 170. Sayr. l. 4. c. 7. n. 15. & l. 5. c. 9. n. 22. Avil. p. 5. D. 4. dub. 5. concl. 7. Laym. l. 1. tr. 5. p. 4. c. 1. n. 4. §. per hoc. Palao §. 4. cit. n. 5. Engl. hic n. 99. Ratio est, quia templa deputata præcipuè sunt, ut ibi Sacra solenniter peragantur, & populus ad ea audienda congregetur, ergo ingrediens Ecclesiam, quando Sacra non peraguntur, non videtur illam ingredi formaliter, ac proinde nec violare præceptum impositum, ne Ecclesiam ingrediatur, utpote quod intelligi debet de ingressu Ecclesiæ formali, & secundum suam institutionem.

385 *Ad Rationem dubitandi in can. cit.* non fertur interdictum, sed præceptum prohibitivum in pœnam delicti: vel si contendas, ibi imponi interdictum ab ingressu Ecclesiæ verum, dicendum est, eo textu Matricidam privari oratione in templo cum aliis, quando divina celebrantur: quod indicat textus ipse, qui post primum annum Matricida iste jubetur duobus sequentibus

stare, & orare in Ecclesia inter audientes. signum igitur est, tantum loqui de tempore, quo Divina fiunt.

Difficultas 3. an ex vi hujus interdicti sic interdictus ab ingressu Ecclesiæ prohibeatur etiam à recipiendis in Ecclesia Sacramentis? Ratio dubitandi sumitur ex argumento n. 384. allato; nam ideo sic interdictus prohibetur Ecclesiam ingredi, quando celebrantur divina, quia Ecclesia ad id est præcipuè deputata. atqui etiam deputata est ad receptionem Sacramentorum, ergo etiam hæc censetur esse prohibita. Conf. receptio Sacramentorum est aliquid nobilitus, quam Divinorum Officiorum assistentia, ergo à fortiori excludendus est à Sacramentorum receptione.

Sed etsi hæc Sententia sit satis probabilis, probabilior tamen, spectato Juris rigore, videtur negativa, quam etiam tenent Henriq. l. 13. c. 32. n. 2. Avil. p. 5. D. 4. dub. 5. concl. 6. Bonac. D. 5. de Interd. p. 5. n. 12. Palao §. 4. cit. n. 7. Ratio est, quia pœnæ non sunt extendendæ absque manifesto textu, vel ratione. atqui nullus est textus, ex quo colligatur huic partiali interdicto prohibitam esse Sacramentorum receptionem: imò ex c. sacro 48. hoc tit. & c. is cui 20. eod. &c. non leviter inferitur, eam concessam esse, cum ibi solum dicatur huic interdicto prohibita Divinorum celebratio, & auditio cum Ecclesiastica Sepultura. igitur cum mentionem non faciant de Sacramentorum receptione, hæc intelligitur permissa.

Neque obstat ratio dubitandi in contrarium; respondeo enim, quamvis Ecclesia deputata sit etiam ad Sacramenta ibi percipienda, non tamen vi interdicti hujus partialis sic interdicto prohiberi omnia, ad quæ Ecclesia deputatur, sed illa tantum, quæ ex aliquo textu colliguntur. Ad Conf. licet Sacramentorum receptio sit excellentior, quam assistentia Divinorum, non tamen inde probatur, etiam ipsam prohibitam esse, sed solum, quod prohiberi potuerit.

Quæritur 4. quid requiratur, ut obliget interdictum? R. ut liget interdictum, duo requiruntur. 1. ut interdictum denuntiatum sit; aliàs post Extrav. ad evitanda nec interdictum locale observare, nec personaliter interdictum vitare tenemur, esto, ipse personaliter interdictus abstinere à Divinis debeat, cum primùm censurâ istâ ligatur; quia ipsi, sicut excommunicatis, per Extrav. cit. nullus factus est favor. 2. ut passim observetur interdictum locale ab ijs, in quorum gratiam appositum est; aliàs si ipsi interdictum non observent, censetur Ecclesia illud remittere c. petistis 20. de Privil.

Dub. 1. quomodo peccet Clericus violans interdictum? R. omnes conveniunt.

niunt peccare mortaliter violando interdictum locale, vel personale ministrando Sacramentum, vel recipiendo; quia contra prohibitionem Ecclesie in re gravi delinquit, Palao *tr. 29. D. 5. p. 5. n. 1.* Quoad Officia Divina in loco interdicto dubitat Cajet. *V. Interdicti violatio.* Sed reliqui omnes constanter affirmant, ex se, & ex genere suo esse peccatum mortale, nisi ex ignorantia, vel materie levitate excusetur. Talis materia levis esset, si interdictus assisteret parti Officii Divini arbitrio prudentis non notabili. Palao *l. cit. n. 2.* qui *n. 3.* addit, Exercitio minorum Ordinum vix unquam à Clericis peccari mortaliter; quia horum Ordinum ministeria non exercentur à Clericis tanquam propria Ordinis, sed qualiter ab aliis Laicis exerceri solent.

391 Dub. 2. quomodo peccent Laici violentes Interdictum? *n.* si personaliter interdicti Sacramentum aliquod sibi prohibentur recipiant, sine dubio peccant mortaliter; quia directè ab eorum receptione vi personalis interdicti excluduntur, & cum materia gravis sit, non est, unde à peccato mortali excusentur. Idem est, si in loco interdicto illud recipiant; quia hoc ipso, quod Sacerdotibus prohibita sit talis Sacramenti ministratio, conf. Laicis prohibita est ejus receptio.

392 Ratione assistentiae in Divinis *Clem. gravis 2. b. tit.* quatuor referuntur casus, in quibus omnium sententià Laici violentes, vel violare facientes interdictum peccant mortaliter. 1. si compellant Clericum in loco interdicto publicè, & solenniter celebrare, 2. si pulsatis campanis, vel publico praconio præsument convocare populum ad audienda Divina in loco interdicto. 3. si præsument impedire, ne Excommunicati, vel interdicti nominatim exeant ex loco Sacro, quando sunt à Clero admoniti, 4. si ipsi met moniti recusent exire.

393 His addi solent quatuor alii. 1. si violenter se Divinis ingerant; quia gravem injuriam irrogant Ecclesie, & ejus Ministris. 2. si dolo, & fraude fingentes se Clericos esse, vel privilegium habere, Divinis assistant; quia decipiunt Ministros Ecclesie in re gravi. 3. si more Ecclesiastico Divina Officia solenniter peragant; quia Ordinis usum usurpant, & gravem injuriam Ordini Clericali irrogant. 4. si personaliter sint interdicti, & Divinis assistant, à quibus vi interdicti per se, & directè excluduntur. Et hoc verum est probabilis, etsi nullus contemptus, vis, aut fraus interveniat; quia assistentia Divinis Officiis materia gravis est, ad quam si ex Voto quis obligaretur, non est dubium, mortaliter in illius transgressione peccaturum, cum ergo ex vi interdicti hac assistentia sit prohi-

bita Laicis, efficitur ipsos transgredientes hanc Legem graviter peccaturos, Suar. *D. 34. sect. 5. n. 4.* Filliuc. *tr. 18. n. 54. § 81.* Coninck *D. 17. dub. 3. n. 64. § 67.* Bonac. *D. 5. de interdict. p. 7. n. 1.* Palao *tr. 29. D. 5. p. 5. n. 7.*

Dub. 3. quæ sit poena violentum interdictum? Laicis violentibus Interdictum nulla certa poena ipso Jure posita est, præter quatuor calus ex *Clem. gravis* relatis *n. 392.* his enim casibus incurrunt Excommunicationem reservatam Pontifici, ut constat ex *Clem. cit.* Debitum ergo solum procedit de Clericis: circa hos statutum est 1. ut si personaliter, vel generaliter interdicti, vel in loco interdicto celebrent, vel alium actum Ordini Sacro annexum exercent, Irregularitatem ipso facto incurrant *c. cum æterni 1. de Sent. § re jud. c. cum medicinalis 1. c. is qui 18. §. is verò § c. is cui 20. b. tit. in 6.* Mitius agitur cum non interdicto, si in loco non interdicto celebret, & ad Divina, Sacramenta, & Sepulturam admittat interdictos; nam hic ab ingressu Ecclesie arceatur, donec ad arbitrium ejus, cujus sententiam contempserit, satisfaciatur competentem *c. Episcoporum 8. de Privil. in 6.* Irregularitatem tamen non incurrunt; quia nullibi constat, hanc poenam ob delictum istud esse impositam. Sayr. *l. 5. c. 14. n. 34.* Suar. *D. 34. sect. 3. n. 8.* Palao *D. 5. p. 6. n. 2.*

2. Juxta complures DD. teste Palao *l. cit. n. 4.* violatores interdicti Localis suspensi sunt ab Officio, & Beneficio, conf. à Jurisdictione, quod colligunt *c. fin. de Excess. Prælat.* ubi Sententia temere violentis Interdictum, & omnia illius acta irrita declarantur. Verum quia Sententia, & acta illa notoriè iniqua, & ejus Episcopi fuerunt, qui non solum interdictus ipse erat, sed insuper ad interdicti Apostolici violationem alios inducere, imò compellere maxima temeritate præsumebat, ex ejus actorum irritatione non inferitur legitime quod Jure lata sit Suspendio in quoscunque interdicti violatores. Quare melius dicitur, eos ab Officio, ac Beneficio suspendendos: quod colligitur ex *c. cit.* dispositione altera, quæ alios interdicti violatores spectat, & in eos hanc poenam decernit, Bonac. *D. 5. de Interdict. p. 7. n. 4.* Gonzal. *in c. cit. n. 2.* Wiestner *bic n. 143. § 144. la Croix tom. 8. l. 7. n. 422.*

3. Idem Clerici interdicti violatores non gaudent privilegio, vi cujus in loco Sacro sepeliri possint tempore Interdicti per textum *c. is cui cit.* & argumento à contrario *c. quod in te 11. de Penit. § remiss.* Laym. *l. 1. tr. 5. p. 4. c. 3. n. 3.* Wiestner *n. 144.*

4. Clericus, vel Religiosus, etiam Monialis, violans interdictum Locale red-

ditur inhabilis ad electionem tam activam, quam passivam *c. is, qui §. is verò cit.* Gloss. *ibid. V. ineligibilis, Sylv. V. Interdictum 6. n. 2.* Suar. *sect. 4. n. 16.* Palao *n. 3.* Wiestner *n. 144.* Reiffenstuel *n. 220.* Extenditur poena hæc à plerisque DD. etiam ad violatores interdicti personalis.

5. Religiosi, qui interdictum generale loci, quod ab Ecclesia Matrice observatur, in suis Ecclesiis non observaverint vel celebrando, vel admittendo alios ad Divina Officia, ultra prædictas poenas Excommunicationem incurrunt. Navar. *c. 27. n. 146.* Sylv. *l. cit. n. 3.* Suar. *n. 18.* Laym. *n. 3.* Palao *n. 5.* Wiestner *n. 144. fin.* Reiffenstuel *n. 218.* la Croix *n. 422.*

397 Qui verò violant interdictum admittendo aliquem ad Sepulturam Ecclesiasticam in loco interdicto, vel interdictum in loco non interdicto, extra casus Jure permisso, incurrunt Excommunicationem majorem, *Clem. 1. de Sepult.* Requiritur tamen, ut Interdictus sit denunciatus. Estque hæc eadem Excommunicatio, quæ lata est adversus sepelientes Excommunicatos in loco sacro: cum hoc tamen discrimine, quod interdictus sic sepultus non sit exhumandus, nisi fortè impenitentem confiteri decessisse. Suar. *D. 35. sect. 1. n. 20.* Sayr. *l. 5. c. 8. n. 22.* Palao *p. 6. cit. n. 8.*

398 Quæritur §. quomodo interdictum cesset? *§. distinguendo* interdicta, & modum; quo latum illud est. Nam si pro certo tempore, vel sub conditione aliqua appositum est, eo tempore finito, vel conditione posita, cessat, absque alia absolutione. Gloss. *in c. non est vobis 11. V. donec de Sponsal.* Abb. *ibid. n. 7.* Sylv. *V. Interdictum 3. n. 13.* Covar. *in c. alma p. 1. §. 11. n. 8.* Sylv. *l. 5. Theaur. c. 15. n. 2.* Suar. *D. 38. sect. 1. n. 3.* Coninck *D. 17. dub. 6. concl. 1.* Laym. *l. 1. tr. 5. p. 4. c. 5. n. 1.* Palao *tr. 29. D. 5. p. 7. §. 2. n. 1.* Pirhing *hic n. 252.* Wiestner *ibid. n. 146.* Ante finitum tempus vel conditionem positam absolutione, vel dispensatione indiget, quàm præstare nemo alius potest, præter illum, qui interdictum tulit, vel eum Superior, Palao *n. 2.* cum allegatis. Idem dicendum de interdicto lato in puram poenam; quia est sententia Judicis, quam inferior mutare nequit. Suar. *D. 38. cit. sect. 2. n. 2.* Palao *n. 2. cit.* Ex facultate autem per Trid. *sess. 24. c. 6. de reform.* concessa poterit ab hoc personali interdicto absolvere Episcopus, si delictum, ob cujus causam appositum est, occultum fuerit. Henricq. *l. 13. c. 35. n. 2.*

Avil. *p. 5. D. 6. dub. 6. concl. 1. fin.* Palao *n. 2. cit.*

Quodsi interdictum latum sit absolute, interest an sit locale, vel personale. Si locale est, ut si latum sit in Ecclesiam, illà destructà, cessat, nisi tamen locus Ecclesie interdictus sit; tunc enim interdictum manebit affixum solo seu pavimento. Suar. *D. 38. cit. sect. 1. n. 13.* Bonac. *D. 5. de interdict. p. ult. n. 2.* Laym. *c. 5. cit. n. 4.* Palao *n. 3.* Wiestner *n. 147.* la Croix *tom. 8. l. 7. n. 412.* Si personale est in Communitatem latum, cessat, extincta Communitate, quæ interdicta est: quod verum est, etiamsi aliquis ex ipsa Communitate subsistat; quia interdictum Communitatis ligat personas privatas, quatenus pars Communitatis illius sunt. Excipitur, nisi persona, quæ sublata communitate subsistit, interdicto causam dederit; nam hujus interdictum non solum commune est, sed speciale personale. Suar. *pal. Wiest. l. cit.*

Quodlibet autem Interdictum cessare potest absolutione, vel dispensatione facta ab eo, qui potestatem ad istud habet. Et quidem si Interdictum sit Locale, five generale, five speciale, non reservatum, relaxare illud nullus alius potest, præter eum, qui Jurisdictionem Episcopalem habet in eum locum, Pirhing *n. 252.* Wiestner *n. 147. y. Interdictum.* la Croix *n. 424.* Idem dicendum de Interdicto personali Generali; quia ab hoc absolvere tantum potest, qui habet Jurisdictionem in illam Communitatem; alias enervari posset efficacia Interdicti, & concessa facultate singulari, interdictum cessare contra voluntatem imponentis. Et hoc verum est, ut etiam Religiosi ex privilegio, ipsi concessio in ordine ad absolutionem à Censuris, Interdictum locale, aut personale generale tollere nequeant; quia absolvere tantum possunt in Sacramento Pœnitentiæ, cui nec locus, nec communitas subjiciuntur, la Croix *l. cit.*

Si interdictum sit personale Speciale, interest, an reservatum illud sit, vel non. Si primum, absolvere ab illo nullus alius potest, præter ipsum, cui est facta reservatio, vel illius Superior. Si secundum, relaxare illud potest Episcopus, & Religiosi habentes privilegium absolvendi à Censuris: & probabiliter etiam Parochus, vel alius proprius Sacerdos; quia etiam ab Excommunicatione non reservata potest absolvere. Suar. *D. 38. sect. 2. n. 9.* Coninck *D. 17. dub. 6. n. 77.* Filliuc. *tr. 18. c. 5. q. 8.* Laym. *l. 1. tr. 5. p. 4. c. 5. n. 5.* Bonac. *D. 5. p. ult. n. 6.* Palao *l. cit. n. 7.* Pirh. *n. 252.* Wiestner *n. 147.* la Croix *n. 424.*

S U M M A R I U M.

402. Definitio Cessationis à divinis.
 403. Differentia ab Interdicto.
 404. Varietas.
 405. Effectus.
 406. An omnes effectus habeat qualibet Cessatio?
 407. &c. An aliquando tempore Cessationis celebrari divina possint?
 411. An tempore Cessationis Clerici Horas dicere bini, & bini possint?
 412. An Sacramenta ministrari, & recipi?
 413. An dari Sepultura Ecclesiastica?
 414. &c. Quis possit indicere Cessationem?
 417. &c. Ob quale delictum, & quâ formâ indici possit?
 421. Quæ sit obligatio servandi Cessationem?
 422. An eam servare debeant Religiosi exempti?
 423. Quæ sit pœna violentis Cessationem.
 424. 425. Quis illam relaxare possit?
402. **A**nnexa est interdicto Cessatio à Divinis, etque ex parte similis: alio nomine *Suspensio Organorum Ecclesiastica*, sive *laudis Divinae* vocatur. Definitur, quod sit prohibitio Ecclesiastica Clericis imposita abstinendi ab Officiis divinis in aliquo loco. Navar. Man. c. 27. n. 188. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 6. n. 1. Palao tr. 29. D. 5. p. 9. §. 1. n. 1. Pirhing n. 262. hic. Hæc prohibitio, etsi ob culpam gravissimam alicujus apponatur, non tamen Censura est; quia non magis nocentes, quam innocentes afficit: sed est quædam Divinorum Officiorum negatio, quam Ecclesia Clericis sub præcepto injungit in signum doloris, & tristitiæ conceptæ ob gravissimam injuriam sibi, & honori divino illatam, & in illius reparationem, ut hac ratione delinquens cogatur desistere ab injuria, & exhibere satisfactionem. Sylv. V. Interdictum 1. n. 1. Navar. c. 27. cit. n. 188. Suar. D. 39. sect. 1. n. 3. Laym. n. 1. cit. Palao n. 1. cit. Pirh. n. 262. Könign. 52. Wiestner n. 121. & colligitur ex c. *quavis* s. de Offic. Ord. in 6. Clem. 1. pr. 7. in cessationibus h. tit.
403. Differt ab interdicto 1. quia non est Censura, cum non in pœnam alicujus delicti, sed ad significandam Ecclesiæ tristitiam indicatur, prout dictum est n. præc. 2. quia non à Jure, sed semper ab homine imponitur, & immediatè afficit locum, personas autem solum mediatè, & nunquam determinatè, contra quam interdictum; hoc enim semper afficit unam, vel plures determinatas personas, saltem eam, cujus gratiâ latum est. 3. quia violans Cessationem à Divinis indictam, licet graviter peccet, non tamen incurrit Irregularitatem, cui tamen obnoxius est temerarius violator interdicti, Wiestn. n. 121.
404. Duplex autem est Cessatio, alia *Generalis*, quæ respicit Provinciam, Civitatem, Castrum, Villam &c. altera *Specialis*, quæ determinato loco apposita est, scilicet Ecclesiæ, Cœmeterio, Oratorio &c.
405. **Q**uæritur 1. quos effectus habeat Cessatio à Divinis? R. triplex communiter eidem tribuitur, nempe privatio divinorum Officiorum, Sacramentorum, & Ecclesiastica Sepultura c. non est vobis 11. de Sponsal.
- Dub. 1. an omnes hi effectus cui libet cessationi annexi sint, vel utrum à Judice Ecclesiastico limitari cessatio possit ad unum solum, vel duos effectus? Non est dubium de Pontifice. De reliquis controvertunt DD. Affirmant partialem à quolibet Ecclesiastico Judice imponi posse Suar. D. 39. sect. 2. n. 15. & sect. 4. n. 4. & Filliuc. tr. 18. c. 9. n. 172. § 187. ex ratione; quia potestas nullibi videtur restricta Judicibus inferioribus Pontifice. Negat Palao tr. 29. D. 5. p. 9. §. 2. n. 3. Rationem dat, quia hi effectus annexi sunt cessationi ex Jure communi per c. non est vobis cit. ibi. Nulla divina Officia --- celebretis, nec permittatis aliquatenus celebrari. Jus commune autem mutare inferior nequit.
- Dub. 2. an privilegium concessum in c. alma h. tit. in 6. ut scilicet Clerici Officia divina in loco interdicto celebrare submissa voce, januis clausis, & non pulsatis, campanis possint, extendatur etiam ad cessationem à divinis? *Ratio dubitandi* est, quia cessatio hæc, spectato Jure antiquo, sub interdicto continebatur. Accedit, quia rationes, quibus motus fuit Pontifex, ad concedendum, ut tempore interdicti generalis cum dicta moderatione divina celebrarentur, scilicet ne hæreses pullarent &c. procedunt etiam in Cessatione à divinis, ergo privilegium Interdicto concessum ad Cessationem extendi debet.
- Sed standum est pro negativa, quam etiam defendunt Navar. c. 27. n. 188. Suar. D. 39. sect. 2. n. 11. Avil. p. 6. D. 1. dub. 3. Palao p. 9. cit. §. 2. n. 6. Wiestner hic n. 121. 1. quia Cessatio à Divinis sub interdicto non comprehenditur,

tur, sed ab ipso distinguitur, ut ostensum est n. 403. à diversis autem illegitima est illatio l. inter 33. §. sacram. 5. ibi, Sed hec dissimilia sunt ff. de V. O. ergo &c. 2. si liceret Canonicis Horas Canonicas tempore Cessationis generalis publicè dicere, sicut licet tempore Interdicti, possent, & deberent eas in Choro dicere, nec privati possent distributionibus, sed necessariò eas lucrarentur: quo posito, non obligaretur illas iisdem solvere, qui causam Cessationi dedit, sicut defacto obligatur c. si Canonici 2. §. si autem de Offic. Ord. in 6. 3. non est eadem ratio in Cessatione, quæ in interdicto; nam Cessatio à divinis rarissimè, & ob urgentissimam causam imponitur, & tentatis aliis pluribus mediis, & semper imponitur ob contumaciam alicujus infringendam: secus contingit in interdicto. 4. si limitationes, quæ in interdicto licent, licerent etiam in cessatione, cessatio non esset gravamen speciale supra interdictum: quod est contra Ecclesiæ usum.

409 Eadem est ratio, quando quis privilegium habet audiendi Divina, vel celebrandi tempore interdicti; nam vi talis privilegii non potest privilegiatus ea audire, vel celebrare tempore cessationis. Navar. c. 27. n. 189. Suar. n. 11. cit. Bonac. D. 6. p. 1. fin. Palao p. 9. §. 2. n. 8. Quod procedit maximè, si privilegium concessum sit singularibus personis; nam si communitati concessum sit, vel personis in Dignitate constitutis, non est improbabile extendi ad cessationem, Pal. l. cit.

410 Possunt autem tempore cessationis celebrari Divina 1. in festivitibus Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes &c. n. 365. enarratis; nam in his permittuntur Divina Officia non vi permissionis, sed constitutionis, & Ordinationis, ut patet ex c. alma cit. ibi, In illis Festivitibus - - campana pulsantur, & januis apertis, & alta voce Divina Officia celebrentur: ergo adversus hanc Constitutionem non potest cessatio, quæ indicitur ab inferiori Pontifice, habere vim. Suar. sect. 2. cit. n. 12. Laym. c. 6. cit. n. 1. Palao n. 7. 2. potest celebrari Missa semel in hebdomada in qualibet Ecclesia pro renovanda Eucharistia: debet tamen unus solus Minister, vel ad summum duo tunc adesse juxta Decretum Soteris Pontificis can. hoc quoque 61. de consecr. dist. 1. Imò ut Suar. sect. 2. cit. n. 20. notat, quolibet die fieri Sacrum potest, si necesse sit conferri Viaticum, nec adsit Eucharistia, modò istud non fiat in fraudem cessationis: ideoque in Missa, quæ semel in hebdomada permittitur, consecrandæ sunt tot formulæ, quot pro tota hebdomada necessariæ reputantur.

Dub. 3. an tempore cessationis Clerici Horas dicere bini, & bini in Ecclesia

R. P. Schmalzgruber L. V. T. II.

possint? Ratio dubitandi sumitur ex c. non est vobis 11. de Sponsal. ibi, Nulla Divina Officia -- permittatis aliquatenus celebrari. Conf. quia ejusmodi recitatio c. quod in te 11. de Pœn. & remiss. conceditur tempore interdicti, igitur facultas ista ad Cessationem trahenda non est. Sed verius affirmativam docent Henriq. l. 13. c. 53. n. 2. Suar. D. 39. sect. 2. n. 14. Bonac. D. 6. p. 3. n. 3. Laym. l. 1. tr. 5. p. 4. c. 6. n. 2. Palao p. 9. cit. §. 2. n. 10. quia hæc recitatio non est publica, & solennis, sed privata, quæ nec Interdicto, nec Cessatione tollitur. Item extra Ecclesiam hæc Recitatio licet, ergo etiam in Ecclesia permittitur. Neque obstat c. non est cit. quia intelligendum est de Officio publico. Ad 1. quod in te dico, ibi non concedi facultatem, sed quod aliàs licitum erat, declarari.

Dub. 4. quæ Sacramenta ministrari, & recipi tempore Cessationis possint? ut etsi videatur dicendum, quòd spectato Juris rigore, solus Baptismus, & Pœnitentia morientibus, & Viaticum ministrari possit arg. c. non est vobis cit. ex benignitate tamen Ecclesiæ, & gravissimorum DD. autoritate ea Sacramenta ministrari, ac recipi possunt, quæ tempore interdicti possunt. Covar. in c. alma p. 2. §. 4. n. 7. Suar. D. 39. sect. 2. n. 18. Laym. c. 6. cit. n. 2. §. 3. Palao n. 11. Pirhing n. 262. Igitur Cessationis tempore ministrari poterit 1. Baptismus tam parvulis, quàm adultis, etiam sanis; quia hoc Sacramentum est necessarium ob vitæ periculum. 2. Confirmatio; quia est quadam Baptismi perfectio. 3. Pœnitentia, etiam sanis; quia non est credibile, quòd pia mater Ecclesia velit fideles suos tam salutari, & ad justificationem necessario remedio privare. 4. Matrimonium absque solennitate nuptiali; quia etsi Sacramentum sit, fundatur tamen in humano Contractu. Solum igitur ministrari prohibentur Ordo, Eucharistia sanis, & Extrema Unctio infirmis, cum limitationibus tamen n. 355. & 356. positis.

Dub. 5. an revera Cessatio à Divinis, & privet Sepulturâ Ecclesiastica? Certum est privare, si Cessatio Interdictum supponat. At si Cessatio per se sumatur, valde probabile est hunc effectum non habere; quia Officii Divini, quod tempore Cessationis prohibetur, nomen sepulturam in loco Sacro non comprehendit, nec ullibi cautum est, hanc sepulturæ privationem illi convenire, igitur asserenda non est: sed dicendum, Cessationis tempore non solum Clericos, sed etiam Laicos in Cœmeterio, & Ecclesia sepeliri posse, sine tamen Divinorum Officiorum solennitate, Suar. sect. 2. cit. n. 31. Laym. c. 6. n. 4. Palao n. 12. Engl. n. 101. Pirhing n. 202. Wiestner n. 121.

Kk

Quæ

414. Quaritur 2. quæ sint Causa Cessationis? Et 1. quidem dubitatur? quæ sit Causa efficiens, seu quis possit Cessationem indicere? R. indici posse ab eo solo qui habet Jurisdictionem in foro externo, ut *suprà* dictum de Excommunicatione Suspensione, & interdicto. Covar. in 6. abna p. 2. §. 2. n. 6. Suar. D. 36. sect. 3. n. 2. Palao tr. 29. D. 5. p. 9. §. 3. n. 1. Englbic n. 202. Pirhing n. 263. In specie indicere illam potest 1. Pontifex. 2. Episcopus, & alii Jurisdictionem quasi Episcopalem habentes. 3. Capitulum Sede vacante. Palao l. cit.

415. Sede non vacante, Capitulum indicere illam nequit, nisi hoc obtinuerit ex privilegio, vel consuetudine: & tunc non nisi cum his conditionibus. 1. ut accedat consensus Episcopi. 2. ut convocentur ad eam decernendam omnes, qui aliàs pro Electione quavis vocari debent. 3. ut simul inter se conferant, an expediat Cessationem imponi, qua consultatione facta, ex majóri Suffragiorum parte est decernenda cessatio; aliàs sicut Electio, sic Cessationis Decretum irritum erit c. *quamvis* 8. de Offic. Ordin. in 6.

416. Difficultas est, an duas ultimas conditiones in ferenda Cessationis sententia observare debeat etiam Capitulum Sede vacante? Affirmat Avil. p. 6. D. 2. dub. 2. §. circa quas conditiones, quia textus c. *quamvis* cit. has conditiones præscribit observandas à Capitulo, seu Conventu. Sed melius distinguit Palao n. 4. dicens, observari has conditiones debere à Capitulo, si Cessationem per seipsum indicat; non verò, si per Vicarium à se electum vi Trid. sess. 24. c. 16. de reform.

417. Dub. 2. ob quale Delictum & qua forma ferri possit Cessatio? R. 1. Delictum hoc debet esse ejus qualitatis, ut adæquet damna ex Cessatione provenientia, quæ cum gravissima sint, gravissimum delictum exigunt. 2. Delictum istud debet esse notorium, & manifestum notorietate facti, ut ejus scandalo possit Cessatione occurrere. 3. causa, propter quam imponitur, exprimi debet Instrumento publico per Tabellationem, seu aliis patentibus Litteris, Sigillo authentico munitis, quæ debent tradi ei, contra quem Cessatio indicitur. 4. debet priùs delinquens moneri, an satisfationem, & emendationem præstare velit; quia non indicitur, nisi in contumaciam.

418. Ex defectu cujuscunque Conditionis ex enumeratis invalida est Cessationis indictio. Sayr. l. 5. c. 18. n. 16. Avil. p. 6. D. 2. dub. 2. §. circa juncto §. *secundò notandum*, Suar. D. 39. sect. 3. n. 13. Coninck D. 17. dub. 7. n. 90. Palao p. 9. cit. §. 3. n. 3. sumitur ex c. *quamvis* cit. *fin.* ubi di-

cutur: Parte cessante, & *suprà* scripta (nempe quæ in illo cap. continentur, & quæ lata erant c. si Canonici 2. eod. & c. irrefragabili 13. de Offic. Ord. & quæ in c. *quamvis* cit. renovantur) non servante, non servetur Cessatio, si igitur non servanda est, conditionibus illis in ejus impositione non servatis; ergo conditiones illæ ad valorem cessationis necessariæ sunt.

Ex quo sequitur, si Capitulum, his 419 conditionibus ommissis, indicat Cessationem, ipsum non lucrari proventus, & Distributiones, quæ aliàs conceduntur propter interessentiam in Divinis: ideòque omnes proventus, & emolumenta, eo tempore percepta restituere debet, & insuper parti, contra quam Cessationem indixit, refarcire damna. Proceditque hoc, ut notat Palao n. 7. etiamsi adesset causa legitima imponendi Cessationem. Idem dicendum de Prælato, nulliter imponente Cessationem; debet enim hic restituere Canonici ea, quæ ob Cessationem impostam amiserunt, & aliis Clericis stipendia, quæ ex Missis, & aliis Officiis Divinis acquisissent, & insuper reparare damna alia, quæ pars adversus quam cessatur, sustinet.

Si justè, & validè sit imposita cessatio, is 420 qui causam dedit, reparare debet omnia damna, quæ innocentibus personis inde proveniunt, & insuper arbitrio superioris condemnandus est in aliqua quantitate, convertenda in augmentum Cultus Divini, ut colligitur ex c. *quamvis*, & c. si Canonici cit. Henric. l. 13. c. 52. n. 3. Sayr. l. 5. c. 19. n. 19. Suar. D. 39. sect. 3. n. 16. Coninck D. 17. dub. 7. n. 91. Avil. p. 6. D. 2. dub. 3. concl. 3. Bonac. D. 6. p. 3. circ. fin. Palao §. 3. cit. n. 9.

Quaritur 3. de obligatione servandi 421 Cessationem, poenâ transgredientium, & relaxatione illius? Certum est, obligationem servandi Cessationem obstringere ad peccatum mortale; quia violans illam transgreditur Legem Ecclesiasticam, ex gravissima causa impositam. Palao tr. 29. D. 5. p. 9. §. 4. n. 1.

Dub. 1. an Religiosi Exempti teneant 422 tur servare, & publicare in suis Conventibus Cessationem impositam ab Episcopo, vel Capitulo, & observatam ab Ecclesia Matrice? Ratio dubitandi est, quia Trid. sess. 23. c. 12. de Regular. solum præcipit ab his servari Censuras, & Interdicta, atqui Cessatio à Divinis, ut dictum est n. 402. & 403. neque est Censura, neque interdictum etiam poenale, ergo &c. Sed tenenda est affirmativa. Ita Bonac. D. 6. p. 3. n. 10. Palao l. cit. n. 2. Ratio est, quia in Cessatione magis urgent rationes obligantes, ut Religiosorum Conventus cum Ecclesia Matrice se conforment. Ad Rationem dubitandi dico, Decretum illud Concilii expeditum fuisse in

in confirmationem *Clem. 1. b. tit.* ubi Regulares exempti, & non exempti obligantur observare interdicta, & Cessationes à Divinis, observatas ab Ecclesia Matrice.

¶ 23 Dub. 2. quæ sit poena imposita violentibus Cessationem? *¶* Laicis ipso Jure nulla est imposita, sed arbitrio Judicis puniri debent. Clericis verò Religiosis tam exemptis, quàm non exemptis imposita est Excommunicatio ipso facto, *Clem. 1. b. tit.* prout *suprà n. 396.* dictum est de Interdicto. Debet tamen Cessatio esse generalis, & observari ab Ecclesia Matrice; nam ex violatione Cessationis specialis nulla poena ipso Jure contrahitur; quia nullibi habetur de hac Lex aliqua. Putant aliqui præterea incurri Irregularitatem per exercitium Ordinis tempore Cessationis: sed verius est non contrahi; quia nullibi est expressa, & Irregularitas non contrahitur, nisi in casibus à Jure expressis. *Navar. Man. c. 27. n. 189. Suar. D. 39. sect. 1. n. 8. Palao n. 4.*

¶ 24 Dub. 3. quis Cessationem relaxare possit? *¶* solus ille, qui Cessationem imposuit, vel ejus Superior, aut æqualis, vel qui ab imponente potestatem acceperit. *Palao p. 9. cit. §. 5. n. 1.* Aliquando etiam cessat Cessatio sine relaxatione expressa, si scilicet, postquam intra mensem circa Cessationem partes inter se non composuerint, eam imponens noluerit Romam mittere *c. quamvis 8. fin. de Offic. Ord. in*

6. nam juxta hoc *cap.* si posita Cessatione, partes intra mensem non composuerint inter se, debet tam imponens Cessationem, quàm is, ob cujus culpam imponitur, Romam petere vel per se, vel per Procuratorem cum actis ad negotium spectantibus, ut Romana Sedes provideat de remedio, ne Ecclesia diu à divinis in grave fidelium detrimentum cessare debeat.

Dixi autem, si Cessationem imponens noluerit Romam mittere; nam si is, ob cujus culpam cessatio est imposita, non mittat Romam, per hoc non tollitur Cessatio, ne alioquin ex iniquitate sua commodum reportaret, & poenam eluderet. *Sayr. l. 5. c. 18. n. 17. Suar. D. 39. sect. 3. n. 14. Palao p. 9. cit. §. 5. n. 4.* Unde necesse erit, ut posita contumaciâ relaxationem petat ab imponente cessationem: cujus faciendâ potestatem hic retinet, etiam postquam pars utraque Romam misit; quia eo accessu ad Romanam Curiam Jurisdictionem non amisit accessus namque ille in eum finem duntaxat fit, ut ibi discutatur, quid sit agendum casu, quo partes inter se non composuerint, atqui si posita contumaciâ, is, ob cujus delictum Cessatio est imposita, poeniteat, & componat cum parte altera, cessat occasio expectandi Responsum Pontificis. *Sayr. c. 18. cit. fin. Suar. n. 12. Palao n. 4. cit.*

